OTHONIS

# MELANDRI HO-NENSIS HESSI,

J. U. D.

In Noah Meureri I.C. quondam Aſſeſſo-ris Proceſſum Cameralem,

# COMMENTARIA,

*IN QVIBVS, PRÆTERQVAM QVOD MVL-TI DVBII ORDINATIONIS CAMERÆ TEXTVS, ET DIVERSÆ, tàm Veterum, quam Recentiorum, qui de hac Proceſſus materia in hunc vſque diem ſcripſe-runt, Opiniones nonè declarantur, examinantur, deciduntur, & cum con-trariis in ſpeciem conciliantur: Etiam*

PROCESSVS CAMERALIS EX RECESSIBVS IMPERII, Deputationum, Viſitationum, Memorialibus Viſitationum, Decretis Viſita-torum, Communibus Decretis, Conſultis Cameræ:

*CVM ENODATIONE MVLTARVM CONTROVERSIARVM, tàm Cameralium, quàm aliarum: & Formularium interſperſione, aut remiſſio-ne ad alios Autores, traditur, explicatur, declaratur.*

ADIECTIONE MVLTARVM, EARVMQVE VTILISSIMARVM Practicarum Obſeruationum, quæ tàm ad Proceſſum, quàm ad alias materias expectant.

*OPVS VT NOVVM, ITA ABSOLVTISSIMVM, ET OMNI-bus cùm CAMERALI tùm totius GERMANIÆ practicæ deditis, vtiliſſimum, & ſimul neceſſarium.*

IESV·BIBL·SEC·COLL·ROM·SOC·
IHS

FRANCOFVRTI

Impenſis IOHANNIS IACOBI PORSII, excudebat NICOLAVS HOFMANNVS.

M. DC. XII.

Digitized by Google

Digitized by Google

# ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI ET DOMINO,

*Dn.* CHRISTIANO *eius nominis II. Duci Saxoniæ, Landgrauio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ, & Electoratus Saxoniæ heredi.*

## REVERENDISSIMO ITEM ILLVSTRISSIMO, ET POTENTISSIMO PRINCIPI ET DOMINO,

*Dn.* HENRICO IVLIO *poſtulato Epiſcopo Halberſtadenſi, Duci Brunſuicenſi & Lunæburgenſi.*

## ET ILLVSTRISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI ET DOMINO,

*Dn.* MAVRITIO, *Landgrauio Haßiæ, Comiti in Cattenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, & Nidda.*

Dominis ſuis Clementiſſimis, & ſumma animi obſeruantia humiliter ac demiſsè colendis.

C*VM innumerabilia alia, Illuſtriſſimi Potentiſſimiq; Principes,* Dei opt. max. *munere atque conceſſu perquàm benigno, ab Imperatoria Maieſtate & Sacri Romani Imperij Proceribus, præclarè rationeq; conſtituta ſint, quæ ad iuſtitiam in hoc mortalium cœtu conſeruandam, Remq; publicam feliciter ac ſalutariter adminiſtrandam pertinent, tum verò maiori, Germania communis patria noſtra, antiquiſſima Germanæ iuſtitiæ ſedes, benefi-*

cio haud quidem affecta fuit, quam cum Maximilianus Imperator eius nominis 1. Anno inſtauratæ ſalutis ſupra milleſimum quadringenteſimo nonageſimo quinto, de communi Statuum, Electorum videlicet, Principum, Comitum, Baronum, & Ciuitatum Imperij conſenſu atq; voluntate, in Comitiis Vormatiæ tum habitis, ſummum illud iuſtitiæ tribunal, quod Spiræ habetur, clementiſsimè inſtituit & aperuit, ſicut & etiam nunc ibidē id Communi ordinum imperij ſumtu & contributione, laudabiliter admodum & ſalutariter ſuſtentatur.

Hic namque Iuſtitia non ex cæco quodam amicitiæ & propinquitatis affectu, aut æquitatis cuiusdam in Judicis cerebro natæ præſcripto, adminiſtratur, ſed omnia ad ſcriptarum legum & conſuetudinum Germaniæ amuſsim & normam præcisé dirigun-tur. Hic omnia veram Iuſtitiæ effigiem, nullo peregrini coloris fuco delibutam adulteratamúe, ad viuum repræſentant, nullus hic προσωποληψίᾳ ſiue perſonarum reſpectui locus eſt, vſq; adeò, vt nec ipſe Imperator, qui tamen dominus totius terrarum orbis prædicatur in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact. vel de plenitudine poteſtatis ſuæ, Cameræ Imperialis curſum inhibere poſsit, idq; propter legem Conuentionis publicæ, qua Cæſar & Ordines imperii ſeſe mutuo obſtrinxerunt part. 2. ord. tit 35. Hic iuſtitia pauperi æquè ac diuiti ſine diſcrimine adminiſtratur, hic verum germanumq; ius dominatur & clauum Imperij tenet, omnis verò in iuſtitia & iniquitas procul inde exulare, longumq; faceſſere iubentur. Neq; verò mirum alicui videri debet, tam dexterè hic omnia & ſincerè fieri.

Etenim lege Imperii ſiue ordinationis cautum eſt, vt Judex Imperialis Cameræ, qui totius iudicij caput & norma eſt, atque ordinationis cuſtos vindexq; acerrimus, & Princeps, aut ſaltem Comes vel Baro, ſit vir ſtrenuus, in imperio Germanico natus, eiusq; legum & conſuetudinum peritus, dirigendi quoque & proeuehendi litium proceſſus gnarus, & autoritate inter Camerales pollens potensq;; cautum eadem ordinatione prouiſumq; eſt, vt tales quoque ſint Comites vel Barones, quibus nobiliſsimum illud & ampliſsimum Præſidum munus demandatur, & obeundis abſentis vel impediti iudicis vicibus apti; Cautum deniq; eſt vt reliqui etiam Aſſeſſores tàm nobiles, quàm Iuriſconſulti ſint egregii, docti, periti, induſtrii, prudentes, Germani Germanicarumq;

con-

*conſuetudinum & referendarum cauſſarum gnari, quiq; vel iura docuerint publicè, vel poſt quinquennii ſaltem legum ſtudium in praxi probè verſati. Quam diligens etiam de Aduocatis, & Procuratoribus nobiliſsimi auguſtiſsimiquè huius iudicii habeatur inquiſitio, quam graue & rigidum inſtituatur examen, ex Ordinatione Cameræ plus ſatis notum eſt, de quo multa hic verba facere ſuperſedeo, ne oleum atq; operam perdere velle videar.*

*Ex quibus omnibus, ſumma ampliſsimi huius Collegii dignitas, cum ineffabili quadam vtilitate coniuncta, ſatis perſpicitur, & diuina eius Maieſtas ex eo magis fit conſpicua, quod cum Imperatore concurrentem habeat iuriſdictionem, ideoq; ſummum ſit iudicium, à quo vel appellare vel ſupplicare non liceat, quamuis contra ſententias ab eo latas, reſtitutionem ex cauſsis legitimis, Reuiſionemq; actorum petere liceat, vt ſancit Ordinatio part. 3. tit. 52. & 53. Quid? quód ad huius iudicij ſupremi exemplar reliqua inferiora omnia meritó conformari oporteat, vt quod, ſicut dixi, ſincerè omnia & fideliter abſq; fuco & fraude expediat, & proceſſus ex ordinatione & conſtitutionibus Imperii nouiſsimè latis, ſtrictis quibuſdam curtisq; cancellis & limitibus, circumſcribat. Fruſtra igitur ab imperita multitudine, quod lites ad Cameram deuolutæ ferè fiant immortales, in celeberrimum illud, & tum candoris omnis, tum fidei, tum dexteritatis, tum Maieſtatis pleniſsimum iudicium, culpa confertur iſta, quæ potius in cauſſarum multitudinem, & effrenem, quæ in litigatoribus non parum quidem ſæpe nimis heu! licentioſè ſeſe iactat, quibuscunq; ex omnibus latebris conquiſitis machinis, proceſſus extrahendi libidinem, conferri debebat. Quod quidem malum etſi caſtigatum quodammodo fuit, nondum tamen prorſus eſt abolitum. De cauſſarum vero multitudine coarctanda, vtinam ſeria aliquando cogitatio ſuſciperetur. Ita vtiq; futurum eſſet, vt tranquilliori ocio in imperio perfrueremur.*

*Cum autem ex hactenus commemoratis non difficile ſit intelligere, neminem in Germania praxi laudabilem nauare operam, vel Iudicis etiam periti officio fungi poſſe, niſi Proceſſum Cameræ, atque Ordinationem & Conſtitutiones Imperii de eo factas, diligenter didicerit, minimè equidem committendum mihi putaui, vt hac in parte officium deſiderari meum meritò poſſet.*

*Itaque Conſtitutiones Imperii & Ordinationem Cameræ ea,*

 qua

*qua debui, induſtria atq; diligentia perlegi, ſimulq; in ijs euoluendis autoribus, qui in explanando Cameræ Imperialis proceſſu & præcipuis Imperij Conſtitutionibus, præclaram præſtiterunt operam, ad ſummam diligentiam, abſit arrogantia verbo, nihil feci reliquum. Euolui namq; & quidem non ſemel Gailium, Mynſingerum, VVarmſerum, Hartmannum Hartmanni ab Eppingen, Obſeruationes ignoti cuiusdam Cameræ Imperialis Aſſeſſoris, Petrum Friderum Mindanum de Proceſſibus Cameræ, Chriſtophorum Schvvanmannum, Petrum Denaiſium de iure Camerali, Commentaria in Ordinationem Cameræ edita à Iuliano Magenhorſt, & alios nonnullos Cameralis Proceſſus Interpretes, in ijsq; etiam Noah Meurerum.*

*Cùm verò ab eo tempore, cùm hic quidem Proceſſum Cameræ in lucem edidit, per recentiores imperii Conſtitutiones, decreta ſpecialia, & Viſitationes Cameræ, multa eo in proceſſu ſint immutata, nonnulla etiam in textu autoris diligentiori quadam caſtigatione & declaratione indigeant, operæ equidem precium me facturum putaui, ſi, quæ iſtic deſiderantur, & interpretationem diſquiſitionemq; accuratiorem requirunt, ex nouiſſimis Imperii conſtitutionibus adiicerem, & ſuo loco quæſtiones interſpergerem, illas quidem non Camerales omnino, ſed ad Proceſſum intelligendum, & mentem Autoris eo facilius aſſequendam, admodum neceſſarias.*

*Hanc autem partem vobis, Illuſtriſſimi potentiſſimiq; principes, Domini clementiſſimi, pro more inſtitutoqué eorum, qui ſcriptum aliquod in apertum proferunt, dedicare ac conſecrare volui, tùm quòd iuſtitiæ contra nefas & iniquitatem vindices ſitis acerrimi, tùm quòd non ſolum diſciplinas cæteras liberales omnes, verum etiam Iurisprudentiam cumprimis præclarè intelligatis, id quod, præſtantiſſima veſtra in lucem edita monumenta, luculenter teſtatum faciunt, tùm verò maximè quod literati omnes in ijsq; Iuriſconſulti inprimis ſuum in veſtris Celſitudinibus perfugium ac præſidium paratum repoſitumq; habeant.*

*Quod igitur tùm ad autoritatem ſcripti huius, tùm ad exiſtimationem magnopere meam intereſſe arbitror, vt nimirum veſtræ Celſitudines, hæc mea Commentaria Cameralia, potentiſſimo eoq; clementiſſimo ſuo patrocinio communiant, meaq; ſtudia fauoris & clementiæ ſuæ aura benignè proſequantur, id à VVV.*

CCC.

*CCC. Illuſtriſsimi Princeps, ſuppliciter demiſſeque etiam atque etiam peto, quæſoque.*

*Ita vtique ad grauiora aggredienda calcar mihi addetur, & viciſsim ego dies atque noctes eam in curam, cogitationemq; vnice incumbam, quemadmodum de veſtris Celſitudinibus, obſequentiſsimis meis ſtudiis, pro virili mea præclare promereri poſsim.*

*Quod reliquum eſt, oro* DEVM OPT. MAX. *per quem Reges regnant, & conſiliarii iuſta decernunt, velit ille Celſitudines veſtras S. Imperio Romano, communi patriæ, ditionibus ſuis, & lectiſsimis coniugibus, dulciſsimiſque liberis quàm diutiſsime incolumes ſeruare. Datis Saliſſæ Thuringorum, quod eſt Potentiſsimi Electoris Saxoniæ oppidum, 17. Februarii, Anno Chriſti Redemptoris noſtri vnici M.DCI.*

Veſtrarum Celſitudinum humilimus & obſequentiſſ. ſeruus

Otho Melander I.V.D.

TYPO-

# Typographus Lectori.

*S. D.*

BEneuole Lector p.1.pag. 110.ex amanuenſis imperitia factum eſt, vt pro 2000. poſitum ſit 200.ſiue ducentarum; & ead. part. 1.pag. 183.linea 10.inter particulas verſagt / & Cæterum, interſerenda ſunt hæc verba: Verum quamuis hæc ita diſputari poſſint, pugna tamen iſta dirempta eſt per Rec.Imper. Anno.66.§. Nach dem. Id quod ita benigne lector,corriges,& valebis.

OTHO-

Digitized by Google

# OTHONIS MELANDRI IVRISCONSVLTI COMMENTARIORVM IMPERIALIS CAMERÆ PROCESSVS, &c.

## PARS PRIMA.

## Vom ſupplicieren.

I.

Dieweil alle Proceß vom ſupplicieren anfahen vnnd [a] außgebracht werden müſſen/ ſo wirdt dieſer Theil der Ordnung nach für den erſten geſetzt. Es ändern ſich aber die ſupplicationes nach geſtalt der Sachen vnd Perſonen.

[a] Außgebracht werden] Supplicationes igitur nihil aliud ſunt, niſi preces ſupplicantium, quæ pro impetrandis proceſſibus Iudicis offeruntur, quas omnium rectiſſimè & ad præſentem Cameræ Imperialis proceſſum accommodatiſſimè definit Schvvanmann. *Proceſſ. Cameral. lib. 1. cap. 1. num. 8.* preces ſupplicantium, cauſſam (quæ nihil aliud eſt, quàm medium concludendi, in actione perſonali obligatio ex contractu, in reali dominium vel quaſi, *Gail. lib. 1. obſeru. 61. à num. 5. vſque ad num. 9. Petr. Frider. Mindan. de Proceſſ. lib. 1. cap. 6. num. 16.*) debitasque legum & conſtitutionum, ex quibus agitur, qualitates continentes, quæ Iudici pro decernendis proceſſibus offeruntur. *Vide per diſcurſ. de tota ſupplicationum materia. tit. C. de precib. Imperator. offerend. Auth. Quæ ſupplicatio C. eod. tit. ibique VVeſenb. & Cuiac. in parat. Vult. Iuriſp. Roman. lib. 2. cap. 27. Ordinat. Camer. par. 1. tit. 22. & tit. 16. & tit. 13. §.* Weiter *ibid. Ciſner. in addition. Gail. lib. 1. obſeru. de obſeru. 61. num. 2. Petr. Frider. Mindan. de proceſſ. lib. 1.* elegantiſſimè & copioſiſſimè hæc tractantem *cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Schvvanman. d. c. 1. per tot.*

II.

So kommen alle Sachen entweder durch ein Appellation oder [a] per viam ſimplicis querelæ, das iſt/ [b] ohn ein Appellation in erſter Inſtantz an das Cammergericht.

[a] Per viam] *Vid. Gail. lib. 1. obſeru. pract. 1. nu. 1. Ordin. Camer. p. 2. per tot.* & in additionib. *Ciſner. Fride. li. 1. de proceſſ. c. 20. Schvvanman. li. 1. proceſſ. Camer. c. 6. & 7.* Rutger. Rulan. *in tractat. de Commiſſar. & Commiſſion. Camer. part. 1. li. 2. cap. 3. in princip.*

[b] Ohn ein Appellation] Simplicis igitur querelæ cauſſæ dicuntur eſſe illæ, quarum cognitio in prima inſtantia ad Cameram pertinet. *Suprà allegati Cameral. in prædict. locis.*



Digitized by Google

III.

Jn denen Sachen / ſo durch ein Appellation an die Cammer erwachſen / [a] wird gemeinlich ſupplicirt vmb Citation / Jnhibition / pro compulſorialibus ſimplicibus & arctioribus, pro ſola citatione & compulſorialibus, pro ſola citatione.

[a] Wird gemeinlich] *Vide Schvvanman. proceſſ. Cameral. lib. 5. in præfat. Frider. de proceſſ. lib. 1. cap. 7. nu. 7.* vbi vel coniunctim vel ſeparatim pro hiſce proceſſibus ſupplicari ſcribit.

IV.

Vnnd ſoll in Außbringung der Proceß durch den / der appelliert / [a] in ſupplicationibus mit angezeigt vnd vbergeben werden.

1. [b] Inſtrumentum appellationis. Oder doch angezeigt werden / daß mit lebendiger Stimm appelliert.

2. Zum andern / ſo die Parthey nicht ſelber ſupplicirt / ſoll der Procurator / ſo vmb Proceß ſupplicirt / neben vnd mit der Supplication [c] ſein Gewalt oder ein glaubwirdigen Schein ſeines Befehls von der Parthey vbergeben.

3. [d] Zum dritten / ob es ein Endvrtheil oder Beyvrtheil / ſo Krafft einer Endvrtheil vnd ein ſolche Beſchwerd auff jhr trag / ſo hernacher nit wider zubringen.

4. Daß die Summ [e] anderthalb hundert Gülden erlauffe / vnd daß die [f] Sach kein Criminal Sach betreffe / [g] auch alſo geſchaffen ſey / daß davon mög appelliert werden.

5. [h] Daß der Richter / von welchẽ appelliert / ohn Mittel dem Cammergericht vnterworffen / vnd daß von jhm hab können appelliert werden.

[a] In ſupplicationibus.] *Vide per tot. Schvvanman. proceſſ. Cameral. lib. 2. cap. 1. Frid. de proceſſ. lib. 1. cap. 7.*

[b] Inſtrumentum appellationis] Hoc neceſſariò requiritur, ſi ex interuallo in ſcriptis, vti iuris eſt, fuerit appellatum. *Frider. d. cap. 7. num. 2. Schvvanman. d. cap. 1.* Siue autem ex interuallo in ſcriptis, ſiue in continenti ſtanti, vt loquuntur, pede, viua voce appelletur, ſemper qualitas & tenor ſententiæ à qua nominatim exprimi debet. Et quidem ſi viua voce appellatum fuerit, in ſupplicatione, ſin verò in ſcriptis, in inſtrumento aut ſchedula appellationis. *part. 1. ord. §. 1. titu. 22. Frider. d. loc.* Neque ſufficit, ſi ſolùm tenor & qualitas ſententiæ à qua in inſtrumento appellationis inſeratur. Nam & ipſa appellationis ſchedula ei inſeri debet, §. Gleicher geſtalt begibt ſich auch. *deput. VVormac. de anno 86. Friderus d. capit. 7. num. 2. & Conſtit. facta in comitiis Anno 1594. Ratisbonæ habitis verb.* Gleicher geſtalt begibt ſich auch / wann coram Notario ſchrifftlich appelliert wird / daß dem Rechten zuwider die Appellation Zettel nicht inſeriert werden. Darmit dann in dieſem hinfüro die rechmäſſige Folge geſchehe / ſollen die Advocaten / Anwäld / vnd Notarij deß künfftig ingedenck zu ſeyn / vnnd ſich dem ſtylo gemäß zu erzeigen / hiermit verwarnet ſeyn.

[c] Sein Gewalt] De hoc câuetur generaliter *d. tit. 22. part. 1. ordin.* §. Es ſoll auch. Quin imò neceſſariò requiritur, vt, etiamſi principalis ipſe ſupplicare velit, nihilominus tamen Aduocatus & Procurator Cameræ iuratus nomen ſuum de rato & mandato cauens ſubſcribat. *d. tit. 22.* §. Es ſoll auch. *par. 3. tit. 12. §. 1. Memorial. Iudic. & Aſſeſſ. Anno 57. exhibiti.* §. 14. Die Aduocaten. *Viſit.* Abſchied *Anno 62. §. 1.* Vnd

ſollen

Digitized by Google

ſollen. *verſ.* Gleicher geſtalt. *Schvvanman. Proceſs. Cameral. lib. 1. cap. 1. num. 11. Frider. de proceſs. lib. 1. cap. 6. num. 17.* Nec, licet mandato ſatis ſit inſtructus, idque vnà cum ſupplicatione exhibeat, & verba cauens de rato & mandato omittat; excuſatur, ſed arbitrariè punitur, vt ſeſe aliquando in Camera obſeruâſſe ſcribit *Schvvanman. d. c. 1. num. 12.*

[d] Zum dritten] Hîc in memoriam reuocari oportet, duplicem eſſe ſentētiam, definitiuam & interlocutoriam. Definitiua ſententia, eſt ſententia, quæ principalē cauſſam definit atq; terminat. *l. 1. l. Iudex 53. l. duo Iudices 28. l. Paulus 42. cum ſimil. ff. de re iudic. Marant. par. 6. de ordin. iudic. tit. de ſentent. num. 3. Spec. in tit. de ſent. §. 1. verſ. diffinitiua. Angel. conſ. 114. & conſil. 115. Alex. in rubr. ff. de re iud. VVeſenb. in parat. ff. eod. num. 4.* Interlocutoria ſententia eſt ſententia, quæ inter principium & finem cauſſæ ſuper aliquo incidenti vel emergenti profertur. *l. ex ſtipulatione C. de ſentent. & interloc. omn. iudic. Marant. d. p. 6. tit. de ſent. nu. 3. Alex. ad rubric. ff. de re iudic. num. 7. gloſſ. in clem. 1. in verb. diffinitiua de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Franc. in c. cùm ceſſante de appellat. nu. 36. Iacob. Cuiac. in parat. Dig. tit. de re iudic. num. 4. & 5. Sebaſt. Brant. in parat. ff. eod. tit. num. 5. Gail. lib. 1. obſeru. 139. num. 2.* Interlocutoria duplex eſt, aut ſimplex, aut quæ vim definitiuæ habet. *Dd. in præalleg. loc. Gail. 1. obſ. 130. nu. 1. Ordinat. Camer. part. 2. tit. 29. §. 3. & 4. & p. ead. tit. 28. §. fin.* Ab interlocutoria ſimplici de iure ciuili regulariter non appellatur, niſi tale grauamen contineat, quod per appellationē à ſententia definitiua reparari non poſſit. *l. Ante ſententiæ tempus C. Quor. appell. non recip. & l. 2. C. de Epiſcop. audient. Gail. 1. obſeru. 129. nu. 1.* Hoc grauamen cum ſua cauſſa in ſchedulá appellationis ſpeciatim inſeri debet, ſiue in continenti ſiue ex interuallo appellatum fuerit, *c. vt debitus. & c. cum cauſſam in fin. de appell. c. cordi eodem. titul. in 6. & in clem appellanti eod. tit. Franc. in c. non ſolùm num. 3. de appell. in 6. Marant. p. 6. eod. tit. num. 142.* Quod ita declaratur & ampliatur. Primò vt ſi plures ſint cauſſæ grauaminis, eæ omnes nominatim & in ſpecie exprimi debeant, neque ſufficiat eas in genere attingere. *Marant. d. loc.* Non igitur valebunt generales huiuſmodi clauſulæ: Appello ex tali cauſſa, & aliis ſuo loco & tempore proponendis. Vel: Appello ex his & aliis cauſſis ex proceſſu & actis apparentibus. *Marant. d. loc.*

Vnde ſecundò ita ampliatur ſupra traditá concluſio, vt nón ſufficiat cauſſam grauaminis exprimere per relationem ad acta. *Marant. d. loc. per tex. in clem. appellanti de appellat. Soc. conſi. 45. col. 4. in 1. volum. Bald. in l. Minoribus col. 1. C. de his quibus vt indig. Gail. d. obſeru. 130. num. 2.* Limitatur hæc ampliatio ita: Niſi relatio facta ſit ad acta, exprimendo ſpecialiter, in qua parte actorum hoc dicatur, quia illa relatio ſpecialis perindè habetur, ac ſi cauſſa nominatim & in ſpecie fuiſſet expreſſa. *Gail. d. loc.* per ſingularem doctrinam Baldi *in d. l. Minoribus num. 5. cum ſeq. C. de his, quib. vt indig.* Et per alios quàm plurimos Doct. quos ibidem citat Gail. vbi præclarè ex iiſdem ſubiicit, appellantem ab interlocutoria ſatis ſigillatim cauſſam grauaminis exprimere, ſi ex verbis illa neceſſariò ſubintelligatur, licet in indiuiduo non exprimatur.

Tertiò ampliatur ſuprà tradita concluſio, vt cauſſæ grauaminis exprimi debeant, etiamſi ſint notoriæ. Notorium enim licet releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi. *gloſſ. in verſ. Iudicis in d. clement. appellanti. Marant. d. loc. Maſcard. de probation. volum. 2. concluſ. 1108. num. 1. vbi multa adducit.* Intellige hęc omnia ita, vt talis cauſſarum grauaminis expreſſio debeat fieri coram Iudice à quo. Non igitur valet appellatio ab interlocutoria ad Iudicem ſuperiorem, nulla priùs cauſſæ grauaminis expreſſione facta coram Iudice à quo.

Limitatur tradita concluſio de neceſſaria cauſſæ grauaminis expreſſione in appellatione ab interlocutoria, vt non procedat, ſi cauſſa grauaminis in mero iure conſiſtat, adeò vt nullam in facto probationem requirat. Tunc enim valet appellatio ſine expreſſione cauſſæ, quia in allegationibus iuris ea deduci poteſt.



Digitized by Google

*Marant. part. 6. tit. de appellat. numero 144. Mynſing. centur. 3. obſeru. 15. num. 6.*

In appellatione autem à ſententia definitiua non requiritur cauſſæ expreſſio. Regulariter enim ſatis eſt, ſi appellans in genere dicat, ſe grauatum, & ſententiam iniuſtam eſſe. *l. 2. ff. de appellat. Mynſing. d. obſeru. 15. num. 4. Gail. d. obſeru. 130. nu. 5. Ferrariens. in forma appell. à ſentent. definit. Friderus tamen lib. 1. de proceſſ. c. 7. num. 3.* Tutius ſemper eſſe exiſtimat cauſſam grauaminis allegare, quòd ſine cauſſę allegatione lata ſententia temere non protelari, aut pars iniquè fatigari debeat.

Ratio, cur in appellatione ab interlocutoria cauſam grauaminis exprimi oporteat, & non item in appellatione à definitiua, hæc eſt, quòd hæc iuſtificari ex nouis actis & nouis probationibus. *l. per hanc C. de tempor. appellat. Philip. Franc. in c. vt debitus. q. 14. de appell.* appellatio autem ab interlocutoria ex prioribus ſiue iiſdem actis iuſtificari debeat. *c. vt debitus de appellat. Ferrar. in form. appellat. ab interloc. gloſſ. in verb. cauſis & rationibus infra ſcriptis.*

Porrò appellatio ab interlocutoria, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo interponatur, ſemper in ſcriptis fieri debet, aliàs enim non valet appellatio. *c. cordi nobis de appell. lib. 6. Specul. in tit. de appell. §. Qualiter poſt princ. Marant. part. 6. tit. de appellat. num. 126.* Appellatio verò à ſententia definitiua, ſi fiat in continenti, ſcilicet eodem, vt loquitur Maranta, inſtanti poſt latam ſententiam, viua voce fieri poteſt: ſi verò interponatur ex interuallo poſt latam ſententiam, in ſcriptis fieri debet. *l. litigatoribus & ibi gloſſ. Bart. Bald. & Doct. C. de appellat. Spec. tit. de appell. §. Qualiter in princip. Marant. par. 6. tit. de appellat. num. 124. vbi in ſeq. num.* explicat, quid ſit in continenti & ex interuallo appellare.

Dicitur autem in ſcriptis fieri appellatio, quando libellus appellatorius porrigitur, aliàs ſi viua voce quis dictaret appellationem, poſteaque Notarius illam in ſcripturam redigeret, non diceretur appellatio facta eſſe in ſcriptis, & elapſo decendio ad appellandum conceſſo, non obſtante inualida iſta appellatione, ſententia in rem iudicatam tranſiret. *Marant. part. 6. tit. de appellat. num. 127. Mynſ. d. obſeru. 15. num. 5.* Conſuetudine tamen vel ſtatuto introduci poteſt, vt ab interlocutoria viuâ voce appellari, & à definitiua etiam ex interuallo viuâ voce appellatio interponi poſſit. *Gail. d. obſeru. 130. num. 5. Ferrar. in form. appellat. à ſentent. definitiua.*

Ad extremũ ſi Iudex ad quem ex inſtrumento appellationis appellationẽ ab interlocutoria ritè interpoſitam, & grauamen, quod per appellationem à ſententia definitiua reparari non poſſit, deprehendat, & in ſcriptis item appellationẽ iſtam factam eſſe animaduertat, atque adeò nihil in appellatione interpoſita deſideret, citationem non tamen inhibitionem decernet; quia quo ad hanc, de veritate grauaminis ei conſtare oportet, vtrum cauſa ſit deuoluta nec ne: quamdiu enim cognoſcit, an appellatio ſit recipienda, an cauſa ſit deuoluta, inhibere non debet. Idcircò ſi à parte aduerſa in puncto competentiæ iuriſdictio Iudicis in dubium vocetur, inhibitio decerni non debet, donec hoc dubium interlocutoria iudicis ſit ſublatum, & pro iuriſdictione pronunciatum. *c. Non ſolum, & c. Romana §. ſi verò vocatis ibidemquè Canoniſt. de appell. in 6. Gail. 1. obſeruat. 144. num. 4. & d. obſeru 130. num. 7.* Secus eſt in appellatione à ſententia definitiua. *Gail. d. loc. Maran. p. 6. tit. de appell. num. 160. & ſeq.*

De interlocutoria, quæ vim ſententiæ definitiuæ habet, affirmantur illa omnia, quæ de ſententia definitiua iure ſunt diſpoſita. *Gail. d. obſeru. 130. num. 5.* vbi, quoad iuris effectus ſententiam, quæ vim definitiuæ habeat, veræ definitiuæ per omnia æquiparari, & paria eſſe ſententiam eſſe definitiuam, vel vim habere definitiuæ affirmat. *Idem Gail. illud idem affirmat 1. obſeru. 132. num. 2. poſt gloſſ. in c. fin. in verb. Inane de elect. lib. 6. Franc. in c. non ſolum. num. 3. de appell. in 6. Alexan. conſil. 182. nu. 1. volum. 6. incip. in cauſſa & lite. Marant. p. 6. nu. 125. & nu. 130. tit. de appell. Zaſ. in l. Quod iuſſit, num. 28. ff. de re iudic.*

Hin-

Digitized by Google

Hinc quemadmodum à definitiua in continenti viua voce, ex interuallò autem in ſcriptis ſine expreſſione grauaminum appellari debet per iur. alleg. ita quoq; ab interlocutoria vim definitiuæ habenti appellari poteſt. *Gail. d. obſer. 130. num. 5.* Et quando interlocutoria vim definitiuæ habet, tunc ſi in formalibus nullus ſit defectus, & iuriſdictio Cameræ fundata, ſtatim vnà cum citatione inhibitio concedi poteſt. *Gail. d. obſer. 130. num. 7.* Cæterùm quæ interlocutoria vim ſententiæ definitiuæ habeat, *vide Gail. d. obſer. 130. num. 6. & Marant. part. 6. tit. de ſentent. infr. autor p. 3. ſub rubric.* Von was Vrtheiln an das Cammergericht mag appelliert werden.

[b] Anderthalb hundert Gulden] Olim appellatio in Camera non recipiebatur, niſi capitalis & petita ſumma quinquaginta florenos excederet. *part. 2. Ordin. tit. 28. §.* Vnnd ſonderlich *ibiq; in addit. Ciſner.* Nunc per conſtitutionum Imperij in Comitiis Spiræ Anno 1570. habitis §. Als wir dann. ſumma iſta ad centum & quinquaginta florenos eſt extenſa. *Mynſing. centur. 3. obſeru. 89. & cent. 5. obſeru. 83. Gail. 1. obſeru. 123. num. 1. Frider. de proceſſ. lib. 1. cap. 7. num. 5.* Cæterùm quod de florenis dictum eſt, id de florenis Rhenenſibus, qui ſinguli quindecim batzios ſiue ſexaginta crucigeros faciunt, intelligi debet. Iſte namque valor aureorum, tùm in ordinatione, tùm in aliis contractibus locum habet, vt ſi aureorum mentio fiat, Rhenenſes intelligantur, qui ſinguli, vt dictum eſt, quindecim batzios faciunt. *Mynſing. dict. obſeru. 83. num. 1. Accedit Gail. d. obſeru. 123. num. 1. verb. quinquaginta florenos.*

An plures ſummæ pro fundanda iuriſdictione Cameræ coniungi, atq; adeò ſors & cenſus cumulari poſſint, quæritur. Et poſſe certum eſt. *per text. in l. ſi idem cum eodem. ff. de iurisd. & l. fin. §. fin. C. de appell. Mynſing d. obſeru. 83. num. 5. & 6. Gail. d. obſeru. 123. num. 3.* Et ſemper in hac ſumma ordinationis vel priuilegiorum quò ad fundandam iuriſdictionem, quantum petitum ſit, non quantum debeatur vel adiudicatum ſit in prima inſtantia, conſiderare oportet. *per text. in l. cum quadam puella. ff. de iuriſd. Gail. d. obſeru. 123. nu. 3. Mynſ. d. obſeru. 83. num. 3.*

Sunt tamen caſus, in quibus recipiendis harum ſummarum ratio non habetur, veluti in actione iniuriarum, ſiue ad recantationem ſiue ad æſtimationem iniuriæ, ſiue ad vtramque actum fuerit, quòd fama hominis omnium rerum precioſiſſima ſit & inæſtimabilis. *text. in l. ſi duabus. ff. de reg. iur. Gail. d. obſ. 123. nu. 4.* Secundò in controuerſiis ſuper annuis reditibus, cenſibus, ſeruitutibus, iuriſdictionibus, aliisq; iuribus incorporalibus, quæ variam æſtimationem recipiunt, ſecundum limitationem tamen certamq; æſtimationem in dictis comitiis præſtitutam hiſce verbis: Was aber vnablößliche Gült/ Zinß oder Nutzung anlangt/ ſetzen vnd wöllen wir/ daß ſechs Gulden järlich vnnd was darüber/ ſumma appellabilis ſeyn ſoll/ aber was darunter/ darvon ſoll nicht mögen appelliert werden/ außgenommen/ da die Gült/ Zinß/ oder Nutzung der Obrigkeit anhängig/ oder aber/ da derwegē auff das verfallen Eigenthumbs vel quaſi, ſo obgehörter Summa gemäß/ oder darüber were/ geklagt würde/ dann in denen/ wie in andern Fällen/ ſoll es bey der Ordnung bleiben.

Summa igitur debet eſſe appellabilis, vel, prout iſta imperij conſtitutione eſt præſcripta, vel vt peculiaribus quibuſdam priuilegiis (quę quidem priuilegia Friderus libro primo de proceſſibus ſubiecit) ſtatibus imperij præfinita, *p. 2. ord. tit. 28. d. §. 4. in fin. verſ.* Doch ſoll andern. *Gail. d. obſ. 123. nu. 1.* idcircò appellans in ſupplicatione ſemper diſertis verbis hanc qualitatem narrare debet, videlicet, ſummam litigioſam ordinationi vel priuilegio conformem eſſe, *Gail. d. loc.* Quod ſi in puncto deuolutionis dubitetur, vtrum ſumma ordinationi vel priuilegio conformis ſit, appellanti in Camera iuramentum deferri ſolet, vt iuret, malle ſe carere tanta ſumma, quàm ab interpoſita appellatione deſiſtere. *Gail. d. obſeru. 123. num. 7.*

Porrò exceptio incompetentis ſummæ in puncto deuolutionis omiſſa etiam

poſt litem conteſtatam opponi poteſt. *Gail.d.obſeru. 123.num. 2. & 3.* & hoc in Camera obſeruatum fuiſſe ſcribit *Mynſing. d. obſeru. 89.* Ratio eſt, quod tali caſu iuriſdictio Cameræ deficiat. *Mynſing. & Gail.d.loc.* Nullitas autem iuriſdictionis perpetuò opponi poteſt etiam poſt tres conformes ſententias. Reddit enim ſententiam ipſo iure nullam. *l. 1. §. hac verba.ff. quod quisque iur. Gail. d.loc.* vbi id pluribus textibus & autoritatibus firmat. Atque ita ſuo tempore fuiſſe in Camera iudicatum, ſcribit *Mynſing.d.obſeru.89.*

Forma ſententiæ ſuper non deuoluta appellatione ad Cameram ratione ſummæ ordinationi vel priuilegio Cameræ non conformis ponitur talis à Gail. *1.obſeru. 124. num. 9.* In Sachen A. Appellanten eines wider B. Appellanten anders Theils iſt erkandt/daß ſolche Sach durch fürgenommene Appellation an diß Keyſerlich Cammergericht nicht erwachſen/ ſondern an Richtern voriger Inſtantz zu remittieren vnnd zu weiſen ſey/ als wir ſie auch hiermit remittieren/weiſen/ vnnd gedachten Appellanten in die Gerichtskoſten derhalben an dieſem Keyſerlichen Cammergericht auffgelauffen nach rechtlicher Ermäſſigung zu entrichten vnd zubezahlen fällig ertheilen.

[f] Kein Criminal Sach] Quòd cauſſæ criminales, quæ pœnam corporis important Die Leibſtraff auff jhnen tragen/ per appellationis viam ad cameram deuolui non poſſint, expreſsè ab ordinibus & ſtatibus Imperij deciſum eſt, *part. 2. ord.tit.28.§.* Item nach dem. Itaque de hoc dubitare nihil attinet.

Verùm an cauſſæ criminales Auſtregarum tribunal inter eos, qui iſto priuilegio gaudent, ſortiantur, & an ij, qui imperio immediatè quidem ſubiecti ſunt, verùm reſpectu certarum perſonarum priuilegium Auſtregarum non habent, veluti Comites, Barones, Nobiles imperio immediatè ſubiecti non ſolum reſpectu omnium mediatè ſub imperio conſtitutorum imò propriorum ſubditorum, ſed etiam ciuitatum & vniuerſitatum ſine diſcrimine omnium non minùs immediatarum, quàm mediatarum reſpectu priuilegiatam ordinationis inſtantiam non habent. *part. 2. ordin. tit. 5. & infra ſuo loco dicetur*, ſuper cauſſis criminalibus, quæ pœnam corporis important So Leibſtraff auff jhnen tragen/in prima inſtantia ſiue per viam, vt loquuntur, ſimplicis querelæ in Camera conueniri poſſint, ſiue, quod idem eſt, an cauſſæ criminales etiam in prima inſtantia quandoq; ad Cameram, in prææallegato nimirum caſu, pertineant, *inter Petrum Friderum Mindanum de proceſſ. lib. 1. c. 9. num. 1. & 2. & Rutgerum Rulantum in tractat. ſuo de Commiſſar. & Commiſſ. Camer. part. 1. lib. 2. cap. 3. controuertitur.*

Ille affirmatiuam, hic negatiuam tuetur. Frideri argumenta hæc ſunt. De non exceptis iudicatur iuxta regulam. *l. patre furioſo. & ibi Doct. ff. de his qui ſui vel alien. iur.* At verò nuſquam reperitur aliud quippiam ſtatutum de cauſſis criminalibus, quod nimirum, ſi occurrant inter eos, qui Auſtregarum priuilegio gaudent, eæ ſecundum præſcriptum ordinationis modum, de quo infra dicetur, terminari non debeant, ſicut neque prohibitum vſpiam eſt, quod Comites, Barones, Nobiles immediatè imperio ſubiecti ab iis, quorum reſpectu priuilegiatam ordinationis inſtantiam non habent, in cauſſa criminali So Leibſtraff auff jhr trägt/ ſtatim in prima inſtantia in Camera conueniri debeant. Ergo ſtabitur communi Regulæ, quæ in cauſſis ciuilibus aliàs obſeruari ſolet.

Secundum Frideri argumentum tale eſt. In ordinatione Cameræ *d. tit. 28.* ſola appellatio à cauſſis criminalibus excipitur. Ergò in prææallegatis caſib. cauſſæ criminales in prima inſtantia ad Cameram pertinent. Ratio eſt, quod in caſibus non exceptis exceptio firmet regulam, & propterea eandem planè criminalium, quę cęterarum cauſſarum eſt, quantum ad primam inſtantiam rationem eſſe oporteat.

Tertium Frideri argumentum eſt: ſi Comites, Barones, Nobiles immediatè imperio ſuppoſiti in cauſſa criminali ab inferioris ordinis hominibus conueniri non poſſunt, latrocinia, homicidia, aliaque crimina impunè ipſi ferent.

Iam

Iam verò Reipublicæ intereſt, ne delicta maneant impunita. *text. in l. ita vulneratus §. æſtimatio. & ibi communiter Doct. ff. ad l. Aquil.* Ergò, &c.

Rutgeri Rulanti argumenta, quibus pro negatiua ille ſententia propugnat, hæc ſunt, quæ maioris perſpicuitatis gratia aliquantò pleniùs euoluere operæ precium nobis viſum fuit.

Primum tale eſt. Quicunq; habet cauſſarum criminalium exercitionem, ei oportet eſſe datum merum imperium, quod merum imperium nihil aliud ſit, niſi habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines. *l. Imperium. 3. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Iam verò Cameræ Imperiali merum imperium datum non eſt. Ergò Camera Imperialis non habet cauſſarum criminalium exercitionem. Aſſumptio probatur hoc proſyllogiſmo. Merum imperium lege datur. *l. 1. §. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iurisd.* At nulla lex apparet, quæ Cameræ imperiali merum imperium dederit. Idcircò Camera Imperialis mero imperio & proinde etiam cauſſarum criminalium exercitione deſtituitur.

Quid? quòd iuriſdictione conceſſa non tranſeat merum imperium. *d. l. 1. §. 1. & l. fin. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* Sicut neq; ex eo, quod iuriſdictionem ordines & ſtatus imperij Cameræ conceſſerint, eidem merum quoq; imperium conceſſum fuiſſe intelligi debeat, ſatis validum poteſt duci argumentum.

Secundum argumentum tale eſt. Stylus iudicij pro lege eſt. *c. ex literis de conſtit. ibidemquè Doct. c. 2. de præbend. lib. 6. Latè Felyn. in cap. 2. num. 16. de reſcript. Gail. 1. obſeru. 1. num. 1.* & argumentum à Stylo curiæ ſeu more iudiciorum ſumptum in iure validum eſt. *Euerh. in loco à Stylo curiæ ſeu more iudiciorum.* Iam verò Stylus iudicij Cameralis cauſſas criminales in forum ſuum non recipit. Huic igitur Stylo tanquam peculiari cuipiam legi firmiter erit inhærendum.

Sicut & tertiò Aſſeſſores Imperialis Cameræ Stylum hunc perpetuò obſeruârunt, ita vt nunquam fando acceptum, vel aliis obſeruationibus compertum fuerit, controuerſiam ſiue dubitationem quandam ancipitem ea de re inter ipſos extitiſſe, ſic vt maximè lex ſcripta nos deficiat, lex tamen non ſcripta, quæ conſuetudo dicitur, firmiſſimo nos præſidio muniat. Nam & ea, quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, inquit *Hermogenianus Iureconſultus in l. 35. ff. de legib.* ac per annos plurimos obſeruata, velut tacita ciuium conuentio, non minùs, quàm ea, quæ ſcripta ſunt, iura ſeruantur?

Quartò quod permittitur alicui in ſpecie ſiue ſpeciali quadam conceſſione indulgetur, in genere videtur prohibitum. *arg. l. 1. in princ. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* Iam verò Cameræ iuriſdictioni ſiue cognitioni crimen ſpecialiter in eo caſu, quo Camerales perſonæ delinquunt, ſubiicitur. *part. 1. ord. tit. 50. §. fin.* Ergò generaliter cauſſarum criminalium cognitionem non habet Camera Imperialis.

Quod eò magis dicendum, & conſtanter ſine vlla hæſitatione pronunciandum affirmandumq; fuerit, quòd *in d. §. fin.* expreſsè adiiciatur, ſi notorium foret, vel aliàs ex ſufficientibus indiciis Cameræ & Aſſeſſoribus conſtaret, perſonam Cameralem tale commiſiſſe crimen, quod pœnam corporis ſiue ſanguinis poſtularet da die Sach ein Leibſtraff erheiſchte / Magiſtratui illius vrbis à Camera Imperiali capitali ſupplicio perſonam illam Cameralem tradi ac ſubiungi oportere. Quâ igitur ratione Camera Imperialis alios eosq; extraneos gladio puniet, cùm ne aduerſus ſuos quidem ſubditos gladium ſtringere & vſurpare audeat?

Quintum argumentum tale eſt. Si cauſſæ criminales vel Auſtregarum vel Cameræ Imperialis forum & tribunal in prima inſtantia ſortirentur, vtiq; ordines & Status Imperij de iis, quæ ad proceſſum criminalem pertinent, aliquid monendum ſanciendumuè putâſſent in illa ſua Cameræ ordinatione. At verò ne verbo quidem vllam iſtarum mentionem iniecerunt. Cauſſæ igitur criminales neque ad Auſtregas neque ad Cameram in prima inſtantia pertinent.



Digitized by Google

Sextum argumentum tale eſt deſumptum à maiori, quod in iure forte, frequens, & vtile eſſe atteſtatur *Euerhar. in loco à Maiori:* Si cauſſæ criminales non poſſunt deuolui ad Cameram per appellationem, cùm tamen illa ſit præſidium innocentiæ, & theriaca contra venenum Iudicis. *Bald. in l. vnic. in fin. ibiquè Cæſar Contard. in vltim. ratione decidend. C. ſi de moment. poſſeſſ. appell. Guil. Benedict. in rep. cap. Raynutius extra de teſtam.* & cuiuis appellationem concedi oporteat etiam Diabolo, ſi eſſet in iudicio. *Rot. deciſ. 16. aliàs 364. cùm iura clamitent num. 3. de dol. & contum. & deciſ. 15. aliàs 201. licet in cauſſa de procur. Pariſ. conſil. 28. ad reſolutionem num. 11. lib. 4.* multò minùs earum cognitio in prima inſtantia vtpotè minùs priuilegiata ad Cameram pertinere poterit, ſed prius eſt, *d. tit. 28.* Ergò & poſterius.

Septimum & vltimum argumentum tale eſt: Vbi lis vltrà ætatem hominis plerunquè protrahitur, ibi fruſtra cauſſarum criminalium cognitio ſuſcipitur. Ratio in promptu eſt, quòd hac ratione occaſio ad delinquendum hominibus præſtaretur fretis perplexa iudiciarij ordinis in Camera Imperiali telâ, & quod ita malefici impunè abirent, morte accuſationem & pœnam abolente. At videmus in Camera imperiali propter immenſam cauſſarum multitudinem lites fieri immortales. Non igitur commodum viſum fuit permittere, vt cauſſarum criminalium cognitio ibi ſuſciperetur.

Hęc ſunt Rutgeri Rulanti magni illius Iureconſulti argumenta neruoſiſſima, quæ certè eius ponderis ſunt atque momenti, vt nihil quicquam fingi excogitariuè queat, quod conſtanter aduerſus illa regeri poſſit. Itaq; cum ea Rutgeri ſententia in viridi praxi totâ die obſeruetur, & præterea veriſſima ſit, nō poſſum non, Frideri præſtantiſſimi cæteroquin diſertiſſimiq; Iureconſulti, opinione valere iuſſa, huic album, quod dici ſolet, calculum adiicere, præſertim cùm eandem & præſtantiſſimi Camerales, qui in iſto laudatiſſimo Sacroſancti Imperij tribunali potiſſimum ætatis ſuæ partem confecerunt, amplectantur. *Gail. 1. obſ. 1. num. 27. Mynſing. 4. obſeru. 41. & ſeq.* Accedit & hoc loco autor noſter indiſtinctè loquens.

Ex his, quæ hactenus tradita ſunt, non erit difficile reſpondere ad argumenta Frideri ſuprà poſita. Et ex primo fundamento noſtro, eo ipſo, quòd nulla lex oſtendi poſſit, quâ merum imperium Cameræ imperiali datum fuerit, ſatis colligitur, cauſſas criminales eò non pertinere. Fruſtra igitur diſputatur de auſtregis, & an Comites, Barones, & Nobiles immediatè imperio ſuppoſiti in cauſſa criminali coram Camera conueniri debeant. Priùs enim conſtare oportebat, num cauſſa criminalis poſſet diſputari in Camera, num Camera haberet meri Imperij exercitionem, quàm concluderetur, Comites, Barones, Nobiles immediatè imperio ſubiectos, coram Camera in prima inſtantia in cauſſa criminalis conueniri. Non entis nullæ ſunt qualitates, Camera merum imperium ſiue cauſſarum criminalium cognitionem non habet, Ergò Barones, Comites, & Nobiles ab inferioris ordinis hominibus in Camera ſuper cauſſa criminali conueniri non poſſunt. Et quamuis aliàs Camera Iuriſdictionem habeat, non tamen protinus habet merum imperium, vt ſuprà dictum fuit. Tantiſper igitur negabimus, cauſſas criminales ad Cameram pertinere, dum Friderus affirmans probet, merum imperium Cameræ lege aliquâ datum eſſe.

Ad ſecundum Frideri argumentum reſpondeo cum Rutgero. Quoniam in ordinatione excipitur appellatio à cauſſis criminalibus, quæ pœnam corporis important So ein Leibſtraff auff jhnen tragen/ euinci inde regulam contrariam, ſed in genere proximo, hanc: Ergò in criminibus, quæ non important pœnam corporis, Welche kein Leibſtraff auff jhnen tragen/ concedi debet in Camera appellatio. Alterum autem, quod ab hoc ſpecie differt, prima nimirum inſtantia à ſecunda, nunquam inde euinci poterit: Ergò cauſſæ criminales in prima inſtantia ad Cameram pertinent. *Rutger. d. cap. 3. num. 7.*

Non

Non obſtat deniq; ratio tertia. Nam Imperator de iſtorum hominum delicto cognoſcere poteſt.

Neque aduerſatur, quòd ſolam cognitionem feudorum regalium, quæ feudi titulo ab Imperio dependent, Imperator ſibi reſeruauerit. *2. ordin. tit. 7. quod mouet Frider. d. cap. num. 2.* Nam non ſolam illam cognitionem ponendum fuerat, ſed ſibi ſoli. Vel ſi ſolam hanc ſibi reſeruabit, intelliges ſcilicet in iuriſdictione ſimplici & imperio mixto, non autem in imperio mero, quod lege aliqua in Cameram ab eo cum ordinibus & ſtatibus Imperij translatum fuiſſe nuſpiam reperitur, ſicut elegantiſſimè hoc argumentum ſoluit Rutger. *d. loc. quem vide.*

Quamuis verò hactenus ſatis ſuperque demonſtratum fuerit, cauſſas criminales ad Cameram neque in prima, neque in ſecunda appellationis inſtantia pertinere, excipitur tamen primò crimen fractæ pacis. *Gail. 1. obſ. 1. nu. 2. Mynſing. cent. 3. obſ. 40. Rulant. d. loc. nu. 2.*

Secundò crimen perſonæ Cameralis. *ordin. Camer. part. 1. tit. 50. §. vlt. cum limit. tamen ſuprà poſita.*

Tertiò caſus apertæ & principaliter intentatæ nullitatis *part. 2. ordin. tit. 28.* §. Item nach dem. *Gail. d. obſeru. 1. num. 27. Mynſing. cent. 4. obſeru. 41. num. 5. Autor noſter infra part. 3. num. 26. Frider. dict. c. 9. num. 4. Rulant. d. loc.* Atquè hoc de ea tantùm nullitate, quæ ſuper æquitate & ratione naturali fundata, principaliter & non acceſſoriè intentatur, intelligendum eſt. *d. tit. 28.* §. Item nach dem. *verb.* oder ſonſt wider natürliche Vernunfft vnnd Billigkeit ſey geurtheilet vnnd gehandelt / auch derhalben principaliter *auff* die nulliter vmb Proceß anſuchen würde. Quod ſi Iudex ille, de quo criminaliter accuſatus ſuper nullitate Proceſſus conqueritur imperio immediatè ſubiectus ſit, Citatio à Camera decernitur ad deducendam nullitatem proceſſus, quòd nimirum contra Reum accuſatum abſentem, non legitimè citatum vel indefenſum, aut inauditum proceſſum ſit. *dict.* §. Item nach dem. Tùm igitur Iudex criminalis in termino ſibi in citatione præfixo comparere, ac per acta criminalia legitimè in cauſſa proceſſum eſſe docere debet, id quod tantùm fit ſummariè leuatoq; vt aiunt, velo, abſque litis conteſtatione & ſtrepitu iudiciarij ordinis per inſpectionem actorum, quæ notorium inducunt, *cap. fin. de cohabit. cleric. Gail. 1. obſeru. 1. num. 28.* idque ne executio delicti nequiter & malitiosè extrahatur, quod permitti non debet. *l. Quoniam C. de appell. l. cum reis C. de pæn. Gail. d. loc.* Et ſi tunc ex actis appareat, nulliter, ſicut dictum eſt, in iſta cauſſa proceſſum eſſe, cauſſa principalis ad eundem Iudicem remittetur, eique ſeriò mandabitur, vt poſteà ſecundum Iuris & receſſuum imperij præſcriptum in iſta cauſſa procedat. *d.* §. Item nach dem. *verſic.* So ferrn denn der Richter. Cæterùm hoc nullitatis proceſſu tantùm Reus inquiſitus vel accuſatus vti poterit, non autem actor, niſi fortè ipſi ex proceſſu vel ſententia immineret pœna talionis & corporalis, quo caſu eadem foret ratio, quæ in accuſato *Mynſing. centur. 4. obſ. 42. quem vide.*

Quartò in cauſſa criminali ſupplicare ad Cameram appellando licet ſuper mera competentia. *Frider. d. c. 9. num. 5.*

Quintò Camera adiri poteſt, cùm non de crimine puniendo, ſed de iuriſdictione in iſta cauſſa criminali quæritur. *Frider. d. c. 9. num. 6.*

Sextò ſi propter cauſſam criminalem ab alio commiſſam perſona quædam tertia innocens, per repreſſalias fortè, vel arreſta, aut pignorationes, ab aliquo immediatè imperio ſubiecto, detineatur vel moleſtetur. Tunc enim ab extraiudiciali grauamine appellando, mandata pro relaxando obtineri poſſunt. *Fride. d. c. 9. num. 7.*

Septimò quia ordinatio Cameræ. *d. tit. 28.* §. Item nach dem expreſsè loquitur, Daß in Peinlichen Sachen / die Leibſtraff auff jhnen tragen / am Cammergericht kein Appellation angenommen werden ſolle (latinè, quod in cauſſis criminalibus quę corpo-

Digitized by Google

corporis pœnam importent, nulla appellatio in Camera recipi debeat) quæritur, an à pœnis ſiue mulctis pecuniariis ad Cameram appellare liceat. *Frider. dict. cap. 9. nu. 9. & Mynſing. centur. 4. obſ. 41. diſtinguunt*, quòd mulctæ iſtæ imponuntur aut propter cauſſam merè ciuilem, quæ nullam poteſt importare corporalem pœnam, aut propter cauſſam merè criminalem, quæ corporis pœnam importat. Priori caſu locus eſt appellationi, ſi ſumma ordinationi Cameræ, vel priuilegio eius, à quo appellatur, reſpondeat. *Mynſing. cum Frider. dict. loc. d. obſeru. 41. nu. 4.* vbi ita iudicatum fuiſſe ſcribit in cauſſa Bernardi. Deſſen contra Iodocum Kupper 30. Ianuarij Anno 1538. Si verò pœnæ iſtæ ſiue mulctæ pecuniariæ propter cauſſam merè criminalem, quæ corporis pœnam importat So ein Leibſtraff auff ſich hat imponantur, tùm ſi ex commutatione fortè per gratiam facta pœnæ iſtæ ſiue mulctæ pecuniariæ, in locum pœnæ ordinariæ corporalis ſuccedant, appellationi locum eſſe negant. *d. d. loc.* quòd ſurrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſurrogatur. *l. 1. §. hæc actio. 10. ff. ſi quis teſtam. lib. 1.*

Denique generaliter, vbi quæſtio eſt de cauſſa criminali Von einer Peinlichen Sach / ſo ein Leibſtraff auff ſich hat / appellare non licet. Cæterùm vbi talis quæſtio deſit, ibi, etſi criminaliter agatur pro mulcta fortè fiſco applicanda, ibi appellationi deferendum putat *Frider. d. cap. 9. nu. 12. Id quod etiam concedit Rulant. d. loc. num. 6. verb.* Ergò in criminibus, Welche keine Leibſtraff auff jhnen tragen / recipienda per Camerales appellatio & prolixè. *d. c. 3. num. 7. Daniel Mollerus lib. 4. Semeſtr. c. 33. num. 10. Autor infr. part. 3. ſub rubr.* In welchen Sachen an das Cammergericht mög appelliert werden.

s Auch alſo geſchaffen ſey / daß davon mög appelliert werden] An cauſſæ matrimoniales per appellationem ad Cameram deuolui poſſint, haud abs re dubitare licet. Quòd non deuoluantur, ex eo colligere fas eſt, quòd ſint ſpirituales & ſacramentales. *c. gaudemus de diuort. c. fin. de condit. appoſ. c. omne 27. quæſt. 2.* & communiter Canoniſtæ, ideoq; non coram Iudice Laico ſiue ſeculari, ſed coram iudice Eccleſiaſtico tractari & ventilari debeant. *c. 1. de conſang. & affin. cap. cauſſam matrimonij de offic. deleg. c. 2. extra de iudic. Spec. in tit. de compet. Iudic. in princip.* Ex quo eodem fundamento non ſolùm in appellationis inſtantia, ſed & per viam ſimplicis querelæ in prima inſtantia, inter immediatè imperio ſubiectos eos, qui reſpectu quodam priuilegiatam Auſtregarum inſtantiam non habent, cauſſas matrimoniales in Camerali iudicio non poſſe agitari ſatis apparet.

Tùm *Gail. 1. obſeru. 112. num. fin.* diſertè ſcribit, cauſſas matrimoniales ad Cameram non pertinere, & meminiſſe ſe in cauſſa quadam matrimoniali ad Cameram appellatum, ſed appellationem non admiſſam fuiſſe. Ratio ſuprà fuit poſita, quòd cauſſæ iſtæ matrimoniales ad forum Eccleſiaſticum pertineant, à quo non ad Cameram, ſed ad pontificem appellatur.

Accedit, quod Rulant. *d. c. 3. num. 2.* & hoc cauſſarum genus à Camera relegatum eſſe ſcribit.

Quid? quod vt ſeptimus & vltimus paragraphus Cæſarei memorialis in Comitiis Spirenſib. Anno 70. Iudici & aſſeſſorib. Cameræ traditi oſtẽdit, expreſsè ordinatum ſit, quòd cauſſæ matrimoniales in Camera acceptari non debeant, ſicut deciſionẽ allegati paragraphi adducit. *Ciſner. ordin. p. 1. tit. 9. in addit.* §. Wañ auch.

Non igitur audiendus eſt *Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 10. vbi num. 2.* ſcribit immediatè imperio ſubiectos, qui priuilegiatam inſtantiam non habent, in cauſſa matrimoniali coram Camera conueniri poſſe, *& num. 3.* cauſſas matrimoniales etiam per appellationem ad Cameram deuolui poſſe. Fruſtra enim adducuntur argumenta & rationes, vbi manifeſta in contrarium deciſio extat, quam paulò antè adduximus. Taceo conſuetudinem contrariam, quæ iuri ſcripto derogat. *l. de quibus 32. §. 1. ibiquè communiter Doct. ff. de legib.* mitto etiam ſtylum ſiue morem iudiciorum, quem pro lege obſeruari ſuprà dictum eſt.

Quæ-

Quæritur etiam, an à ſententia Eccleſiaſtici, in cauſſa profana lata, ad Cameram appellare liceat. *Frider. lib. 1. de proceſſ. c. 11.* ſic diſtinguit, quòd Iudex Eccleſiaſticus ſit vel ordinarius, vel delegatus: & quòd appellatus aut laicus ſit, aut Eccleſiaſticus. Si Iudex Eccleſiaſticus ſit ordinarius, iſque partibus tacitè vel expreſsè conſentientibus, de cauſſa profana iudicauerit, quoniam ille in Iudicis incompetentiam conſenſus ſit ſtricti iuris, ad Eccleſiaſtici Iudicis, qui pronunciauit, ſuperiorem, conſenſum iſtum extendi non poſſe, verùm ad Cameram imperialem rectè appellari tùm iſto argumento, tùm aliis nonnullis rationibus. *d. c. 11. num. 3. oſtendit Friderus.* Si verò Iudex iſte Eccleſiaſticus ſit delegatus, viciſſim diſtinguit, quòd partes illum aut ipſæ elegerint & impetrauerint à Pontifice, vel ſuperiori eius Eccleſiaſtico, & tunc, quoniam hac ratione in ſuperiorem etiam eccleſiaſticum conſenſerint, ad illum prouocari oportere, & non ad Cameram: Quod ſi verò delegatus ille non ſit expreſsè impetratus à ſuperiori Eccleſiaſtico, ſed partes fortè cauſſam ei commiſerint, tunc idem ſtatuendum eſt, quod in ordinario *Frider. d. cap. 11. num. 4.* Atque hæc in appellato laico procedunt. Si verò eccleſiaſticus ille ſiue clericus ſit, tunc ad iudicem Laicum ſuperiorem atque ita ad Cameram duobus modis appellari poterit.

Primò ſi epiſcopus vel clericus iudicet vigore iuriſdictionis ſecularis, quam ab alio principe ſeculari vel Imperatore feudi aut alio titulo recognoſcit. Sic Eccleſiaſtici principes Germaniæ immediatè imperio ſubiecti ſunt ratione regalium, priuilegiorum, & beneficiorum ſiue bonorum feudalium, quæ ab Imperatore & imperio habent & recognoſcunt & proindè ab eorum ſententiis in cauſſis ciuilibus, non ad Pontificem, ſed ad Imperatorem vel Cameram imperialem appellatur. *Gail. 1. obſ. 30. num. 1. & 2.* Ratio eſt, quia contemplatione talium bonorum temporalium, quæ Eccleſiaſtici ab Imperatore in feudum recognoſcunt, non iudicant & cauſſas cognoſcunt, vt Eccleſiaſtici, ſed vt Principes, Comites, vel Status imperij. *Gail. d. obſeru. 30. n. 6. Bartol. & DD. in l. ſi quando C. de appel.* Et quòd Prælati ratione temporalium dominiorum, quæ à Cæſare habent, principes vel comites eſſe poſſint, & per conſequens Cæſareæ ipſius Maieſtati, perindè atque ſeculares principes ſubiecti ſint, ipſi Canoniſtæ annotârunt *in c. Romana. §. debet de appell. in 6. Philipp. Franc. ibid. num. 2. & in c. caterùm de iudic. gloſſ. in c. ſolita in verb. ſuſcipiunt de maior. & obæd. Gail. d. obſ. 30. num. 4. Vid. Frid. lib. 1. de proceſſ. d. cap. 11.*

Deindè in cauſſis ex ſua natura in prima inſtantia ad forum ciuile pertinentibus à Iudice Eccleſiaſtico contrà clericum appellatum ad ſecularem rectè appellatur. Huiuſmodi ſunt cauſſæ feudales, *c. verum & c. ex transmiſſa de for. compet. & c. cæterùm de iudic. Gail. 1. obſ. 37. num. 3.* Et communiter à DD. traditum eſt, conſuetudines feudales etiam clericos ligare. Bald. *in d. c. cæterùm col. 1. Felin. in c. 2. col. 23. extra de reſcript. Alex. conſ. 10. col. 2. verſ. nec dicatur, vol. 5. Marant. p. 3. nu. 39. fol. 29.* vbi teſtatur, hanc communem opinionem eſſe. *Curt. Iun. de feud. p. 1. q. 2. nu. 2. Soniſb. p. 1. n. 26. & 27. Villalob. in comm. opin. lit. C. num. 73. & lit. F. n. 28. Soar. n. 92. Gail. 1. obſ. 30. nu. 20. Intrigliol. de feud. q. 14. nu. 4. & 5. Mozz. de feud. in rubr. de his, qui feud. dar. poſſ. num. 3. Herman. Vult. de feud. lib. 1. cap. 1. Sneid. de feud. p. 1. num. 7. & 8.* Item actiones reales. Communis enim theorica eſt, quod, quando cauſſa realis inter clericum & laicum agitanda venit, ea coram Iudice Laico, vbi res ſita eſt, tractari debeat. *Guil. de Cun. in Auth. clericus in princ. C. de Epiſcop. & cler. per text. in l. de his eod. tit. Mynſ. cent. 4. obſ. 95. Gail. d. obſ. 37. nu. 4.* Hinc ſi de emphyteuſi inter emphyteutam & alium tertium controuerſia exiſtat, Iudex competens erit ille, in cuius territorio bona ſita ſunt, etiamſi emphyteuſis ſit eccleſiaſtica. *Myns. d. obſ. 95. autoritate Iaſ. in l. 1. num. 73. C. de Iur. Emphyteut. Ioh. de Anan. conſ. 84. col. vlt. & alij complures hoc tradunt, quos ibidem adducit Mynſing.*

Tùm ſi de poſſeſſione rerum ſpiritualium agatur, ſecularem iudicē eſſe nō clericū late oſtendit. *Gail. 1. obſer. 38. vbi nu. 1. affirmat,* petitorium ſpiritualium, cuiuſ-

modi

modi ſunt decimæ *c. tua & tot. tit. extra de decim.* ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare. Quamuis igitur in Camera appellationes in cauſſis decimarum in petitorio non recipiantur, in poſſeſſorio tamen cauſſas decimarum per Iudicem ſecularem agitari & decidi poſſe communiter placuiſſe ſcribit Gail. *d. obſeru. 38. num. 2.* Atque id eſt, quod Mynſing. *cent. 5. obſeru. 93. in fin.* ſcriptum reliquit, ſi Eccleſiaſtica perſona ſpolietur à Laico in ſua præbenda, vel bonis ad præbẽdam pertinentibus, aut in ea turbetur, tali caſu Cameram Iudicem eſſe poſſe atque ſic factum eſſe in cauſſa clericatus Mindenſis contra ciuitatem Mindenſem tradit, & in cauſſa capituli Hamburgenſis contra ciuitatem ibidem. *Confer Frider. d. c. 11. num. 5. 6. & 7.*

[h] Daß der Richter võ welchem appelliert] Ne ex defectu iuriſdictionis Iudicis fruſtra ſupplicetur, quòd extra territorium ſiue forum ſine iniuria alterius nec ius dici, nec quiſpiam in ius vocari poſſit. *l. in criminali 5. §. 1. & ibi Doct. cum l. ſeq. ibi niſi à ſuo Iudice C. de iuriſd. c. ſi diligenti extra eod.* & defectus iuriſdictionis nullitatem operetur, quę perpetuò etiam poſt tres ſententias conformes opponi poteſt tex. *in c. at ſi clerici de Iud. Dec. conſil. 520. num. 12. in cauſſa Piſtorienſi & conſil. 68. num. 24. incip. viſo puncto Alexan. conſil. 77. nu. 11. volum. 2. incip. In cauſſa & lite.* Nec poteſt nullitas iuriſdictionis ſtatuto excludi, etiamſi verbis generalibus ſtatuto omnes nullitates tollerentur. *Alex. d. conſil. 77. num. 9. per alleg. ibid. Gail. 1. obſeru. 123. nu. 3. Vant in tractat. de nullit. tit. de nullitate ex defectu iuriſdict. num. 4.* ante omnia iuriſdictionem eius, cui ſupplicamus, fundatam eſſe oportet.

Itaque appellans in ſupplicatione, qualitatem fundantem iuriſdictionem Iudicis, expreſſis verbis allegare, & proindè narrare debet, Iudicem, à quo appellatur immediatè imperio & ſubiectum eſſe, & ab eo appellari poſſe. *Frider. de proceſſ. lib. 1. c. 13. num. 3. & d. lib. 1. c. 7. num. 5. Schvvanmanniꝰ proceſſ. Cameral. lib. 1. c. 1. num. 19. cum ſeq. aliq.*

Statur autem regulariter in extrahendis ſiue decernendis proceſſibus, ad fundandam iuriſdictionem Cameræ, ſupplicantis narratis tantiſper, donec in proceſſu cauſſæ contrarium doceatur, id quod in cauſſis tàm ſimplicis querelæ, quàm appellationem obtinet. *Gail. 1. obſeru. 31. num. 1. & 2. Mynſing. cent. 2. obſeru. 9. num. 8.* vbi ſufficere ſcribit ad obtinendos proceſſus & fundandam iuriſdictionem, vt quis narret qualitatem, quæ iuriſdictionem Cameræ tribuat, licet illa ab aduerſario negetur, dummodò de hoc non conſtet Autor noſter hac *part. 1. ſub num. 16.*

Vnde patet, qualitatem iuriſdictionem fundantem in ſupplicationibus allegare ſufficere; probare autem non eſſe neceſſe. *l. cùm quadam puella. §. quoties & ibi comm. Doct. ff. de iuriſdict. omn. iud. Gail. d. obſeru. 31. Mynſing. d. obſeru. 9. Frider. de proceſſ. lib. 1. c. 14. num. 1. Schvvanman. d. cap. 1. num. 22.* Atque hanc ſententiam ex vetuſtioribus amplectuntur. *Bart. in l. 2 ff. ſi quis in ius vocat. non ier. in lect. num. 9. & in repet. num. 7. Guil. de Suza. in auth. Qua in prouincia C. vbi de criminib. agi oport. Petr. de bell. Pertic. Cyn. & Fulgoſ. in l. Praſcriptione C. ſi contra ius vel vtilit. public. Fulgoſ. & Caſtrenſ. in d. l. cum quadam puella. §. quoties. ff. de iuriſdict. omn. iud. cap. Tholoſ. deciſ. 210. in addit. vbi refertur, hanc eſſe communem opinionem.* In Camera Imperiali hanc ſententiam pro regula obſeruandam eſſe ſcribit *Gail. d. obſeru. 31. num. 1. Idem atteſtatur Mynſing. d. obſeru. 9. num. 8. Adde Frider. Schvvanman. & autorem dd. loc.*

Non igitur attendendum eſt, quòd alij nonnulli, iiq; magnæ autoritatis Iureconſulti, *Bald. in d. l. Praſcriptione C. ſi contra ius vel milit publ. Innoc. in c. ſuper literis de reſcript. Anton. de Butr. Ioan. Andr. Panorm. Felyn & Socin. in cap. ſi clericus de for. compet. aliiq; complures, quos refert Mynſing. d. obſeru. 9 nu. 1.* de qualitate, quæ iuriſdictionem fundet, cumprimis conſtare debere ſaltem ſummariè, ſentiunt, ex his fundamentis, quòd, ſi de iuriſdictione ſiue competentia dubitetur, Iudex primò cognoſcere debeat, an ſua ſit iuriſdictio. *l. 2. §. ſed ſi dubitetur & l. ſi quis ex aliena. ff. de iu-*

Digitized by Google

*d. iudic. item quod requiratur, vt Iudex ſciat, ſe eſſe Iudicem arg. l. Quaro. ff. de eo, qui pro tutor.* & quod Iudex compertam habere debeat eam qualitatem, quæ iuriſdictionem ipſi tribuit. *l. hæc autem verſ. conſtare debeat liquereq́; ff. ex quib. cauſſis in poſſeſſ. eat.*

Nam tantùm abeſt, vt hæc argumenta receptam hanc ſententiam noſtram vllo modo infringant infirmentuè, vt multò etiam magis ipſam ſtabiliant atque confirment. Si enim Iudex cognoſcere debet, an ſua ſit iuriſdictio, ſi ſcire debet, ſe eſſe Iudicem, ſi compertam habere debet qualitatem illam; quæ iuriſdictionem ipſi tribuit, quomodo hoc cognoſcet, quomodo ſcier, quomodo adductam qualitatem compertam habere poterit; antequam partem citet? Itaque ad effectum citationis ſufficit fuiſſe tantùm qualitatem iuriſdictionem tribuentem à ſupplicante allegatam. Poſtea verò demum cognoſcitur de iuriſdictione Iudicis, & de veritate qualitatis, quæ iuriſdictionem tribuit, ſi pars citata reproductis proceſſibus vel in Iudicem conſentiat planè, nullam fori declinatoriam obiiciendo, vel ante litis conteſtationem exceptiones ſub & obreptionis opponendo iuriſdictionem declinet. *l. apertiſſimi C. de Iudic. l. fi. C. de except. c. ſuper literis de reſcript. Gail. d. obſeru. 31. num. 3. Frider. d. cap. 14. nu. 1. Autor noſter d. num. 16.* §. Es iſt auch zu wiſſen. Quod autem ad veritatem narratorum in ſupplicatione; quæ merita cauſſæ concernunt, attinet, de ea demum poſt litis conteſtationem cognoſcitur, quòd propriè & ſecundum communem opinionem iudicium à litis conteſtatione demum incipiat. *c. ſuper quæſtionum vbi gloſſ. in verb. litis exordium de offic. & poteſt. iud. deleg. Felyn. ibid. num. 6. l. is qui ſe obtulit. ff. de rei Vendic. & l. cùm fundus. ff. ſi cert. petat.* ponderando verba poſt acceptum iudicium. *Gail. 1. obſeru. 74.* & ante litis conteſtationem cauſſa principalis non dicatur deducta in iudicium. *c. 1. §. fin. de lit. conteſt. Bartol. in l. conſentaneum C. Quomodo & quando Iudex. num. 5. Gail. d. obſer. 74. num. 14.* & quòd ea, quæ reſpiciunt merita cauſſæ, ante litis conteſtationem diſputari non poſſint. *Bart. in l. Nam & poſtea. numer. 2. ff. de iureiur. text. in c. 1. de litis conteſt. in 6. Gail. d. obſer. 74. num. 13. Paulò aliter reſpondet Frider. & Mynſ. d. loc.* Verùm illa, quam ego attuli, reſponſio quæſtioni de iuriſdictione motæ magis eſt conſentanea.

Porrò dictum ſuprà eſt, quoad fundandam iuriſdictionem in impetrandis & decernendis proceſſibus regulariter ſtari ſupplicantis narratis.

Excipiuntur enim ſequentes caſus. Primò ſi notorium ſit, iurisdictionem Cameræ fundatam non eſſe. *Gail. d. obſeru. 31. num. 4. Frider. d. cap. 14. nu. 2. Mynſing. cent. 2 obſ. 9. num. 8. Autor noſter d. num. 16. §. Item in.* Iudex enim factum notorium attendere poteſt, etiamſi à parte nec allegatum nec probatum ſit. *Gail. d. obſ. num. 5.* & negatio partis notorium non inficit, nec rem dubiam reddit. *Gail. d. obſ. n. 6.* Hinc Auguſtiſſimus Saxoniæ Elector Auguſtus laudatiſſimæ memoriæ *p. 1. conſt. 25.* præſcriptionem ex actis notoriam, licet à parte allegata non ſit, ex officio iudicem ſupplere, eamque in iudicando attendere poſſe præclarè rationeque conſtituit.

Secundò in cauſſis denegatæ iuſtitiæ ad obtinendos proceſſus narratis ſupplicantis non creditur, ſi tantùm alleget, iuſtitiam à Iudice inferiore ſibi fuiſſe denegatam, verùm documento inſuper opus eſt, quo ſupplicans fidem Iudici, cui ſupplicat, ſuperiori faciat, ſe & requiſiuiſſe iudicem ſuperiorem, & iuſtitiam ſibi ab eodem fuiſſe denegatam. *p. 2. ordin. titu. 28. verb.* ſondern das Recht fündtlich verſagt. *Mynſing. cent. 3. obſ. 74. Gail. 1. obſ. 28. num. 3. & d. obſ. 31. num. 7.* Autor noſter *d. n. 16.* §. Zum dritte. Ratio eſt, quòd in iudice nõ præſumatur negligentia, niſi probetur legitima requiſitio; *l. 2. C. de offic. Ciuil. Iudic. l. 1. C. de ſuſcept. & arcar. Mynſing. d. obſ. 74. Gail. d. obſ. 28. num. 4. Frider. d. cap. 14. num. 2. Schvvanmann. proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 20. num. 3.*

Tertiò in cauſſa relaxationis à iuramento ad effectum agendi, non creditur ad obtinendam citationem ſupplicantis narratis, ſed ante quàm citatio ad

B effe-

effectum agendi decernatur, pro informatione facti, & ſtatu cauſſę cognoſcendo priùs Magiſtratur loci, ſub quo ſupplicans captus fuit, ſcribitur *p. 2. ordin. tit. 24. Gail. 1. obſ. 22. num. 4. & d. obſ. 31. num. 7. Frider. d. loc. Schvvanmann. proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 17. nu. 3. & 4. Autor noſter d. nu. 61.* §. Zum vierdten. per rationem in caſu præcedente adductam, quòd præſumtio pro Magiſtratu militare ſoleat.

Quartò non creditur ſupplicationis narratis ad obtinendam citationem in cauſſis pauperum, qui paupertatem iurârunt, & ad Cameram appellant. Non enim ſtatim decernitur citatio, ſed compulſoriales contra Iudicem à quo ad edendum acta. Quæ quidem acta ab aſſeſſoribus perfunctoriè examinantur, ex quibus ſi leuiter & veriſimiliter pauperem iuſtam litigandi cauſſam habere perſpiciant, proceſſus decernũtur, ſin minùs, ne Iudex & aduerſarius inanibus ſumtibus & moleſtiis vexentur, proceſſus denegantur. *part. 1. ord. tit. 41. Gail. d. obſ. 31. num. 8. Frid. d. c. 14. num. 2. Autor noſter d. n. 16.* §. Zum fünfften.

Quintò ſi ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiit, nullitatis principaliter intentato iudicio, reformari petatur, etiamſi ſupplicans alleget, notoriam eſſe nullitatem, inhibitio cum citatione ſuper nullitate petita concedi non debet, quia hoc caſu, cum ſit præſumtio pro ſententia. *c. in præſentia de renunc. c. Sicut. §. fin. de ſent. & re iudic.* nudis ſupplicantis narratis non creditur. *Gail. 1. obſ. 127. num. 10. & lib. eod. obſ. 144. num. 6. & 7. Frider. d. loc. num. 2.* Secus eſt, ſi ex actis notoria appareat nullitas; ea namque executionem impedit. *Gail. 1. obſ. 113. nu. 3.*

V.

[a] Von der erſten Inſtantz wirdt die [c] gemein Regel geben/ daß alle vnd jede Perſon vnd Sachen/ die der Keyſerlichen iurisdiction ohn mittel vnderworffen/ vnd durch ſonder Außträg/ oder andere Priuilegien/ Freyheiten/ Gewillkür vnnd rechtmäſſige Gewonheiten nicht außgenommen ſeyn/ an dem Keyſerlichen Cammergericht vorgenommen/ vñ mit Recht beklagt werden/ wie dann von allen [b] Cammergerichts Perſonen vnnd Reichsſtätten zuverſtehen. Doch ſind [d] die Exceptiones faſt gröſſer/ dann die Regel ſelber/ dann wie hernacher angezeigt/ wirdt dieſe Regel in viel Weg als in Mandat Sachen/ in Sachen da extraiudicialiter prouocirt, vnnd dann per l. Diffamari vnd ſonſt nicht gehalten.

[a] Von der erſten Inſtantz] Dictum eſt ſuprà, omnes cauſſas ad Cameram vel per appellationẽ, vel per viam ſimplicis querelæ deuolui. Per viam autem ſimplicis querelæ iſtæ eò cauſſæ deuoluuntur, quæ in prima inſtantia forum illic ſuũ ſortiuntur. Sic perſonæ immediatè imperio ſubiectæ ſtatim regulariter quidem conueniuntur in Camera, niſi priuilegia primarum inſtantiarum auſtregarumuè obſtent. Quæ cauſſæ ex ſua natura in prima inſtantia ad Cameram pertineant, copioſè infrà explicabitur.

[b] Cammergerichts Perſonen] *per tit. 49. part. 1. ordinat.* Cæterùm num Aſſeſſores Cameræ etiam propter contractus alibi quam Spiræ vel in Camera celebratos, in Camera conueniri poſſint, tametſi dubitatum olim fuit, nihilominus tamen contra quendam Aſſeſſorem Cameræ iſto in caſu citationem in Camera fuiſſe decretam, ſcribit Mynſing. *cent. 5. obſeru. 52. num. 2.* Et hæc vera ſunt de omnibus perſonis iuriſdictioni Cameræ ſuppoſitis etiam de peregrinis aduenientibus, qui in Camera morantur vel ſollicitant. *d. tit. 49. Mynſing. d. loc.* Quid in criminalibus ſeruetur, in præced. numer. ſatis copioſè diximus. Videatur omninò Mynſing. *in d. obſeru. 52. num. 4.*

[c] Wird die gemein Regel] Regula hæc iiſdem ferè verbis traditur. *part. 2. ordin. Cam. tit. 27.*

[d] Die Exceptiones] Hæ exceptiones cum regula ab autore tradita prorſus conueniunt. Non igitur ſunt exceptiones iſtius regulæ, quòd exceptiones contra regulam eſſe debeant, id eſt, contra illud, quod in regula diſponitur. *Bart. in l. in his. ff. de legib. Angel. in conſil. 290. thema eſt coll. 3. Decius in l. 1. ff. de reg. iur. num. 20.* Regula enim diſponit, quòd omnes perſonæ immediatè imperio ſubiectæ, & quælibet cauſſæ, quæ immediatè Cæſaris iuriſdictioni ſubiaceant, in prima inſtantia ad Cameram pertineant. Idem quoq; docent tùm exceptiones infra ſub *num. 7.* poſitæ, tùm de cauſſis mandatorum, de extraiudiciali prouocatione, & conſtitutione Legis diffamari ſubiecta exempla. Conſtitutio enim Legis diffamari tanquam pacis publicæ conſeruandæ cauſſa introducta. *verb. ordin. part. 2. tit. 25.* In Friedbrüchigen/ Schmach/ vnnd andern der gleichen Sachen/ remoto priuilegio primæ inſtātiæ, Cameræ Iuriſdictionem, ſi tamen diffamatus, qui in cauſſa principali reſpondet, immediatè quoq; Cameræ ſubiectus ſit, vel cauſſæ qualitas immediatè imperio quidem, ſed non Cameræ ſubiectum eò trahat, vt inter alia requirit ordinatio *in d. tit. 25.* immediatè fundat. *Gail. 1. obſ. 9. n. 1. Schvvanman. proceſſ. Cameral. lib. 1. cap. 18. num. 1.*

Quod ad cauſſas mandatorum attinet, ſciendum eſt, quemlibet Magiſtratum competentem etiam Camerâ inferiorem mandatum tàm ſine clauſula quā cum clauſula iuſtificatoria, aduerſus homines ſuæ iuriſdictioni ſuppoſitos decernere poſſe. *Frider. de mandat. & monitor. cap 3. num 31*

Quod ad Cameram verò imperialem attinet, ea mandata ſine clauſula tùm demum decernit, quando Reus, contra quem petuntur, immediatè Cameræ ſubiectus eſt, vel quando qualitas cauſſæ ad Cameram principaliter pertinet. In aliis enim caſibus ordinarius Rei Iudex adiri debet per vulg. *l. fin. C. vbi in rem act. Gail. 1. obſeru. 13. num. 6. Frider. de mand. & monit. lib. 2. c. 8. num. 2.*

Cæterùm mandata cum clauſula Camera rectè decernit aduerſus eos ſtatus imperij ſiue immediatè imperio ſubiectos; qui Auſtregatum priuilegium non habent, vt ſunt collegia, ciuitates, vniuerſitates immediatè imperio ſubiectæ, item Comites, Barones, Nobiles immediatè imperij iuriſdictioni ſuppoſiti, qui licet in reſpectu ad ſui ſimiles, ad Electores & Principes Auſtregarum priuilegio fruantur, reſpectu tamen collegiorum & ciuitatum indiſtinctè, deindè omnium mediatorum imò & propriorum ſubditorum reſpectu, Auſtregatum inſtantia non gaudent. Si enim in hoc reſpectu ſtatim in prima inſtantia coram Imperiali Camera conueniuntur. rectè etiam ab eadem contra ipſos mandata cum clauſula & petuntur & decernuntur. *Frider. d. c. 8. num. 1.*

Quod verò tùm ad Principes Imperij tam ſeculares quàm Eccleſiaſticos, tùm ad Comites, Barones, Nobiles immediatè imperium recognoſcentes, quatenus hi & inter ſeſe & in reſpectu ad principes conſiderantur, attinet, atque ita Auſtregarum inſtantiam habent, certum eſt; in Camera aduerſus eos mandata cum clauſula iuſtificatoria peti & obtineri non poſſe, niſi in conſequentiam conſtitutionis & qualitatis cauſſæ, quę iuriſdictionem Cameræ fundet, vt ſunt conſtitutiones fractæ pacis, religionis, litigioſæ poſſeſſionis, legis diffamari, continentiæ cauſſarum: aliàs illi adeuntur iudices, quos ordinatio Cameræ in hoc Auſtregarum priuilegio conſtituit, vt infra docebitur. *Frider. d. c. 8. num. 2. cum ſeq. Idem in effectu dicit Gail. 1. obſeru. 19.* cùm hiſce verbis, Mandata, inquit, cum clauſula nunquam decerni poſſunt, niſi iuriſdictio Cameræ, quoad Reum immediatè fundata ſit. Illud pro certa regula accuratè obſeruandum. Fallit, ſi non principaliter, ſed acceſſoriè vnà cum aliis proceſſibus, qui iuriſdictionem Cameræ fundarent, vt in cauſſis fractæ pacis, piggorationum, & ſimilibus petuntur, quo caſu huiuſmodi mandata tanquam acceſſoria ſequuntur na-



Digitized by Google

turam ſui principalis. Hactenus Gail. Verùm de his infra pleniùs. Nunc explicationis cauſſa hęc attingere volui, vt intelligeretur, qua ratione mandata in prima inſtantia & peterentur & decernerentur. Cùm igitur Camera, vt hactenus dictum fuit, mandata ſine clauſula aduerſus reos immediatè imperio ſubiectos decernat, ſicut & mandata cum clauſula, quatenus hi, qui imperio ſubiecti ſunt, Auſtregarum priuilegium non habent, vel qualitas cauſſæ Cameræ iuriſdictionem fundat in prima, vt loquuntur, inſtantia, atque hoc reſpectu illud ipſum autor tanquam exceptionem regulæ ponat, quæ tamen exceptio regulæ non eſt contraria, ſed ſummoperè conſentánea, id quod naturæ exceptionis aduerſari ſuprà dixi, ſequitur, aut exceptiones iſtas à regula, pro eo ac ab autore præſcripta eſt, prorſus ſeparandas eſſe, aut ita regulam formari oportere, quòd regulariter omnes cauſſæ in prima inſtantia ad Cameram Imperialem non pertineant, ſed demum per viam appellationis deuoluantur, ſicut regulam hanc tradidit *Gail.1.obſeru.1.num.1.* Tùm enim non iſta ſolùm exceptio, verùm etiam aliæ nonnullæ paulò pòſt ab autore poſitæ, regulæ rectè ſubiiciuntur.

VI.

## Welche Perſonen ohn Mittel der Keyſerlichen Iuriſdiction vnterworffen.

I.

[a] Chur vnd Fürſten haben jhr erſte Inſtantz vermög der Außträg.

II.

[b] Deßgleichen werden Prælaten/Graffen vñ Herrn/von den Fürſten/entweder per viam commiſſionis vorgenommen/oder der klagend Fürſt hat auß dreyen vorgeſchlagenen Fürſten einen zu erwehlen.

III.

Zum dritten/ ſo herwiderumb Prælaten/ Graffen vnnd Herrn/ auch die vom Adel/ die Fürſten zu Recht erfordern/ ſindt acht Wege durch die Ordnung vorgeſchlagẽ/ſonderlich die neun Räth/auß dreyen Fürſten einen zu erwehlen/einen Vnpartheyiſchen Commiſſarium zu erlangen/oder einen Arbitrum zu erwehlen.

IV.

[c] Zum vierdten/ wann Prælaten/ Graffen vnd die vom Adel einander zu Recht erfordern/ hat der/ ſo erfordert/ abermaln auß dreyen vorgeſchlagenen Fürſten einen zu erwehlen/ oder ein Commiſſarium zu erlangen.

V.

Die Reichsſtätte werden in erſter Inſtantz gleich am Cammergericht beklagt/ doch haben auch dieſelbigen [d] zu Zeiten jhre Freyheiten/ vnd werden für andere Stätt in prima inſtantia gewieſen.

Antequam ad explicationem illius quæſtionis accedamus, vbi perſonæ Cæſaris iuriſdictioni immediatè ſuppoſitæ forum ſuum in prima inſtantia ſortiantur, operę precium erit, quęnam perſonæ illæ ſint, paulò accuratiùs diſpicere. Cæterùm perſonæ immediatè Cæſari ſuppoſitæ dicuntur illæ, quæ ſolũ Imperatorem ſuperiorem recognoſcunt, & Status Imperij vocantur. Sunt igitur Status Imperij illi, qui ſolum Cæſarem ſuperiorem recognoſcentes, & Cæſaris & communi procerum Imperij conſenſu, in album ſiue matricem aut matriculam Imperij

perij recipiuntur, ea lege, vt Imperio, occurrente neceſſitate, certum cenſum in albo, ſiue matricula expreſſum, penſitent, vel ſubſidium militare præſtent, ſicut definitionem hanc tradit & explicat *Gail. 1. obſer. 51. num. 2.* Tales ſunt Principes Comites, Barones, Nobiles immediatè imperio ſubiecti, quales ſunt in Franconia, Franci propterea, id eſt, liberi nobiles vocati Die freyen Francken/ & liberæ ciuitates imperiales Die freyen Keyſerliche Reichsſtätte. Quod ad Comites & Barones attinet, contingit aliquando, eos à ſuperiori Statu vt Principe eximi ab immediata iuriſdictione imperij tàm ratione territorij, quàm ratione domicilij, qui ꝓpterea nō imperij Status, ſed Landſaſſij, vt loquūtur, Principis ſui eximentis vocabūtur. Status. n. Imperij definiuimus, illos, qui ſolum Imperatorē ſuperiorem recognoſcunt. Tales reperiūtur Comites & Barones in Auſtria & Bohemia, qui Ducibus Auſtriæ, & Bohemiæ Regib. immediatè ſunt ſuppoſiti, Imperatori autē, ſiue Cæſari, nō niſi mediatè. Propterea etiam neq; ad Comitia & publicos Imperij cōuentus vocantur, neq; peculiarē in Imperio ſeſſionem obtinent. Status enim Imperij ad Comitia & publicos imperij conuentus euocantur, & ſeſſionem in imperio habent, eo ordine, qui ex lege Imperij in albo eius ſiue matricula deſcriptus eſt. *Gail. d. obſ. 21. num. 21.* Lege deficiente ordinis ratio ducitur ex dignitatibus ac honoribus, quibus quiſque ampliſſimis præſtantiſſimiſque in Imperij Comitiis & aliis publicis muneribus perfunctus eſt, ſicut iiſdem ferè verbis de decurionibus ex ordine in albo ſcribendis tradit Vlpian. *in l. 1. ff. de alb. ſcribend.* cū Decuriones, inquit, in albo ita ſcriptos eſſe oportet, vt lege municipali præcipitur, ſed ſi lex ceſſat, tunc dignitates erunt ſpectādæ, vt ſcribantur eo ordine, quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt. *add. l. 2. ff. eod. tit. l. 1. & 2. C. vt dignit. ord. ſeruetur. l. ex agentib. C. de princip. agent. in reb. Gail. d. obſeru. 21. num. 21. & 22. vbi ex Baldo in c. licet cauſſam num. 6. de probat.* pro ſeſſione officium Iudicis, quandoque etiam actionem iniuriarum, aut iudicium poſſeſſorium competere annotauit, Verùm ſicut in aliis, ita etiam in his conſuetudo plurimum momenti habet. *c. cùm olim de conſuetud. l. Non tantum. ff. de decur. & ibid. Bartol. num. 1. Gail. d. obſ. 21. num. 22.* Ex principibus ſeptem ſunt, qui Electores vocantur, quòd penes ipſos eligendi Romanorum Imperatoris ſit poteſtas. De horum officiis, priuilegiis, & ſeſſionibus in Imperio & aula Cæſaris, ſicut & de poteſtate ipſorum copioſè diſſerit aurea Bulla Caroli Quarti Imperatoris, quam vide ſicut & meam Studij politici Ideam *pag. 64. 65. 66. & 67.*

Conſtat ex his, quæ hactenus recenſuimus, Status Imperij ſiue immediatè imperio ſubiectos, trium eſſe ordinum. In primo ordine collocantur Electores, Principes, & Principali dignitate illuſtres Churfürſten/ Fürſten/ vnd Fürſtmäſſige *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 2.* In ſecundo Prælati, Comites, Barones, Nobiles; *ord. p. 2. rub. tit. 4.* In tertio ciuitates imperiales. *d. tit. 4. rubr. p. 2. ordin.* Sub genere altero huic hominum imperio immediatè ſubiectorum, ex diametro contrario collocantur illi, qui imperio mediatè ſunt ſubiecti. *Ordin. Camer. p. 2. ſub rubr.* Von Perſonen ſo nicht dem Reich ohne Mittel.

Et de Electoribus quidem & principibus vel principali dignitate illuſtribus Von Churfürſten/ Fürſten/ vnd Fürſtmäſſigen/ *Autor noſter ita inquit, nu. 1.*

Electores & Principes primam ſuam inſtantiam habent ex vigore Auſtregatum:[a] Churfürſten vnd Fürſten haben jhr erſte Inſtantz Vermög der Außträg.

Id quod paulò copioſiùs ita explicandum eſt.

Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres Churfürſten/ Fürſten/ vnd Fürſtmäſſige conueniuntur vel à ſeſe mutuò inuicem; vel à Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus: vel à Ciuitatibus imperialibus immediatè imperio ſubiectis, & ab hominibus mediatè imperio ſuppoſitis.

Quando à ſeſe mutuò conueniuntur inuicem, quid tunc obſeruandum ſit præſcribit *ordin. Camer. p. 2. tit. 2.* cū ita inquit; In actionibus, quas Electores, Prin-



Digitized by Google

cipes, & principali dignitate illuſtres clerici & laici, aduerſus ſeſe mutuò habẽt ita obſeruabitur: Qui peculiares inter ſeſe arbitrarias compoſitiones habent, ij ſecundum præſcriptum ipſarum & tenorem, illis vtentur: Si verò arbitrarias huiuſmodi compoſitiones non habeant, tunc Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris Actor, Electorem, Principem, vel Principali dignitate illuſtrem, clericum vel laicum Reum, per literas de cauſſa, quam aduerſus ipſum habet, certiorem faciet, & ſimul, vt iuris cognitioni ſeſe ſiſtat propterea, requiret. Eo facto requiſitus Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris clericus vel laicus intra quatuor proximas à facta requiſitione ſeptimanas, Actori quatuor regnantes rerumuè potientes Electores, Principes, vel principali dignitate illuſtres, ex dimidia parte clericos & laicos, qui ex eadem familia nati non ſint, nominabit, ex quibus Actor vnum Iudicem eliget, &, intra quatuor à facta nominatione hebdomadas, reum in ſcriptis de electo à ſe Iudice certiorem faciet, & vterque poſtea Actor & Reus intra quatuordecim dies Iudicem electum & de cauſſa ſuſcipiendo, & de præfigenda termino rogabunt. Atque hic quidem Iudex, tanquam Cæſareæ Maieſtatis Commiſſarius, vigore ſibi à Cæſarea Maieſtate conceſſæ delegatæuè commiſſionis, tùm acceptare cauſſam iſtam, tùm debito iuris proceſſu terminandam curare tenebitur. Idcircò Cæſareus ille Commiſſarius quàm primùm diem & terminum iudicij in ciuitate ſua conſtituet, & vnâ cum Conſiliarijs ſuis neutri parti ſuſpectis cauſſam ex iure audiet ac cognoſcet, debitoque iuris modo terminandam curabit, neutri tamen parti appellatione ad Cameram præciſa, ſed per expreſſum reſeruata. Et ſi fortè contingat, Cæſareum Commiſſarium priùs, quàm cauſſa ſuam ex iure determinationem accipiat, de vita decedere, actor ex tribus reliquis nominatis Electoribus, Principibus, vel principali dignitate illuſtribus alium eliget, & hic cauſſam in eo ſtatu, quo fuit tempore mortis defuncti Commiſſarij, acceptabit, & porrò ex iuris præſcripto ad finem ipſam perducet. Atque hi quidem Commiſſarij, cùm cauſſa ad illos defertur, quàm celerrimè id fieri poterit, in ea agent, nullamque prorſus odioſam moram dilationemq́; interponent, aut interuenire patientur, quò minùs cauſſa celeriter ad optatam metam decurrat. Quod ſi verò requiſitus Princeps intra tempus ſuprà nominatum & præſcriptum, Electores Principes, vel principali dignitate illuſtres non nominaret, vel poſitæ hactenus ordinationi per omnia ſeſe conformem non gereret, Actor rectà viâ in Camera eum conuenire, & proceſſus aduerſus ipſum petere ac impetrare poterit.

Hęc habentur. *in ord. Cam. p. 2. ti. 2.* Cuius in lingua Germanica verba hęc ſunt:

Jtem mit Rechtfertigung Churfürſten / Fürſten / vnnd Fürſtmäſſigen / Geiſtlicher vnnd Weltlicher / vmb Spruch vnd Forderung / die jhr einer zum andern hett oder gewünne / ſoll es alſo gehalten werden. Welche ſonderlich gewillkürt rechtliche Außträge gegen einander haben / der ſollen ſie ſich nach laut derſelbigen gegen einander gebrauchen / welche aber dieſelbige Außträge gegen einander nicht hätten / ſoll der klagend Churfürſt / Fürſt / oder Fürſtmäſſig den Churfürſten / Fürſten / oder Fürſtmäſſigen / Geiſtlich oder Weltlich / an den er Spruch oder Forderung vermeynt zu haben / beſchreiben / vnnd jhme ſein Spruch oder Forderung in ſolcher Schrifft anzeigen / mit Erſuchung / jhme darumb rechtens zu pflegen.

Darauff ſoll der beſchrieben vnnd erfordert Churfürſt / Fürſt / oder Fürſtmäſſig / Geiſtlich oder Weltlich / in vier Wochen den nechſten nach ſolcher Erforderung / dem Klägern vier regirend Churfürſten / Fürſten / oder Fürſtmäſſigen / halb Geiſtlich vnnd halb Weltlich / die nicht auß einem Hauß geboren ſeyn / vngefährlich benennen / darauß der Kläger einen zum Richter kieſen / vnnd demſelben den angeſprochenen Churfürſten / Fürſten / oder Fürſtmäſſigen auch in vier Wochen nach der Benennung obgemelt vngefährlich durch ſein kündlich Schrifft an ſeinem Hoffe verkünden / vnd ſie von beyden Theilen als dann denſelben in vierzehen Tagen den nechſten darnach vmb Annemmung

nung vnd Tagſatzung bitten/ daß auch derſelbig anzunemmen vnd zu vollführen ſchüldig ſeyn ſoll/ als Keyſerlicher Commiſſarius in Krafft der Commiſſion/ die wir als Römiſcher König an Statt der Keyſerlichen Majeſtat/ in Krafft jhrer Liebd vnd Keyſerlichen Majeſtat vns gegebener Vollmacht vnd Heimſtellung hiermit einem jeden gethan haben wöllen/ vñ ſoll derſelbig Keyſerlich erkorne Commiſſarius förderlich ein Rechtstag anſetzen in eine ſeiner Stätt vngefährlich/ vnd mit ſampt ſeinen Vnpartheyiſchen Rähten die Sach zu Recht verhören/ vnd/ wie ſich in Recht gebühren wird/ entſcheiden/ doch ſoll keiner Parthey die Appellation für dz Keyſerliche Cammergericht benommen oder abgeſtrickt ſeyn nach laut deß Artickels/ von den Appellationen/ welche angenoñen werden ſollen oder nicht/ hierunden begriffen: Vnd ob der erkorn Commiſſarius abgieng/ ehe die Sach zum End käme/ ſoll der Kläger auß den andern dreyen vorgeſchlagenen Churfürſten/ Fürſten/ oder Fürſtmäſſigen einen andern kieſen/ der ſoll es auch anzunẽmen vnd zu vollführen ſchüldig ſeyn als Keyſerlicher Commiſſarius, wie der Artickel hervor anzeigt/ vnnd daß vor den bracht werde/ was vor dem abgangenen Churfürſten/ Fürſten/ oder Fürſtmäſſigen in Recht gehandelt worden/ vnnd ferrner in der Sachen ergehe/ vnnd geſchehe/ was recht iſt.

Vnd ſollen die gemelten Commiſſarien jeder/ ſo es an jnen kompt/ zum förderlichſt in Sachen handlen/ vñ kein gefährlicher Auffzug gebraucht oder zugelaſſen werden: So aber der Anwalt die Benennung der Churfürſten/ Fürſten/ oder Fürſtmäſſigen in obbeſtimpter Zeit nit thäte/ oder dem/ ſo obſtehet nit nachfolgen: So ſoll er dem Klägern vmb ſein Forderung vor dem Keyſerlichen Cammergericht förderlich Rechtens pflegen.

*Add. Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 16. Schvvanman. libr. 1. proceſſ. Cameral. cap. 2. num. 5.*

Hactenus dictum fuit, quomodo Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres tàm clerici, quàm laici ſeſe mutuò cõueniant: Videamus nunc, quomodo conueniantur à Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Nobilibus, & Ciuitatibus imperio immediatè ſubiectis. *Id quod explicatur p. 2. ordin. tit. 4.* vbi octo viæ proponuntur:

Et primò quidem, ſi Prælati, Comites, Barones, Domini, Nobiles imperio immediatè ſubiecti & ciuitates aduerſus Electorem, Principem, vel principali dignitate illuſtrem, ſiue clericus ille ſit, ſiue laicus, quacunque de cauſſa iudicio experiri velint, Actor Electorem, Principem, vel principali dignitate illuſtrem requiret, vt cauſſam ſiue controuerſiam coram Conſiliarijs ſuis cognoſcendam curet. Tùm proximè inſequenti menſe requiſitus Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris Actorem in aulam ſuam, vt ibi coram cõſiliariis ſuis ad præfixum diem cõpareat, citabit, & ad illũ quidem diem & alios inſequẽtes iuridicos nouem ex præſtantiſſimis Conſiliariis ſuis, quorum quinque equeſtris, reliqui verò Iureconſultorum ſint ordinis, ad cauſſam cognoſcendam conſtituet deputabitque, ſed ita tamen, vt Præfectus, qui in cauſſa iſta aduerſarium ſeſe actori ipſo facto præſtitiſſet, in Conſiliariorum illorum numero minimè comprehendatur. Et vnus de Conſiliariis illis nouem, quem Reus Iudicem elegerit, in præſentia actoris vel procuratoris eius octo conſiliarios, & ſenior inter octo illos ipſum iuramento obſtringet, quòd in controuerſia illa ſecundum vtriusq; partis acta & probata ius quàm diligentiſſimè reddere ac pronunciare, atque hac quidem in re nullum planè vel dolum, vel impedimentum, vel dilationem deniq; fruſtratoriam legibusque indignam vſurpare & adhibere velint? Illi quoq; nouem Conſiliarij ab omni voto & iuramento in hac vel alia quapiam cauſſa, quæ ipſis committitur, quàm diu controuerſa ea pendet, liberi ſolutiq; permanebunt hactenus, quatenus per id votum & iuramentum in cognitione cauſſæ impediuntur, & Actor coram iſtis Conſiliarijs reconuentionem nullam ſuſtinebit, atque cauſſa illa intra proximum ſemeſtre à tempore illo, cum libellus actionis in iudicium deductus fuit, computandum, ad finem perducetur; Si verò per iudicialem dilationem cognitionemque longior quædam mora eue-



Digitized by Google

corporis pœnam important, nulla appellatio in Camerā recipi debeat) quæritur, an à pœnis ſiue mulctis pecuniariis ad Cameram appellare liceat. *Frider. dict. cap. 9. nu. 9. & Mynſing. centur. 4. obſ. 41. diſtinguunt*, quòd mulctæ iſtæ imponuntur aut propter cauſſam merè ciuilem, quæ nullam poteſt importare corporalem pœnam, aut propter cauſſam merè criminalem, quæ corporis pœnam importat. Priori caſu locus eſt appellationi, ſi ſumma ordinationi Cameræ, vel priuilegio eius, à quo appellatur, reſpondeat. *Mynſing. cum Frider. dict. loc. d. obſeru. 41. nu. 4.* vbi ita iudicatum fuiſſe ſcribit in cauſſa Bernardi. Deſſen contra Iodocum Kupper 30. Ianuarij Anno 1538. Si verò pœnæ iſtæ ſiue mulctæ pecuniariæ propter cauſſam merè criminalem, quæ corporis pœnam importat So ein Leibſtraff auff ſich hat imponantur, tùm ſi ex commutatione fortè per gratiam facta pœnæ iſtæ ſiue mulctæ pecuniariæ, in locum pœnæ ordinariæ corporalis ſuccedant, appellationi locum eſſe negant. *d. d. loc.* quòd ſurrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum ſurrogatur. *l. 1. §. hac actio. 10. ff. ſi quis teſtam. lib. 1.*

Denique generaliter, vbi quæſtio eſt de cauſſa criminali Von einer Peinlichen Sach / ſo ein Leibſtraff auff ſich hat / appellare non licet. Cæterùm vbi talis quæſtio deſit, ibi, etſi criminaliter agatur pro mulcta fortè fiſco applicanda, ibi appellationi deferendum putat *Frider. d. cap. 9. nu. 12. Id quod etiam concedit Rulant. d. loc. num. 6. verb.* Ergò in criminibus, Welche keine Leibſtraff auff jhnen tragen / recipienda per Camerales appellatio & prolixè. *d. c. 3. num. 7. Daniel Mollerus lib. 4. Semeſtr. c. 33. num. 10. Autor infr. part. 3. ſub rubr.* In welchen Sachen an das Cammergericht mög appelliert werden.

ᵗ Auch alſo geſchaffen ſey / daß davon mög appelliert werden ] An cauſſæ matrimoniales per appellationem ad Cameram deuolui poſſint, haud abs re dubitare licet. Quòd non deuoluantur, ex eo colligere fas eſt, quòd ſint ſpirituales & ſacramentales. *c. gaudemus de diuort. c. fin. de condit. appoſ. c. omne 27. quæſt. 2.* & communiter Canoniſtæ, ideoq; non coram Iudice Laico ſiue ſeculari, ſed coram iudice Eccleſiaſtico tractari & ventilari debeant. *c. 1. de conſang. & affin. cap. cauſſam matrimonij de offic. deleg. c. 2. extra de iudic. Spec. in tit. de compet. Iudic. in princip.* Ex quo eodem fundamento non ſolùm in appellationis inſtantia, ſed & per viam ſimplicis querelæ in prima inſtantia, inter immediatè imperio ſubiectos eos, qui reſpectu quodam priuilegiatam Auſtregarum inſtantiam non habent, cauſſas matrimoniales in Camerali iudicio non poſſe agitari ſatis apparet.

Tùm *Gail. 1. obſeru. 112. num. fin.* diſertè ſcribit, cauſſas matrimoniales ad Cameram non pertinere, & meminiſſe ſe in cauſſa quadam matrimoniali ad Cameram appellatum, ſed appellationem non admiſſam fuiſſe. Ratio ſuprà fuit poſita, quòd cauſſæ iſtæ matrimoniales ad forum Eccleſiaſticum pertineant, à quo non ad Cameram, ſed ad pontificem appellatur.

Accedit, quod Rulant. *d. c. 3. num. 2.* & hoc cauſſarum genus à Camera relegatum eſſe ſcribit.

Quid? quod vt ſeptimus & vltimus paragraphus Cęſarei memorialis in Comitiis Spirenſib. Anno 70. Iudici & aſſeſſorib. Cameræ traditi oſtēdit, expreſsè ordinatum ſit, quòd cauſſę matrimoniales in Camera acceptari non debeant, ſicut deciſionē allegati paragraphi adducit. *Ciſner. ordin. p. 1. tit. 9. in addit.* §. Wañ auch.

Non igitur audiendus eſt *Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 10. vbi num. 2.* ſcribit immediatè imperio ſubiectos, qui priuilegiatam inſtantiam non habent, in cauſſa matrimoniali coram Camera conueniri poſſe, *& num. 3.* cauſſas matrimoniales etiam per appellationem ad Cameram deuolui poſſe. Fruſtra enim adducuntur argumenta & rationes, vbi manifeſta in contrarium deciſio extat, quam paulò antè adduximus. Taceo conſuetudinem contrariam, quæ iuri ſcripto derogat. *l. de quibus 32. §. 1. ibique communiter Doct. ff. de legib.* mitto etiam ſtylum ſiue morem iudiciorum, quem pro lege obſeruari ſuprà dictum eſt.

Quæ-

Digitized by Google

Quæritur etiam, an à ſententia Eccleſiaſtici, in cauſſa profana lata, ad Cameram appellare liceat. *Frider. lib. 1. de proceſſ. c. 11.* ſic diſtinguit, quòd Iudex Eccleſiaſticus ſit vel ordinarius, vel delegatus: & quòd appellatus aut laicus ſit, aut Eccleſiaſticus. Si Iudex Eccleſiaſticus ſit ordinarius, iſque partibus tacitè vel expreſsè conſentientibus, de cauſſa profana iudicauerit, quoniam ille in Iudicis incompetentiam conſenſus ſit ſtricti iuris, ad Eccleſiaſtici Iudicis, qui pronunciauit, ſuperiorem, conſenſum iſtum extendi non poſſe, verùm ad Cameram imperialem rectè appellari tùm iſto argumento, tùm aliis nonnullis rationibus. *d. c. 11. num. 3. oſtendit Friderus.* Si verò Iudex iſte Eccleſiaſticus ſit delegatus, viciſſim diſtinguit, quòd partes illum aut ipſæ elegerint & impetrauerint à Pontifice, vel ſuperiori eius Eccleſiaſtico, & tunc, quoniam hac ratione in ſuperiorem etiam eccleſiaſticum conſenſerint, ad illum prouocari oportere, & non ad Cameram: Quod ſi verò delegatus ille non ſit expreſsè impetratus à ſuperiori Eccleſiaſtico, ſed partes fortè cauſſam ei commiſerint, tunc idem ſtatuendum eſt, quod in ordinario *Frider. d. cap. 11. num. 4.* Atque hæc in appellato laico procedunt. Si verò eccleſiaſticus ille ſiue clericus ſit, tunc ad iudicem Laicum ſuperiorem atque ita ad Cameram duobus modis appellari poterit.

Primò ſi epiſcopus vel clericus iudicet vigore iuriſdictionis ſecularis, quam ab alio principe ſeculari vel Imperatore feudi aut alio titulo recognoſcit. Sic Eccleſiaſtici principes Germaniæ immediatè imperio ſubiecti ſunt ratione regalium, priuilegiorum, & beneficiorum ſiue bonorum feudalium, quæ ab Imperatore & imperio habent & recognoſcunt & proindè ab eorum ſententiis in cauſſis ciuilibus, non ad Pontificem, ſed ad Imperatorem vel Cameram imperialem appellatur. *Gail. 1. obſ. 30. num. 1. & 2.* Ratio eſt, quia contemplatione talium bonorum temporalium, quæ Eccleſiaſtici ab Imperatore in feudum recognoſcunt, non iudicant & cauſſas cognoſcunt, vt Eccleſiaſtici, ſed vt Principes, Comites, vel Status imperij. *Gail. d. obſeru. 30. n. 6. Bartol. & DD. in l. ſi quando C. de appel.* Et quòd Prælati ratione temporalium dominiorum, quæ à Cæſare habent, principes vel comites eſſe poſſint, & per conſequens Cæſareæ ipſius Maieſtati, perindè atque ſeculares principes ſubiecti ſint, ipſi Canoniſtæ annotârunt *in c. Romana. §. debet de appell. in 6. Philipp. Franc. ibid. num. 2. & in c. caterùm de iudic. gloſſ. in c. ſolita in verb. ſuſcipiunt de maior. & obæd. Gail. d. obſ. 30. num. 4. Vid. Frid. lib. 1. de proceſſ. d. cap. 11.*

Deindè in cauſſis ex ſua natura in prima inſtantia ad forum ciuile pertinentibus à Iudice Eccleſiaſtico contrà clericum appellatum ad ſecularem rectè appellatur. Huiuſmodi ſunt cauſſæ feudales, *c. verum & c. ex transmiſſa de for. compet. & c. caterùm de iudic. Gail. 1. obſ. 37. num. 3.* Et communiter à DD. traditum eſt, conſuetudines feudales etiam clericos ligare. Bald. *in d. c. caterùm col. 1. Felin. in c. 2. col. 23. extra de reſcript. Alex. conſ. 10. col. 2. verſ. nec dicatur, vol. 5. Marant. p. 3. nu. 39. fol. 29.* vbi teſtatur, hanc communem opinionem eſſe. *Curt. Iun. de feud. p. 1. q. 2. nu. 2. Sonsb. p. 1. n 26. & 27. Villalob. in comm. opin. lit. C, num. 73. & lit. F. n. 28. Soar. n 92. Gail. 1. obſ. 30. nu. 20. Intrigliol. de feud. q. 14. nu. 4. & 5. Mozz. de feud. in rubr. de his, qui feud. dar. poſſ. num. 3. Herman. Vult. de feud. lib. 1. cap. 1. Sneid. de feud. p. 1. num. 7. & 8.* Item actiones reales. Communis enim theorica eſt, quod, quando cauſſa realis inter clericum & laicum agitanda venit, ea coram Iudice Laico, vbi res ſita eſt, tractari debeat. *Guil. de Cun. in Auth. clericus in princ. C. de Epiſcop. & cler. per text. in l. de his eod. tit. Mynſ. cent. 4. obſ. 95. Gail. d. obſ. 37. nu. 4.* Hinc ſi de emphyteuſi inter emphyteutam & alium tertium controuerſia exiſtat, Iudex competens erit ille, in cuius territorio bona ſita ſunt, etiamſi emphyteuſis ſit eccleſiaſtica. *Myns. d. obſ. 95. autoritate Iaſ. in l. 1. num. 73. C. de Iur. Emphyteut. Ioh. de Anan. conſ. 84. col. vlt. & alij complures hoc tradunt, quos ibidem adducit Mynſing.*

Tùm ſi de poſſeſſione rerum ſpiritualium agatur, ſecularem iudicē eſſe nō clericū late oſtendit. *Gail. 1. obſer. 38. vbi nu. 1. affirmat,* petitorium ſpiritualium, cuiuſ-

modi

modi ſunt decimæ *c. tua & tot. tit. extra de decim.* ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare. Quamuis igitur in Camera appellationes in cauſſis decimarum in petitorio non recipiantur, in poſſeſſorio tamen cauſſas decimarum per Iudicem ſecularem agitari & decidi poſſe communiter placuiſſe ſcribit Gail. *d. obſeru. 38. num. 2.* Atque id eſt, quod Mynſing. *cent. 5. obſeru. 93. in fin.* ſcriptum reliquit, ſi Eccleſiaſtica perſona ſpolietur à Laico in ſua præbenda, vel bonis ad præbēdam pertinentibus, aut in ea turbetur, tali caſu Cameram Iudicem eſſe poſſe atque ſic factum eſſe in cauſſa clericatus Mindenſis contra ciuitatem Mindenſem tradit, & in cauſſa capituli Hamburgenſis contra ciuitatem ibidem. *Confer Frider. d. c. 11. num. 5. 6. & 7.*

[h] Daß der Richter võ welchem appelliert] Ne ex defectu iuriſdictionis Iudicis fruſtra ſupplicetur, quòd extra territorium ſiue forum ſine iniuria alterius nec ius dici, nec quiſpiam in ius vocari poſſit. *l. in criminali 5. §. 1. & ibi Doct. cum l. ſeq. ibi niſi à ſuo Iudice C. de iuriſd. c. ſi diligenti extra eod.* & defectus iuriſdictionis nullitatem operetur, quę perpetuò etiam poſt tres ſententias conformes opponi poteſt tex. *in c. at ſi clerici de Iud. Dec. conſil. 520. num. 12. in cauſſa Piſtorienſi & conſil. 68. num. 24. incip. viſo puncto Alexan. conſil. 77. nu. 11. volum. 2. incip. in cauſſa & lite.* Nec poteſt nullitas iuriſdictionis ſtatuto excludi, etiamſi verbis generalibus ſtatuto omnes nullitates tollerentur. *Alex. d. conſil. 77. num. 9. per alleg. ibid. Gail. 1. obſeru. 123. nu. 3. Vant. in tractat. de nullit. tit. de nullitate ex defectu iuriſdict. num. 4.* ante omnia iuriſdictionem eius, cui ſupplicamus, fundatam eſſe oportet.

Itaque appellans in ſupplicatione, qualitatem fundantem iuriſdictionem Iudicis, expreſſis verbis allegare, & proindè narrare debet, Iudicem, à quo appellatur immediatè imperio & ſubiectum eſſe, & ab eo appellari poſſe. *Frider. de proceſſ. lib. 1. c. 13. num. 3. & d. lib. 1. c. 7. num. 5. Schvvanmannus proceſſ. Cameral. lib. 1. c. 1. num. 19. cum ſeq. aliq.*

Statur autem regulariter in extrahendis ſiue decernendis proceſſibus, ad fundandam iuriſdictionem Cameræ, ſupplicantis narratis tantiſper, donec in proceſſu cauſſæ contrarium doceatur, id quod in cauſſis tàm ſimplicis querelæ, quàm appellationem obtinet. *Gail. 1. obſeru. 31. num. 1. & 2. Mynſing. cent. 2. obſeru. 9. num. 8.* vbi ſufficere ſcribit ad obtinendos proceſſus & fundandam iuriſdictionem, vt quis narret qualitatem, quæ iuriſdictionem Cameræ tribuat, licet illa ab aduerſario negetur, dum modò de hoc non conſtet Autor noſter hac *part. 1. ſub num. 16.*

Vnde patet, qualitatem iuriſdictionem fundantem in ſupplicationibus allegare ſufficere; probare autem non eſſe neceſſe. *l. cùm quadam puella. §. quoties & ibi comm. Doct. ff. de iuriſdict. omn. iud. Gail. d. obſeru. 31. Mynſing. d. obſeru. 9. Frider. de proceſſ. lib. 1. c. 14. num. 1. Schvvanman. d. cap. 1. num. 22.* Atque hanc ſententiam ex vetuſtioribus amplectuntur. *Bart. in l. 2 ff. ſi quis in ius vocat. non ier. in lect. num. 9. & in repet. num. 7. Guil. de Suza. in auth. Qua in prouincia C. vbi de criminib. agi oport. Petr. de bell. Pertic. Cyn. & Fulgoſ. in l. Praſcriptione C. ſi contra ius vel vtilit. public. Fulgoſ. & Caſtrenſ. in d. l. cum quadam puella. §. quoties. ff. de iuriſdict. omn. iud. cap. Tholoſ. deciſ. 210. in addit. vbi refertur, hanc eſſe communem opinionem.* In Camera Imperiali hanc ſententiam pro regula obſeruandam eſſe ſcribit *Gail. d. obſeru. 31. num. 1. Idem atteſtatur Mynſing. d. obſeru. 9. num. 8. Adde Frider. Schvvanman. & autorem dd. loc.*

Non igitur attendendum eſt, quòd alij nonnulli, iiq; magnæ autoritatis Iureconſulti, *Bald. in d. l. Praſcriptione C. ſi contra ius vel vtilit publ. Innoc. in c. ſuper literis de reſcript. Anton. de Butr. Ioan. Andr. Panorm. Felyn & Socin. in cap. ſi clericus de for. compet. aliiq; complures, quos refert Mynſing. d. obſeru. 9 nu. 1.* de qualitate, quæ iuriſdictionem fundet, cumprimis conſtare debere ſaltem ſummariè, ſentiunt, ex his fundamentis, quòd, ſi de iuriſdictione ſiue competentia dubitetur, Iudex primò cognoſcere debeat, an ſua ſit iuriſdictio. *l. 2. §. ſed ſi dubitetur & l. ſi quis ex aliena. ff.*

*de iu-*

Digitized by Google

*d. iudic. item quod requiratur, vt Iudex ſciat, ſe eſſe Iudicem arg. l. Quæro. ff. de eo, qui pro tutor.* & quod Iudex compertam habere debeat eam qualitatem, quæ iuriſdictionem ipſi tribuit. *l. hæc autem verſ. conſtare debeat liquereq́. ff. ex quib. cauſſis in poſſeſ. eat.*

Nam tantùm abeſt, vt hæc argumenta receptam hanc ſententiam noſtram vllo modo infringant infirmentuè, vt multò etiam magis ipſam ſtabiliant atque confirment. Si enim Iudex cognoſcere debet, an ſua ſit iuriſdictio, ſi ſcire debet, ſe eſſe Iudicem, ſi compertam habere debet qualitatem illam, quæ iuriſdictionem ipſi tribuit, quomodo hoc cognoſcet, quomodo ſciet, quomodo adductam qualitatem compertam habere poterit, antequam partem citet? Itaque ad effectum citationis ſufficit fuiſſe tantùm qualitatem iuriſdictionem tribuentem à ſupplicante allegatam. Poſtea verò demum cognoſcitur de iuriſdictione Iudicis, & de veritate qualitatis, quæ iuriſdictionem tribuit, ſi pars citata reproductis proceſſibus vel in Iudicem conſentiat planè, nullam fori declinatoriam obiiciendo, vel ante litis conteſtationem exceptiones ſub & obreptionis opponendo iuriſdictionem declinet. *l. apertiſſimi C. de Iudic. l. fi. C. de except. c. ſuper literis de reſcript. Gail. d. obſeru. 31. num. 3. Frider. d. cap. 14. nu. 1. Autor noſter d. num. 16. §.* Es iſt auch zu wiſſen. Quod autem ad veritatem narratorum in ſupplicatione, quæ merita cauſſæ concernunt, attinet, de ea demum poſt litis conteſtationem cognoſcitur, quòd propriè & ſecundum communem opinionem iudicium à litis conteſtatione demum incipiat. *c. ſuper quæſtionum vbi gloſſ. in verb. litis exordium de offic. & poteſt. iud. deleg. Felyn. ibid. num. 6. l. is qui ſe obtulit. ff. de rei Vendic. & l. cùm fundus. ff. ſi cert. petat.* ponderando verba poſt acceptum iudicium. *Gail. 1. obſeru. 74.* & ante litis conteſtationem cauſſa principalis non dicatur deducta in iudicium. *c. 1. §. fin. de lit. conteſt. Bartol. in l. conſentaneum C. Quomodo & quando Iudex. num. 5. Gail. d. obſer. 74. num. 14.* & quòd ea, quæ reſpiciunt merita cauſſæ, ante litis conteſtationem diſputari non poſſint. *Bart. in l. Nam & poſtea. numer. 2. ff. de iuretur. text. in c. 1. de litis conteſt. in 6. Gail. d. obſer. 74. num. 13. Paulò aliter reſpondet Frider. & Mynſ. d. loc.* Verùm illa, quam ego attuli, reſponſio quæſtioni de iuriſdictione motæ magis eſt conſentanea.

Porrò dictum ſuprà eſt, quoad fundandam iuriſdictionem in impetrandis & decernendis proceſſibus regulariter ſtari ſupplicantis narratis.

Excipiuntur enim ſequentes caſus. Primò ſi notorium ſit, iurisdictionem Cameræ fundatam non eſſe. *Gail. d. obſeru. 31. num. 4. Frider. d. cap. 14. nu. 2. Mynſing. cent. 2 obſ. 9. num. 8. Autor noſter d. num. 16. §. Item in.* Iudex enim factum notorium attendere poteſt, etiamſi à parte nec allegatum nec probatum ſit. *Gail. d. obſ. num. 5.* & negatio partis notorium non inficit, nec rem dubiam reddit. *Gail. d. obſ. n. 6.* Hinc Auguſtiſſimus Saxoniæ Elector Auguſtus laudatiſſimæ memoriæ *p. 1. conſt. 25.* præſcriptionem ex actis notoriam, licet à parte allegata non ſit, ex officio iudicem ſupplere, eamque in iudicando attendere poſſe præclarè ratioceque conſtituit.

Secundò in cauſſis denegatæ iuſtitiæ ad obtinendos proceſſus narratis ſupplicantis non creditur, ſi tantùm alleget, iuſtitiam à Iudice inferiore ſibi fuiſſe denegatam, verùm documento inſuper opus eſt, quo ſupplicans fidem Iudici, cui ſupplicat, ſuperiori faciat, ſe & requiſiuiſſe iudicem ſuperiorem, & iuſtitiam ſibi ab eodem fuiſſe denegatam. *p. 2. ordin. titu. 28. verb.* ſondern das Recht fündtlich verſagt. *Mynſing. cent. 3. obſ. 74. Gail. 1. obſ. 28. num. 3. & d. obſ. 31. num. 7.* Autor noſter *d. n. 16. §.* Zum dritte. Ratio eſt, quòd in iudice nõ præſumatur negligentia, niſi probetur legitima requiſitio; *l. 2. C. de offic. Ciuil. Iudic. l. 1. C. de ſuſcept. & arcar. Mynſing. d. obſ. 74. Gail. d. obſ 28. num. 4. Frider. d. cap. 14. num. 2. Schvvanmann. proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 20. num. 3.*

Tertiò in cauſſa relaxationis à iuramento ad effectum agendi, non creditur ad obtinendam citationem ſupplicantis narratis, ſed ante quàm citatio ad

B effe-

effectum agendi decernatur, pro informatione facti, & ſtatu cauſſę cognoſcendo priùs Magiſtratur loci, ſub quo ſupplicans captus fuit, ſcribitur *p. 2. ordin. tit. 24. Gail. 1. obſ. 22. num. 4. & d. obſ. 31. num. 7. Frider. d. loc. Schvvanmann. proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 17. nu. 3. & 4. Autor noſter d. nu. 61.* §. Zum vierdten. per rationem in caſu præcedente adductam, quòd præſumtio pro Magiſtratu militare ſoleat.

Quartò non creditur ſupplicationis narratis ad obtinendam citationem in cauſſis pauperum, qui paupertatem iurârunt, & ad Cameram appellant. Non enim ſtatim decernitur citatio, ſed compulſoriales contra Iudicem à quo ad edendum acta. Quæ quidem acta ab aſſeſſoribus perfunctoriè examinantur, ex quibus ſi leuiter & veriſimiliter pauperem iuſtam litigandi cauſſam habere perſpiciant, proceſſus decernũtur, ſin minùs, ne Iudex & aduerſarius inanibus ſumtibus & moleſtiis vexentur, proceſſus denegantur. *part. 1. ord. tit. 41. Gail. d. obſ. 31. num. 8. Frid. d. c. 14. num. 2. Autor noſter d. n. 16.* §. Zum fünfften.

Quintò ſi ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiit, nullitatis principaliter intentato iudicio, reformari petatur, etiamſi ſupplicans alleget, notoriam eſſe nullitatem, inhibitio cum citatione ſuper nullitate petita concedi non debet, quia hoc caſu, cum ſit præſumtio pro ſententia. *c. in præſentia de renunc. c. Sicut. §. fin. de ſent. & re iudic.* nudis ſupplicantis narratis non creditur. *Gail. 1. obſ. 127. num. 10. & lib. eod. obſ. 144. num. 6. & 7. Frider. d. loc. num. 2.* Secus eſt, ſi ex actis notoria appareat nullitas; ea namque executionem impedit. *Gail. 1. obſ. 113. nu. 3.*

V.

[a] Von der erſten Inſtantz wirdt die [c] gemein Regel geben/ daß alle vnd jede Perſon vnd Sachen/ die der Keyſerlichen iurisdiction ohn mittel vnderworffen/ vnd durch ſonder Außträg/ oder andere Priuilegien/ Freyheiten/ Gewillkür vnnd rechtmäſſige Gewonheiten nicht außgenommen ſeyn/ an dem Keyſerlichen Cammergericht vorgenommen/ vñ mit Recht beklagt werden/ wie dann von allen [b] Cammergerichts Personen vnnd Reichsſtätten zuverſtehen. Doch ſind [d] die Exceptiones faſt gröſſer/ dann die Regel ſelber/ dann wie hernacher angezeigt/ wirdt dieſe Regel in viel Weg als in Mandat Sachen/ in Sachen da extraiudicialiter prouocirt, vnnd dann per l. Diffamari vnd ſonſt nicht gehalten.

[a] Von der erſten Inſtantz] Dictum eſt ſuprà, omnes cauſſas ad Cameram vel per appellationẽ, vel per viam ſimplicis querelæ deuolui. Per viam autem ſimplicis querelæ iſtæ eò cauſſæ deuoluuntur, quæ in prima inſtantia forum illic ſuũ ſortiuntur. Sic perſonæ immediatè imperio ſubiectæ ſtatim regulariter quidem conueniuntur in Camera, niſi priuilegia primarum inſtantiarum auſtregarumuè obſtent. Quæ cauſſæ ex ſua natura in prima inſtantia ad Cameram pertineant, copiosè infrà explicabitur.

[b] Cammergerichts Perſonen] *per tit. 49. part. 1. ordinat.* Cæterùm num Aſſeſſores Cameræ etiam propter contractus alibi quam Spiræ vel in Camera celebratos, in Camera conueniri poſſint, tametſi dubitatum olim fuit, nihilominus tamen contra quendam Aſſeſſorem Cameræ iſto in caſu citationem in Camera fuiſſe decretam, ſcribit Mynſing. *cent. 5. obſeru. 52. num. 2.* Et hæc vera ſunt de omnibus perſonis iuriſdictioni Cameræ ſuppoſitis etiam de peregrinis aduenientibus, qui in Camera morantur vel ſollicitant. *d. tit. 49. Mynſing. d. loc.* Quid in criminalibus ſeruetur, in præced. numer. ſatis copiosè diximus. Videatur omninò Mynſing. *in d. obſeru. 52. num. 4.*

[c] Wird die gemein Regel] Regula hæc iiſdem ferè verbis traditur. *part. 2. ordin. Cam. tit. 27.*

[d] Die Exceptiones] Hæ exceptiones cum regula ab autore tradita prorſus conueniunt. Non igitur ſunt exceptiones iſtius regulæ, quòd exceptiones contra regulam eſſe debeant, id eſt, contra illud, quod in regula diſponitur. *Bart. in l. in his. ff. de legib. Angel. in conſil. 290. thema eſt coll. 3. Decius in l. 1. ff. de reg. iur. num. 20.* Regula enim diſponit, quòd omnes perſonæ immediatè imperio ſubiectæ, & quælibet cauſſæ, quæ immediatè Cæſaris iuriſdictioni ſubiaceant, in prima inſtantia ad Cameram pertineant. Idem quoq; docent tùm exceptiones infra ſub *num. 7.* poſitæ, tùm de cauſſis mandatorum, de extraiudiciali prouocatione, & conſtitutione Legis diffamari ſubiecta exempla. Conſtitutio enim Legis diffamari tanquam pacis publicæ conſeruandæ cauſſa introducta. *verb. ordin. part. 2. tit. 25.* In Friedbrüchigen/ Schmach/ vnnd andern der gleichen Sachen/ remoto priuilegio ſprimæ inſtãtiæ, Cameræ Iuriſdictionem, ſi tamen diffamatus, qui in cauſſa principali reſpondet, immediatè quoq; Cameræ ſubiectus ſit, vel cauſſæ qualitas immediatè imperio quidem, ſed non Cameræ ſubiectum eò trahat, vt inter alia requirit ordinatio *in d. tit. 25.* immediatè fundat. *Gail. 1. obſ. 9. n. 1. Schvvanman. proceſſ. Cameral. lib. 1. cap. 18. num. 1.*

Quod ad cauſſas mandatorum attinet, ſciendum eſt, quemlibet Magiſtratum competentem etiam Camerâ inferiorem mandatum tàm ſine clauſula quã cum clauſula iuſtificatoria, aduerſus homines ſuæ iuriſdictioni ſuppoſitos decernere poſſe. *Frider. de mandat. & monitor. cap 3. num 3.*

Quod ad Cameram verò imperialem attinet, ea mandata ſine clauſula tùm demum decernit, quando Reus, contra quem petuntur, immediatè Cameræ ſubiectus eſt, vel quando qualitas cauſſæ ad Cameram principaliter pertinet. In aliis enim caſibus ordinarius Rei Iudex adiri debet per vulg. *l. fin. C. vbi in rem act. Gail. 1. obſeru. 13. num. 6. Frider. de mand. & monit. lib. 2. c. 8. num. 2.*

Cæterùm mandata cum clauſula Camera rectè decernit aduerſus eos ſtatus imperij ſiue immediatè imperio ſubiectos; qui Auſtregatum priuilegium non habent, vt ſunt collegia, ciuitates, vniuerſitates immediatè imperio ſubiectæ, item Comites, Barones, Nobiles immediatè imperij iuriſdictioni ſuppoſiti, qui licet in reſpectu ad ſui ſimiles, ad Electores & Principes Auſtregarum priuilegio fruantur, reſpectu tamen collegiorum & ciuitatum indiſtinctè, deindè omnium mediatorum imò & propriorum ſubditorum reſpectu, Auſtregatum inſtantia non gaudent. Si enim in hoc reſpectu ſtatim in prima inſtantia coram Imperiali Camera conueniuntur. rectè etiam ab eadem contra ipſos mandata cum clauſula & petuntur & decernuntur. *Frider. d. c. 8. num. 1.*

Quod verò tùm ad Principes Imperij tam ſeculares quàm Eccleſiaſticos, tùm ad Comites, Barones, Nobiles immediatè imperium recognoſcentes, quatenus hi & inter ſeſe & in reſpectu ad principes conſiderantur, attinet, atque ita Auſtregarum inſtantiam habent, certum eſt; in Camera aduerſus eos mandata cum clauſula iuſtificatoria peti & obtineri non poſſe, niſi in conſequentiam conſtitutionis & qualitatis cauſſæ, quę iuriſdictionem Cameræ fundet, vt ſunt conſtitutiones fractæ pacis, religionis, litigioſæ poſſeſſionis, legis diffamari, continentiæ cauſſarum: aliàs illi adeuntur iudices, quos ordinatio Cameræ in hoc Auſtregarum priuilegio conſtituit, vt infra docebitur. *Frider. d. c. 8. num. 2. cum ſeq. Idem in effectu dicit Gail. 1. obſeru. 19.* cùm hiſce verbis, Mandata, inquit, cum clauſula nunquam decerni poſſunt, niſi iuriſdictio Cameræ, quoad Reum immediatè fundata ſit. Illud pro certa regula accuratè obſeruandum. Fallit, ſi non principaliter, ſed acceſſoriè vnà cum aliis proceſſibus, qui iuriſdictionem Cameræ fundarent, vt in cauſſis fractæ pacis, pigporationum, & ſimilibus petuntur, quo caſu huiuſmodi mandata tanquam acceſſoria ſequuntur na-

turam ſui principalis. Hactenus Gail. Verùm de his infra pleniùs. Nunc explicationis cauſſa hęc attingere volui, vt intelligeretur, qua ratione mandata in prima inſtantia & peterentur & decernerentur. Cùm igitur Camera, vt hactenus dictum fuit, mandata ſine clauſula aduerſus reos immediatè imperio ſubiectos decernat, ſicut & mandata cum clauſula, quatenus hi, qui imperio ſubiecti ſunt, Auſtregarum priuilegium non habent, vel qualitas cauſſæ Cameræ iuriſdictionem fundat in prima, vt loquuntur, inſtantia, atque hoc reſpectu illud ipſum autor tanquam exceptionem regulæ ponat, quæ tamen exceptio regulæ non eſt contraria, ſed ſummoperè conſentanea, id quod naturæ exceptionis aduerſari ſuprà dixi, ſequitur, aut exceptiones iſtas à regula, pro eo ac ab autore præſcripta eſt, prorſus ſeparandas eſſe, aut ita regulam formari oportere, quòd regulariter omnes cauſſæ in prima inſtantia ad Cameram Imperialem non pertineant, ſed demum per viam appellationis deuoluantur, ſicut regulam hanc tradidit *Gail. 1. obſeru. 1. num. 1.* Tùm enim non iſta ſolùm exceptio, verùm etiam aliæ nonnullæ paulò pòſt ab autore poſitæ, regulæ rectè ſubiiciuntur.

## VI.

## Welche Perſonen ohn Mittel der Keyſerlichen Iuriſdiction vnterworffen.

I.

[a] Chur vnd Fürſten haben jhr erſte Inſtantz vermög der Außträg.

II.

[b] Deßgleichen werden Prælaten/Graffen vñ Herrn/von den Fürſten/entweder per viam commiſſionis vorgenommen/oder der klagend Fürſt hat auß dreyen vorgeſchlagenen Fürſten einen zu erwehlen.

III.

Zum dritten/ſo herwiderumb Prælaten/Graffen vnnd Herrn/auch die vom Adel/die Fürſten zu Recht erfordern/ſindt acht Wege durch die Ordnung vorgeſchlagẽ/ſonderlich die neun Räth/auß dreyen Fürſten einen zu erwehlen/einen Vnpartheyiſchen Commiſſarium zu erlangen/oder einen Arbitrum zu erwehlen.

IV.

[c] Zum vierdten/wann Prælaten/Graffen vnd die vom Adel einander zu Recht erfordern/hat der/ſo erfordert/abermaln auß dreyen vorgeſchlagenen Fürſten einen zu erwehlen/oder ein Commiſſarium zu erlangen.

V.

Die Reichsſtätte werden in erſter Inſtantz gleich am Cammergericht beklagt/doch haben auch dieſelbigen [d] zu Zeiten jhre Freyheiten/vnd werden für andere Stätt in prima inſtantia gewieſen.

Antequam ad explicationem illius quæſtionis accedamus, vbi perſonæ Cæſaris iuriſdictioni immediatè ſuppoſitæ forum ſuum in prima inſtantia ſortiantur, operę precium erit, quęnam perſonæ illæ ſint, paulò accuratiùs diſpicere. Cæterùm perſonæ immediatè Cæſari ſuppoſitæ dicuntur illæ, quæ ſolũ Imperatorem ſuperiorem recognoſcunt, & Status Imperij vocantur. Sunt igitur Status Imperij illi, qui ſolum Cæſarem ſuperiorem recognoſcentes, & Cæſaris & communi procerum Imperij conſenſu, in album ſiue matricem aut matriculam Imperij

perij recipiuntur, ea lege, vt Imperio, occurrente neceſſitate, certum cenſum in albo, ſiue matricula expreſſum, penſitent, vel ſubſidium militare præſtent, ſicut definitionem hanc tradit & explicat *Gail. 1. obſer. 51. num. 2.* Tales ſunt Principes Comites, Barones, Nobiles immediatè imperio ſubiecti, quales ſunt in Franconia, Franci propterea, id eſt, liberi nobiles vocati Die freyen Francken/ & liberæ ciuitates imperiales Die freyen Keyſerliche Reichsſtätte. Quod ad Comites & Barones attinet, contingit aliquando, eos à ſuperiori Statu vt Principe eximi ab immediata iuriſdictione imperij tàm ratione territorij, quàm ratione domicilij, qui ꝓpterea nõ imperij Status, ſed Landſaſſij, vt loquũtur, Principis ſui eximentis vocabũtur. Status. n. Imperij definiuimus, illos, qui ſolum Imperatorẽ ſuperiorem recognoſcunt. Tales reperiũtur Comites & Barones in Auſtria & Bohemia, qui Ducibus Auſtriæ, & Bohemiæ Regib. immediatè ſunt ſuppoſiti, Imperatori autẽ, ſiue Cæſari, nõ niſi mediatè. Propterea etiam neq; ad Comitia & publicos Imperij cõuentus vocantur, neq; peculiarẽ in Imperio ſeſſionem obtinent. Status enim Imperij ad Comitia & publicos imperij conuentus euocantur, & ſeſſionem in imperio habent, eo ordine, qui ex lege Imperij in albo eius ſiue matricula deſcriptus eſt. *Gail. d. obſ. 21. num. 21.* Lege deficiente ordinis ratio ducitur ex dignitatibus ac honoribus, quibus quiſque ampliſſimis præſtantiſſimiſque in Imperij Comitiis & aliis publicis muneribus perfunctus eſt, ſicut iiſdem ferè verbis de decurionibus ex ordine in albo ſcribendis tradit Vlpian. *in l. 1. ff. de alb. ſcribend.* cũ Decuriones, inquit, in albo ita ſcriptos eſſe oportet, vt lege municipali præcipitur, ſed ſi lex ceſſat, tunc dignitates erunt ſpectãdæ, vt ſcribantur eo ordine, quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt. *add. l. 2. ff. eod. tit. l. 1. & 2. C. vt dignit. ord. ſeruetur. l. ex agentib. C. de princip. agent. in reb. Gail. d. obſeru. 21. num. 21. & 22. vbi ex Baldo in c. licet cauſſam num. 6. de probat.* pro ſeſſione officium Iudicis, quandoque etiam actionem iniuriarum, aut iudicium poſſeſſorium competere annotauit, Verùm ſicut in aliis, ita etiam in his conſuetudo plurimum momenti habet. *c. cùm olim de conſuetud. l. Non tantum. ff. de decur. & ibid. Bartol. num. 1. Gail. d. obſ. 21. num. 22.* Ex principibus ſeptem ſunt, qui Electores vocantur, quòd penes ipſos eligendi Romanorum Imperatoris ſit poteſtas. De horum officiis, priuilegiis, & ſeſſionibus in Imperio & aula Cæſaris, ſicut & de poteſtate ipſorum copioſè diſſerit aurea Bulla Caroli Quarti Imperatoris, quam vide ſicut & meam Studij politici Ideam *pag. 64. 65. 66. & 67.*

Conſtat ex his, quæ hactenus recenſuimus, Status Imperij ſiue immediatè imperio ſubiectos, trium eſſe ordinum. In primo ordine collocantur Electores, Principes, & Principali dignitate illuſtres Churfürſten/ Fürſten/ vnd Fürſtmäſſige *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 2.* In ſecundo Prælati, Comites, Barones, Nobiles; *ord. p. 2. rub. tit. 4.* In tertio ciuitates imperiales. *d. tit. 4. rubr. p. 2. ordin.* Sub genere altero huic hominum imperio immediatè ſubiectorum, ex diametro contrario collocantur illi, qui imperio mediatè ſunt ſubiecti. *Ordin. Camer. p. 2. ſub rubr.* Von Perſonen ſo nicht dem Reich ohne Mittel.

Et de Electoribus quidem & principibus vel principali dignitate illuſtribus Von Churfürſten/ Fürſten/ vnd Fürſtmäſſigen/ *Autor noſter ita inquit, nu. 1.*

Electores & Principes primam ſuam inſtantiam habent ex vigore Auſtregarum:[a] Churfürſten vnd Fürſten haben jhr erſte Inſtantz Vermög der Außträg.

Id quod paulò copioſiùs ita explicandum eſt.

Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres Churfürſten/ Fürſten/ vnd Fürſtmäſſige conueniuntur vel à ſeſe mutuò inuicem; vel à Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus: vel à Ciuitatibus imperialibus immediatè imperio ſubiectis, & ab hominibus mediatè imperio ſuppoſitis.

Quando à ſeſe mutuò conueniuntur inuicem, quid tunc obſeruandum ſit præſcribit *ordin. Camer. p. 2. tit. 2.* cũ ita inquit; In actionibus, quas Electores, Prin-

mung vnd Tagſatzung bitten/ daß auch derſelbig anzunemmen vnd zu vollführen ſchül-dig ſeyn ſoll/ als Keyſerlicher Commiſſarius in Krafft der Commiſſion/ die wir als Rö-miſcher König an Statt der Keyſerlichen Majeſtat/ in Krafft jhrer Liebd vnd Keyſerli-chen Majeſtat vns gegebener Vollmacht vnd Heimſtellung hiermit einem jeden gethan haben wöllen/ vñ ſoll derſelbig Keyſerlich erkorne Commiſſarius förderlich ein Rechtstag anſetzen in eine ſeiner Stätt vngefährlich / vnd mit ſampt ſeinen Vnpartheyiſchen Räh-ten die Sach zu Recht verhören/ vnd/ wie ſich in Recht gebühren wird/ entſcheiden/ doch ſoll keiner Parthey die Appellation für dz Keyſerliche Cammergericht benommen oder ab-geſtrickt ſeyn nach laut deß Artickels/ von den Appellationen/ welche angenom̃en werden ſollen oder nicht/ hierunden begriffen: Vnd ob der erkorn Commiſſarius abgieng/ ehe die Sach zum End käme/ ſoll der Kläger auß den andern dreyen vorgeſchlagenen Churfür-ſten/ Fürſten/ oder Fürſtmäſſigen einen andern kieſen/ der ſoll es auch anzunẽmen vnd zu vollführen ſchüldig ſeyn als Keyſerlicher Commiſſarius, wie der Artickel hervor anzeigt/ vnnd daß vor den bracht werde/ was vor dem abgangenen Churfürſten/ Fürſten/ oder Fürſtmäſſigen in Recht gehandelt worden/ vnnd ferrner in der Sachen ergehe/ vnnd ge-ſchehe/ was recht iſt.

Vnd ſollen die gemelten Commiſſarien jeder/ ſo es an jnen kompt/ zum förderlichſte in Sachen handlen/ vñ kein gefährlicher Auffzug gebraucht oder zugelaſſen werden: So aber der Anwalt die Benennung der Churfürſten/ Fürſten/ oder Fürſtmäſſigen in obbe-ſtimpter Zeit nit thäte/ oder dem/ ſo obſtehet nit nachfolgen: So ſoll er dem Klägern vmb ſein Forderung vor dem Keyſerlichen Cammergericht förderlich Rechtens pflegen.

*Add. Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 16. Schvvanman. libr. 1. proceſſ. Cameral. cap. 2. num. 5.*

Hactenus dictum fuit, quomodo Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres tàm clerici, quàm laici ſeſe mutuò cõueniant: Videamus nunc, quomo-do conueniantur à Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Nobilibus, & Ciuitatibus imperio immediatè ſubiectis. *Id quod explicatur p. 2. ordin. tit. 4.* vbi octo viæ proponuntur.

Et primò quidem, ſi Prælati, Comites, Barones, Domini, Nobiles imperio immediatè ſubiecti & ciuitates aduerſus Electorem, Principem, vel principali dignitate illuſtrem, ſiue clericus ille ſit, ſiue laicus, quacunque de cauſſa iudicio experiri velint, Actor Electorem, Principem, vel principali dignitate illuſtrem requiret, vt cauſſam ſiue controuerſiam coram Conſiliarijs ſuis cognoſcendam curet. Tùm proximè inſequenti menſe requiſitus Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris Actorem in aulam ſuam, vt ibi coram cõſiliariis ſuis ad præfixum diem cõpareat, citabit, & ad illũ quidem diem & alios inſequẽtes iuridicos nouem ex præſtantiſſimis Conſiliariis ſuis, quorum quinque equeſtris, reliqui verò Iureconſultorum ſint ordinis, ad cauſſam cognoſcendam conſtituet deputabitque, ſed ita tamen, vt Præfectus, qui in cauſſa iſta aduerſarium ſeſe actori ipſo facto præſtitiſſet, in Conſiliariorum illorum numero minimè comprehendatur. Et vnus de Conſiliariis illis nouem, quem Reus Iudicem elegerit, in præſentia actoris vel procuratoris eius octo conſiliarios, & ſenior inter octo illos ipſum iuramento obſtringet, quòd in controuerſia illa ſecundum vtriusq; partis acta & probata ius quàm diligentiſſimè reddere ac pronunciare, atque hac quidem in re nullum planè vel dolum, vel impedimentum, vel dilationem deniq; fruſtratoriam legibusque indignam vſurpare & adhibere velint? Illi quoq; nouem Conſiliarij ab omni voto & iuramento in hac vel alia quapiam cauſſa, quæ ipſis committitur, quàm diu controuerſa ea pendet, liberi ſolutiq; permanebunt hactenus, quatenus per id votum & iuramentum in cognitione cauſſæ impediuntur, & Actor coram iſtis Conſiliarijs reconuentionem nullam ſuſtinebit, atque cauſſa illa intra proximum ſemeſtre à tempore illo, cum libellus actionis in iudicium deductus fuit, computandum, ad finem perducetur; Si verò per iudicialem dilationem cognitionemque longior quædam mora eue-

niat, cauſſa tamen intra annum & diem ad finem deducetur. Reus prætereà Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris actori, ijſque, quos Comites ad præſtitutum diem adducturus eſt, vel ſuo nomine miſſurus, ſaluum conductum ad dies iuridicos veniendi, ibi agendi, & domum in tutam cuſtodiam ſeſe recipiendi literis ſuis pollicebitur, neminem tamen actor vel ſecum adducet vel mittet, qui violator foret publicæ pacis, aut Electoris illius, Principis, vel principali dignitate illuſtris iuratus capitaliſque hoſtis & offenſor. Si verò Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris ad ſuprà præſcriptum modum coram Conſiliariis ſuis ſe iuri ſiſtere detrectaret, vel Reo, eo, quo dictum eſt, modo, ius denegaret; actori permiſſum eſt ex præſcriptò ordinationis Cameræ, Electorem illum, Principem, vel principali dignitate illuſtrem coram Camerali iudicio conuenire.

Etſi autem Prælati, Comites, Domini, Nobiles & Ciuitates hoc primæ inſtantiæ ſiue Auſtregarum remedium aduerſus Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres valdè graue ſibi ac difficile eſſe cauſſati ſunt, eò quòd ad ius ſuũ paulò tardiùs hac ratione peruenirent, ideoque de abrogatione Auſtregarum, & noui cuiusdam aliquantò expeditioris proceſſus conſtitutione, maiorem in modũ ſollicitârunt, Electores etiam & Principes antè huic conſtitutæ Auſtregarum ordinationi renunciare, aut de principali ſuo priuilegio nonnihil remittere recuſârunt, ne verò tñ iuris cognitionẽ defugere, aut in proceſſu cauſſę cuipiam præiudicium aliquod afferre, vel temerariis dilationibus moleſtiã creare negociumuè faceſſere velle viderentur, cum Prælatis, Comitibus, Baronibus, nobilibus & ciuitatibus de ſequentibus Auſtregis, vt ille in poſterum permaneant locumque inueniant, conuenerunt, quarum prima de nouem Conſiliariis, ex quibus ad minimum quinque equeſtris ordinis erunt, hactenus fuit ſatis ſuperque expoſita.

Secundò, ſi actori non placeat coram tot Conſiliariis agere, liberum ei erit ex nouem illis ſeptem vel quinq; eligere, qui ad eundem modum, quem de nouem hactenus recenſuimus, procedendi cognoſcendique poteſtatem habebũt, atque in vtraque hac coram Conſiliariis procedendi via, ſuis ſumtibus Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres, illum Conſiliariorum ſenatum ſuſtentabunt.

Tertiò Elector, Princeps vel Principali dignitate illuſtris tres principes neutri parti ſuſpectos deſignabit, ex quibus Actor vnum eligendi poteſtatem habebit, qui ex ſuprà poſita ordinatione poſteà procedat.

Quartò etſi hæc quidem via Electoribus & Principibus difficilis quoque viſa fuerit, licitum erit Actori Commiſſarium non ſuſpectum qui ad minimum vel Prælatus ſit vel Comes, ab Imperatoria Maieſtate impetrare, coram quo ex præſcripto ordinationis procedetur.

Quintò Actor Reo nouem honeſtos integræque exiſtimationis viros deſignabit, ex quibus Reus duos eliget, & rurſum Reus Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris nouem ex conſiliariis ſuis vel aliis nominabit, ex quibus Actor tres eliget, atque illi quidem quinque ex ordinationis præſcripto poſteà procedent, eaque omnia facient, quæ de nouem Conſiliariis dicta ſunt.

Sextò Actor duos honeſtos & integræ famæ viros, & Reus Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris, etiam duos ex Conſiliariis ſuis, vel alios peritos, ſicut ſuprà dictum eſt, deligent, & conſtituent, coram quibus in prima inſtantia ex ordinationis præſcripto agãtur & procedatur, et ſi fortè quatuor illi in concipienda ſententia in diuerſas partes ſecederent diſcordeſque forent, & cõſenſu partium de arbitro conuenire non poſſent, tùm Imperatoria Maieſtas ad alterius vel vtriuſq; partis petitionem arbitrum cõſtituere tenebitur, qui alterutri parti aſſentiatur, aut ſi hoc iuſtis grauibuſq; de cauſſis facere nõ poſſit, peculiari

Digitized by Google

liari, ſententia, quantum ille quidem conſentaneum eſſe iuri exiſtimet, controuerſiam dirimat: ita tamen vt pars quælibet duos illos ſuos viros ſuis ſumtibus conſtituat, & arbiter communibus expenſis conſtituatur.

Septimò liberum eſt Actori ex Rei conuenti Electoris, Principis, & principali dignitate illuſtris Conſiliariis quinq; eligere, qui deinde ad ſuprà ſcriptum modum de nouem Conſiliariis procedant, ita tamen, vt Reus, priùs quàm actor quinque iſtos elegerit, de conſiliariis ſuis, quorum opera in cauſſæ illius patrocinio vti velit, reſeruandi nonnullos & excipiendi facultatem habeat.

Quod ſi Elector, Princeps vel principali dignitate illuſtris tot Conſiliarios in aula ſua non habeat, Actor ex Rei conuenti Officialibus, Præfectis, Satrapis, & Vaſallis nobilibus reſiduam ſummam complendi poteſtatem habebit.

Octauò Elector, Princeps, vel Principali dignitate illuſtris nouem Conſiliarios, in quibus ad minimum quinq; equeſtris ordinis erunt, deſignabit & conſtituet, coram quibus nouem cauſſa principalis in prima inſtantia audiatur, & ſcriptis, quorum quælibet pars quatuor & non plura producet, pertractetur, atq; hæc quidem ſcripta ſucceſſiuè de quatuor ſeptimanis ad alias quatuor duplicata producantur, & ad minimum in tertio ſcripto omnia, quę partes ad victoriam cauſſæ neceſſaria exiſtimauerint, veluti Exceptiones, Replicæ, idque genus alia quæ ad Palmam facere videbuntur, deducta in medium proferantur, & in quarto ſcripto ab vtraq; parte concludatur, nec noui quippiam introducatur; quòd ſi verò Iudices in quarto ſcripto aliquid noui deprehenderint, quod actore inſcio prolatum fuerit, neque in ſuperioribus ſcriptis refutatum, de eo tanquam nouo & huc vſque in actoris præiudicium reſeruato nihil iudicabunt. Si etiam Actori propter remotiorem loci diſtantiam ad producendum ſcripta ſua tempus ſuprà dictum nimis breue foret, Reus Conuentus ad petitionem actoris ipſi rurſus quatuordecim dies ad quodlibet productum permittet, &, ſi teſtium examinatione opus foret, ij per Commiſſarium ab vtraque parte electum examinabuntur. Sin verò partes de Commiſſario conuenire non poſſint, quælibet pars examinatorem, qui teſtes illos aſſumẽdi & examinandi poteſtatẽ habeat, eliget, & ſi alterutra pars vel vtraq; atteſtationes produxerint, quælibet pars ad defenſionem ſuarum atteſtationũ ſcriptum vnum, & ad exceptionem contra aduerſæ partis atteſtationes ſimiliter vnum & non plura intra quatuor ſeptimanas proximas, cùm productæ atteſtationes illæ publicatæ eſſent, & vtrique parti exemplum illarum conceſſum, producendi facultatem habebit, atque eo ipſo tandem iterum finaliter concluſum erit.

Et in vtraque proximè expoſita via Senior ex nouem illis Rei Conuenti Electoris, Principis, vel principali dignitate illuſtris Conſiliariis, præſente actore vel eius procuratore reliquos octo Cõſiliarios, & viciſſim ſenior ex illis ipſum iuramento obſtringet, quòd in cauſſa illa ſecundum vtriusque partis acta, actitata, & probata quàm diligentiſſimè ſit cogniturus & ſententiam laturus, omni dolo fruſtratoriaque dilatione penitùs excluſis.

Hi quoque Conſiliarij nouem ab omni iuramento, quo Reo obſtricti ſunt, quàm diu cauſſa illa controuerſa pendet, liberi & ſoluti erunt hactenus, quatenus in iure dicundo per iuramentum illud impediri fortaſsè poſſint.

Quod ſi partes litigantes de Commiſſario, qui teſtes examinet, conuenire non poſſint, cuiuslibet partis conſtitutus examinator & deputatus amanuenſis ſeniori ex nouem Conſiliariis, ſacroſancta Iuriſiurandi religione interpoſita, fidem dabunt, ſe in examinandis illis teſtibus parem erga vtramque partem fidẽ & beneuolentiam præſtituros, neque vllam partem defraudaturos, ſed teſtes illos quàm diligentiſſimè & fideliſſimè examinaturos, dictaque eorum conſignaturos, & nullum teſtem in dictis ſuis impedituros, neutri ſe etiam parti illas teſtium atteſtationes manifeſtaturos, ſed clàm habituros, & ſæpiùs dictis Conſilia-

riis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

riis nouem tanquam iudicibus, vtriusque examinatoris ſigillis obſignatas, dolo omni excluſo, transmiſſuros eſſe.

Prætereà etiam Actor, Prælatus, Comes, Baro, Eques, Nobilis vel Ciuitas, in duabus proximè præcedentibus viis, Rei Conuenti Electoris, Principis, & Principali dignitate illuſtris Reconuentionem non ſuſtinebit, ſed in ſuprà ſcriptis articulis Reconuentioni locus erit.

Cæterùm per Receſſum imperij in Anno 1570. Spiræ habitum quoad nouem iſtos Conſiliarios hæc adiecta eſt declaratio, quòd videlicet nouem iſti Cõſiliarij poteſtatem habebunt concluſam cauſſam, & acta, conſenſu partium, Academiæ neutri parti ſuſpectæ ad diſcendam ſententiam transmittendi, illa tamen ab Academia concepta ſententia in nouem iſtorum Conſiliariorum nomine publicabitur. *Ciſner. in addit. p. 2. d. tit. 4. Frider. de proceſſ. libr. 1. cap. 17. numer. 8. Schvvanmann. proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 2. num. 25.*

Porrò in actoris arbitrio poſitum eſt ex octo illis viis eligere, quamcunque voluerit, quam etiam Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris acceptare, eique omninò morem gerere tenetur.

Et hæ quidem Auſtregæ Prælatorum, Comitum, Baronum, Dominorum, Nobilium, Ciuitatum per omnia, vt ſuprà poſitæ ſunt, etiam in ciuibus, ruſticis, aliisq; ſubditis aduerſus Electores, Principes & principali dignitate illuſtres locum habebunt, & ſuprà poſito modo obſeruabuntur.

Verba huius Conſtitutionis *part. 2. ordin. tit. 4.* in Germanica noſtra lingua hæc ſunt.

Erſtlich ſo Prælaten/ Graffen/ Herrn / Die vom Adel oder Statt / einen Churfürſtẽ / Fürſten oder Fürſtmäſſigen/ Geiſtlich oder Weltlich/ mit nicht wolten beklagen/ warvmb oder was Vrſachen das were / ſoll der Kläger den Churfürſten / Fürſten / oder Fürſtmäſſigen obgemelt erſuchen / jhme darvmb Rechtens vor ſeinen Räthen zu pflegen / als dann ſoll in dem nachfolgenden Monat der erforderte Churfürſt/ Fürſt/ oder Fürſtmäſſig den Kläger von ſeine Räthe an ſeinem Hoffe vngefehrlich zu Recht für beſcheiden/ vnd auff denſelben vnd andern nachfolgenden Gerichtstagen / neun ſeiner treffenlichen Räthe an ſeinem Hoffe zu Recht niderſetzen / die auß dem Adel vnnd den Gelerten genommen werden ſollen/ vngefehrlich: Doch daß der Amptmañ/ der in der Sach wider den Kläger mit der That gehandelt hätt / nicht nidergeſetzt werde. Vnd ſoll einer auß den neun Räthen / den der Bekläger für einem Richter annemmen werde / in Beyweſen deß Klägers/ oder ſeines Anwalds/ von den acht Räthen/ vnd der älteſt vnter den acht Räthen / wider von jhme einen Eyde empfahen / in ſolchen Sachen/ nach beyder Theil fürbringen / vnnd beſten Verſtändnuß/ Recht zu ſprechen/ vnd darvmb keinerley Gefärligkeit zu gebrauchen/ oder ſich daran nichts verhindern zu laſſen.

Dieſelben neun Räthe / ſollen auch aller Gelübde vnnd Eyde/ in der oder andern Sachen / die für ſie bracht werden/ ſo lang die vnentſcheiden hangen / ledig ſeyn vnd bleiben / ſo viel ſie ſolch Gelübde vnd Eyde / darinn Recht zu ſprechen/ verhindern ſoll oder möcht/ auch ſoll die klagend Parthey nicht in Widerrecht für die Räthe gezogen werden/ vnnd ſoll ſolch Recht von dem Gerichtstag an zurechnen / als die Klag in Gericht bracht wirdt/ in nachfolgendem halben Jar zu End kommen / es begeb ſich dann durch Rechtlich Schub vnd Erkäntnuß ferrner Erlängerung/ ſo ſoll es doch in Jar vnd Tag zu End reichen/ es ſoll auch der beklagt Churfürſt/ Fürſt/ oder Fürſtmäſſig/ dem Kläger vnd denen / ſo er vngeferlich mit jhme bringen/ oder von ſeinet wegen ſchicken wird/ zu den Gerichtstagen zu kommen/ darbey zu ſeyn/ vnd wider an jhr Gewarſam ſeyn/ vngeferlich zu ſchreiben. Doch ſoll der Kläger niemands mit jhme bringen oder ſchicken / der ein Vorbrecher were deß Keyſerlichen Landfriedens / oder derſelben Churfürſten / Fürſten oder Fürſtmäſſigen offener abgeſagter Feindt oder Beſchädiger / wolt aber der Churfürſt/ Fürſt oder Fürſtmäſſige/ Geiſtlich oder Weltlich/ vor ſeinen Räthen obgemelter Maß/ nicht zu Recht kommen/ oder dem Kläger/ wie ob ſtehet/ nit verhelffen: Soll dem Kläger

zuge-

zugelaſſen ſeyn/denſelben Churfürſten/Fürſten/oder Fürſtmäſſigen vor dē Keyſerlichen Cammergericht fürzunēmen/nach dieſer Ordnung/vber das Cammergericht gemacht.

Vnd nach dem ſich die Prælatē/Graffen/Herrn/die von der Ritterſchafft vñ Stätt/ dieſes Rechtlichen Außtrags/ gegen den Churfürſten/Fürſten/ vnd Fürſtmäſſigē/etwas hoch beſchwert/daß ſie dardurch nit förderlich Recht erlangen möchten/ vñ darvmb vmb Ordnung vnd Satzung eines gleichen /billichen/förderlichen Rechtens hefftiglich angeſucht vñ gebetten. Vnd wiewol Churfürſten vnd Fürſtē/ſich auß ſolcher vorauffgerichter Ordnung außträglichs Rechtēs/vñ jrer Churfürſtlichen vnd Fürſtl. Freyheit zubegeben/ etwas beſchwert/aber dañ noch damit bey niemands geacht/od darfürgehalten werde/daß ſie deß Rechtens Schew tragen dariñ einigen Vortheil ſuchē/oder jemand auffhalten/od vmbtreiben wolten/haben ſie ſich gegen den Prælaten/Graffen/Freyherrn/Ritterſchafft vnd Stätten/deßhalb nachfolgenden Außträglichen Rechtens begeben vnnd verglichen.

Erſtlich/daß der Artickel mit 9. Räthen inmaſſen der hieoben geſetzt/bleiben vñ Statt haben/mit dem Zuſatz/daß vnter den 9. Räthen/zum wenigſten 5. vom Adel ſeyn ſollen.

Zum andern/ ob einiger klagenden Partheyen nit gefällig/ vor ſo viel Räthen zu handlen/daß dieſelbig auß gedachten neun oder geſetzten Räthen/ 7. oder 5. zu erkieſen vnd zuerwehlen/ die dañ nach laut jetztgemelter Ordnung gleicher maſſen wie die neun Räthe/ zu handlen vnd zuſprechen / macht haben. Vnd ſollen Churfürſten/ Fürſten vnd Fürſtmäſſige in obgemelten zweyen Fällen/jhre Räthe zu verlegen / ſchüldig ſeyn.

Zum dritten/daß der Churfürſt/Fürſt/oder Fürſtmäſſig/drey vnpartheyiſche Fürſtē benennen/ auß denen der Kläger einen zuerwehlen vnd zuerkieſen macht habe / der dann laut vorauffgerichter Ordnung/auch procedieren vnd ſprechen ſoll.

Zum vierdten/wiewol ſolches jnen den Churfürſten vnnd Fürſten/ auch für beſchwerlich geachtet/ſo ſoll doch der klagenden Parthey erlaubt ſeyn/ einē vnpartheyiſchen Commiſſari/der zum wenigſten eines hohen Prælaten Standes / oder ein Graff ſey / von der Keyſ. Maj. wo jr Lieb vnd Keyſ. Maj. im Reich ſeyn würdē/oder in dero Abweſen/vns als Röm. König zuerlangen/vor welchen/laut obgemelter Ordnung/gehandelt ſoll werden.

Zum fünfften/ſoll der Kläger dem Beklagten neun redliche / vnverleumbt Perſonen anzeigen / darauß der beklagt zwo Perſonen erwehlen / herwiderumb ſoll der beklagt / wo der ein Churfürſt/Fürſt/oder Fürſtmäſſiger wäre/9. auß ſeinen Räthen/oder andern benennen/darauß der Kläger 3. erwehlen/dieſelben 5. fürder in Sachen/nach laut der Ordnung/von den neun Räthen angezeigt/rechtlich procedieren/thun vnd handlen ſollen.

Zum ſechſten / ſo ſoll oder mag der Kläger zween vnpartheyiſche/ erbar / vnd redlich/ dergleichen beklagter Churfürſt / Fürſt oder Fürſtmäſſig auch 2. auß ſeinen Räthen / od andere geſchickte/ wie obſtehet/ordnē vnd ſetzē/vor denen in erſter Inſtantz nach laut obgemelter Ordnung gehandelt vñ procediert werden/ vnd ob dieſelben vier in Vrtheiln zweyſpaltig würden/vñ ſich mit Wiſſen vñ Willen der Partheyen eines Obmanns nicht vereinigen möchten / als dann ſo ſollen wir/oder vnſers Abweſens / vnſer lieber Bruder / der Römiſch König/ auff beyder oder einer Partheyen Anſuchen einen vnpartheyiſchen Obmañ zugeben / vnd zu ordnen ſchüldig ſeyn / welcher einem Theil einen Zufall thun/oder aber/ſo er ſolches auß trefflichen Vrſachen/vnd mit gutem Gewiſſen nicht thun möchte/ ein ſonders/daß jhme ſeines Verſtands vñ Gewiſſen/ dem Rechten gemäß ſeyn bedunckt ſprechen ſoll / doch / daß jede Parthey / ſeine zween Zuſätz auff ſeinen/ vnd der Obmann auff gemeinen Koſten geſetzt werden.

Zum ſiebenden/ſoll vnd mag der Kläger auß deß Beklagten/Churfürſten/Fürſten oder Fürſtmäſſigen Räthen fünff erkieſen/oder erwehlen /die dann auch Vermög der vorgeſetzten Ordnung/von den neun Räthen zu ſprechen vnd zu handlen macht haben ſollē/ doch daß der Beklagt/zuvor vñ ehe der Kläger ſolch fünff/wie gemelt/erwehlt/ einen oder zween von ſeinen Räthen/ ſo jhme in gemelter Sachen zugebrauchen gemeynt ſeynd/ vor zubehalten / vnd außzunemmen macht habe.

Wo aber der Churfürſt / Fürſt / oder Fürſtmäſſig / nicht ſo viel Räth in ſeiner Hoffhaltung hätt /ſo ſoll der Kläger auß deß Beklagten Amptleuthen/Vögten / Pflegern/ Lehnmann

Digitized by Google

Lehenmann deß Adels / die vbrige Summ ergäntzen vnnd erſetzen.

Zum achten / ſoll oder mag ein Churfürſt / Fürſt / oder Fürſtmäſſig / neun Räth / vnter welchen zum wenigſten fünff von der Ritterſchafft ſeyn ſollen / ernennen vnnd ſetzen / vor denen neun die Häuptſach / vnnd Execution in erſter Inſtantz / gehört / vnnd in Schrifften dero ein jeder Theil vier vñ nicht mehr thun / gehandelt / vnd ſolche Schrifften von vier Wochen zu vier Wochen nach einander gezweyfacht eyngelegt / vnnd zum wenigſten in der dritten Schrifften / alle der Partheyen Notturfft / auch Exception / Eynred / vnnd was er in der Sachen im Rechten zu genieſſen vermeynt / eyngeführt / vnnd in der vierdten Schrifft von beyden Theilen beſchloſſen / vnd von keinem Theil in derſelben vierdten vnnd letzten Schrifft / Newerung eyngeführt werden: Wo aber darüber die Vrtheiler in ſolcher vierdten Schrifft / vnnd bey jhnen ſelbſt ermeſſen vnd erkennen köndten / daß die dem Kläger vnwiſſend / vnnd er in ſeinen vorigen Schrifften / dargegen ſein Notturfft nicht hätt mögen fürbringen / ſo ſollen ſie auch dieſelbig erfunden Newerung / die alſo dem Kläger zu Nachtheil in die letzte Schrifft geſpart / nicht Vrtheilen: Wo auch einem Kläger auß Ferrne deß Weges / obgemelte Zeit / zu Eynbringung der Schrifft / zu kurtz weren / ſoll der Antworter auff Beger deß Klägers / jhme derhalben noch viertzehen Tag / zu einer jeder ſolchen Eynlag / zulaſſen / ſo auch einiger Theil Kundſchafft zuverhören Nottürfftig ſeyn / vnd begeren würde / dieſelben ſollen durch einen Commiſſarien / von beyden Theilen erwehlt / vnd bewilliget / verhöret werden / ob ſich aber die Partheyen eines Commiſſarien nit vergleichen köndten / ſo ſoll jeder Theil einen Verhörer / ſampt einem Schreiber darzu verordnen / der ſolche Kundtſchafft auffzunemen vnnd zu verhören Macht habe. Vnd ſo alſo ein oder beyde Theil / Vrkund oder Kundſchafft eynbringen / ſoll ein jeder Theil zu Beſchützung ſolcher ſeiner eynbrachten Vrkund vnnd Kundſchafft / ein Schrifft / vnd wider Gegentheils fürbracht Vrkund vnnd Kundtſchafft zu excipieren / vnd Eynrede zu thun / auch ein Schrifft / vnd nit mehr in vier Wochen den nechſten / nach dem als ſolch eynbrachte Vrkund vnd Kundſchafft Gerichtlich eröffnet / vnd beyden Theilen darvon Abſchrifften gegeben iſt / zu thun Macht haben / vnd damit abermals endlich beſchloſſen ſeyn. Vnd in beyden jetztgemelten Fällen / ſoll der älteſte vnter bemelten neun deß beklagten Churfürſten / Fürſten / oder Fürſtmäſſigen Räthen / in beyſeyn deß Klägers oder ſeines Anwalds von einem jeden / die andere acht Räthe / vnnd dann der älteſte vnter denſelben andern acht Räthen / widerumb von jhme einen Eyde empfahen / daß er in ſolcher Sachen / nach beyder Theil fürbringen / vnnd ſeiner beſten Verſtändnuß Recht ſprechen / darinn keinerley Gefärligkeit gebrauchen / vnd ſich daran nichts verhindern laſſen wöll.

Dieſelben neun Räthe / ſollen auch von dem Beklagten / aller Gelübt vnd Eyd / in der Sach / oder Sachen / die alſo für ſie in Recht bracht werden / ſo lang die vnentſcheiden hangen / ledig ſeyn / vnd bleiben / ſo viel ſolch Gelübd vnd Eyd darinn Recht zu ſprechen / verhindern ſoll oder möcht.

So dann die Partheyen ſich / wie ob ſtehet / zu Verhörung der Kundſchafft keines Commiſſari vergleichen köndten / ſollen eines jeden Theils verordenter Verhörer vnnd Schreiber den älteſten obgemelten neun Räthen / Pflicht vnnd Eyd thun wie hernach folgt / Nemblich daß ſie in Verhörung ſolcher Kundſchafft beyden Theilen gleich vnd gemein ſeyn / kein Theil vor den andern verfortheilen / ſonder ſolch Kundtſchafft getrewlich vnnd fleiſſig verhören / vnd auffſchreiben / vnd keinen Zeugen an ſeiner Sag verhindern / auch ſolch Zeugen Sag keinem Theil eröffnen / ſonder in geheym halten / vnnd den obgenannten neun Räthen als Richtern / vnter jhrer der zweyer Verhörer Inſigeln verſchloſſen / vberſänden wöllen ohngefährde.

Es ſoll auch der Kläger / ſo ein Prælat / Graff / Freyherr / Ritter / einer vom Adel / oder Statt / wie gemelt in jetzigen nechſten zweyen vorgehenden Artickeln / den Churfürſten / Fürſten / vnd Fürſtmäſſigen / als beklagten / keines Widerrechten ſeyn. Aber in den obgemelten Artickeln / ſoll das Widerrecht Statt haben.

Item es ſoll zu der klagenden Partheyen Willen vnd Wolgefallen ſtehen / vnter obge-

obgemelten acht Wegen einen zuerwehlen / welchen er wil / den der Churfürſt / Fürſt oder Fürſtmäſſig anzunemmen / dem zugeleben vnd nachzukommen ſchüldig ſeyn ſoll.

Vnd ſollen ſolche Außträge der Prælaten / Graffen / Herren / Ritterſchafft vnnd Stätt / in aller maſſen / wie die obgeſetzt / auch mit den Bürgern / Bawren vnnd andern Vnterthanen gegen den Fürſt vnd Fürſtmäſſigen ſtatt haben / vnnd wie obgemelt gehalten werden.

*Adde Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 17. Schvvanman. d. cap. 2. num. 8. vſque ad fin.* Atque huc quidem porrò referendum eſt hoc autoris noſtri axioma ſiue theorema: Zum dritten / ſo herwiderumb Prælaten / Graffen / vnd Herrn / auch die vom Adel / die Fürſten zu Recht erfordern / ſeynd acht Wege durch die Ordnung vorgeſchlagen / ſonderlich die newen Rähte auß dreyen Fürſten einen zuerwehlen / einen vnpartheyiſchen Commiſſarium zu erlangen oder einen Arbitrum zu erwehlen.

Theorema hoc tertio loco aliàs ab autore poſitum commodioris traditionis cauſſa ſecundò poſui, vt præceptum illud, quomodo Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres, & à quibus conuenirentur, non fruſtillatim, ſed integrè (ſiquidem vnumquodque, pro vt priùs naturâ eſt, priori quoque loco ſit tradendum) explicaretur. Cæterùm ex octo ſuprà traditis vſitatiores tantùm ſiue frequentiores autor tradidit *Chriſtoph. Schvvanman. Proceſſ. Cameral. lib. 1. cap. 3. num. 13.* in praxi duos illos modos, de nominandis nimirum Principibus tribus, & de impetrando per Actorem Cæſareo Commiſſario, prætermiſſis alijs, omnium frequentiſſimè exerceri ſcribit. Ego actori ſuaderem, vt ijs viis ſiue modis aduerſus Electorem, Principem, vel principali dignitate illuſtrem experiretur, in quibus Reconuentio ceſſat, tùm vt eò citiùs ad ius ſuum perueniat, tùm verò etiam vt maiori facilitate & diligentia cauſſam ſuam agere poſſit, ſecus vt fit, quando vterque & actionis & reconuentionis iudicio implicatur. Tunc namque duplicem moleſtiam ſuſtinere & deuorare cogitur, vnam in actione, alteram verò in Reconuentione, à quo dehortatur vulgaris ille & communi hominum ſermone celebratiſſimus verſiculus:

*Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.*

Hactenus ſatis copioſè pro re nata fuit explicatum, quomodo Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres conueniantur: Videamus nunc, quomodo homines in ſecundo immediatè imperio ſiue iuriſdictioni Cæſaris ſuppoſitorum ordine collocati, Prælati nimirum, Comites, Barones, Domini, Nobiles conueniantur.

Et quidem ipſi vel à ſeſe mutuò inuicem conueniuntur, vel ab Electoribus, Principibus, & principali dignitate illuſtribus, vel denique à Ciuitatibus imperio tàm immediatè, quàm mediatè ſubiectis, & ab alijs hominibus ſubditis ſuis vel alienis, nobilibus, ciuibus, ruſticis, collegijs, vniuerſitatibus.

Cum Prælati, Comites, Barones, Equites, Domini, Nobiles immediatè imperio ſubiecti ſeſe mutuò inuicem conueniunt, notandum eſt hoc autoris noſtri quarto alioqui loco collocatum axomia: Zum vierdten / wann Prælaten / Graffen / vnd die vom Adel einander zu Recht erfordern / hat der / ſo erfordert / abermaln auß dreyen fürgeſchlagenen Fürſten einen zu erwehlen / oder ein Commiſſarium zu erlangen.

In vulgari exemplari legitur hat der erfordert latinè requiſitus, quod falſum eſt. Requiſitus enim nominat tres Principes ei, qui requiſiuit. Is autem, qui requiſiuit, eligit. Legendum igitur, vt ſenſus rectè conſtet, der ſo erfordert. Cæterùm pleniùs hæc explicantur *Ordin. Camer. part. 2. tit. 5. ſub Rubric.* Quomodo & coram quo Iudice Prælati, Comites, Barones, & Nobiles immediatè imperio, & nulli aliàs iuriſdictioni ſuppoſiti, ſeſe inuicem ad ius vocare debeãt. Germanicè. Wie vnd vor welchem Richter die Prælaten / Graffen / vnd Freyherrn / vnd die vom Adel dem Reich ohn Mittel vnnd ſonſt keiner andern Gerichtbarkeit vnterworffen ein-



Digitized by Google

ander zu Recht fordern ſollen. Textus illius tituli ita habet: Viciſſim ſi Prælatus, Comes, Dominus, Nobilis imperio immediatè ſubiectus, aduerſus Prælatum, Comitem, Dominum, vel Nobilem immediatè imperio ſimiliter ſubiectũ experiri velit, Reus, ad factam Actoris requiſitionem, Actori tres Electores, Principes, vel principali dignitate illuſtres aduerſario minimè ſuſpectos, & ab Actore vltra duodecim miliaria non diſſitos nominare tenebitur, ex quibus Actor vnum eliget, qui poſtea ad audiendum cauſſam commodum iudicij locum & terminum conſtituet, & (vigore ordinationis præcedenti titulo *verſic. Incip. Tertiò Elector, &c.*) procedet. Quòd ſi verò hæc Actori via minimè commoda videbitur, tùm Commiſſarium ille aduerſario non ſuſpectum à Cæſarea Maieſtate impetrabit, coram quo ex præſcripto ordinationis ſuprà poſitæ, quomodo & coram quo Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres conueniri & iuſtificari debeant, procedetur. Germanicè textus ſic habet:

Herwiderumb ſo vnd wann ein Prælat/ Graff/ Herr/ Edelmann oder Knecht dem Reich ohne Mittel vnterworffen gegen einen Prælaten/ Graffen/ Herrn/ Edelmann oder andern deß Adels/ der oder die dem Reich ohn Mittel vnterworffen/ Spruch vnd Forderung hat/ ſoll der Beklagt ſchüldig ſeyn auff deß Klägers Anſuchen vnnd Verkündigung drey Churfürſten/ Fürſten/ oder Fürſtmäſſige/ die vnpartheyiſch vnd dem Kläger vber zwölff Meyl nicht entſeſſen ſeynd/ zu benennen/ darauß der Kläger einen erwehlen/ der dann an gelegene Mahlſtatt ein Tag vornemmen/ die Sachen hören/ vnnd laut der Ordnung (wie am nechſten Artickel hieroben im *verſic.* anfahend zum dritten/ daß der Churfürſt/ rc. geſetzt iſt) handlen vnd procediren ſoll/ oder wo jhm daſſelbig nicht annemlich were/ einen vnpartheyiſchen Commiſſari von der Keyſerlichen Majeſtat/ oder jhrer Liebd vnnd Keyſerlichen Majeſtat Abweſen auß dem Reich von vns als Römiſchem König erlangen/ von demſelbigen nach jetzo berürter Ordnung/ wie Churfürſten/ Fürſten/ vnnd Fürſtmäſſigen beklagt vnnd gerechtfertiget werden ſollen/ auffgericht gehandelt werden.

*Adde Frider. de proceſſ. lib. 1. cap. 18. num. 2. Chriſtoph. Schvvanman. proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 3. nu. 6. & 7. & 8.* vbi pro actore cautelam vtiliſſimam eſſe ſcribit, vt is plures ſimul Commiſſarios impetret, iiſq; coniunctim & ſeparatim procedendi poteſtatem concedi petat. Tunc enim vno lite adhuc pendente mortuo nō eſt neceſſe, vt cum temporis diſpendio alium Commiſſarium Actor impetret.

Si tamen plures impetrati ſint, vno mortuo priùs, quàm cauſſa ſuam determinationem acceperit, cæterorum quoque iuriſdictionem expirare crediderim per ea quæ ſcribit Marant. *4. part. 5. diſt. princ.* vbi in pluribus delegatis vno mortuo expirare officium omnium, vt vlterius ex illa delegatione cognoſcere non poſſint, affirmat. Ideoq; hoc caſu ad Cameram cauſſa deuoluitur, vt pulcrè tradit & præiudicijs confirmat *Aſſeſſ. Camer. Imp. in ſuis obſeru. 35.*

Hoc tamen non procedit, ſi pluribus coniunctim & ſeparatim procedendi poteſtas conceſſa ſit, vt intelligit & declarat *Schvvanman. d. loc.*

Hactenus dictum eſt, quomodo Prælati, Comites, Barones, Equites, Domini, Nobiles immediatè imperio ſubiecti à ſe inuicem conueniri debeant: Nunc ſecundo loco proximum eſt vt dicamus, quomodò ab Electoribus, Principibus, & principali dignitate illuſtribus von Churfürſten/ Fürſten/ vnnd Fürſtmäſſigen conueniri debeant.

Cùm Prælati, Comites, Barones, Domini, Nobiles, Equites immediatè imperio ſubiecti ab Electoribus, Principibus, & principali dignitate illuſtribus conueniendi ſunt, locum habet iſtud authoris noſtri theorema ſecundo loco poſitum.

[b] Deßgleichen werden Prælaten/ Graffen/ vnd Herrn von den Fürſten entweder per viam Commiſſionis fürgenommen/ oder der klagend Fürſt hat auß dreyen fürgeſchlagenen Fürſten einen zuerwehlen.

Latiùs

Latiùs hæc ediſſeruntur atque explicantur. *part. 2. ordin. tit. 3. ſub rubr.* Quomodo & coram quo Iudice Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres, Prælatos, Comites, Barones, & Nobiles imperio immediatè ſubiectos conuenire debeant. German. Wie vnd vor welchem Richter Churfürſten / Fürſten / vnd Fürſtmäſſige die Prælaten / Graffen / Herrn / vnd den Adel dem Reich ohn Mittel vnterworffen zu Recht fordern ſollen.

Textus ordinationis illius latinè ita habet.

Viciſſim etiam Prælatos, Comites, Barones, Equites, & Nobiles immediatè imperio ſubiecti, Electoribus, Principibus, & principali dignitate illuſtribus ad ius ſe ſiſtent, ita quidem, vt Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris Commiſſarium ſui ordinis aduerſario minimè ſuſpectum, & à Reo vltra duodecim miliaria non diſſitum impetrandi facultatem habeat, coram quo ex præſcripto ordinationis, quomodo Electores, Principes, vel principali dignitate illuſtres conueniri debeant, procedetur. Vel Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris à Prælato, Comite, Domino, Equite, vel aliis nobilibus immediatè imperio ſubiectis requirat, vt ſibi tres Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres aduerſario minimè ſuſpectos, & ab Actore vltra duodecim miliaria non diſſitos nominet, ex quibus Actor, Elector, Princeps, vel principali dignitate illuſtris vnum eliget, coram quo vigore ordinationis actionem ſuam inſtituat procedatque. German. Es ſollen auch herwiderumb die Prælaten / Graffen / Freyherrn / Ritter oder andere deß Adels / die ohne Mittel dem Reich vnterworffen / den Churfürſten / Fürſten / oder Fürſtmäſſigen zu Recht ſtehen / alſo / daß der klagend Churfürſt / Fürſt / oder Fürſtmäſſig macht habe einen vnpartheyiſchen Commiſſari ſeines Standes / doch dem Antworter vber zwölff Meil nicht entlegen oder entſeſſen / zu erlangen / vor demſelben laut der Ordnung / wie Churfürſten / Fürſten vnnd Fürſtmäſſige beklagt vnd gerechtfertiget werden ſollen / procediert werde. Oder ſoll der Churfürſt / Fürſt / oder Fürſtmäſſig von denſelben Prælaten / Graffen / Herrn / Rittern / oder andern deß Adels zu erfordern haben / jhme drey Churfürſten / Fürſten / oder Fürſtmäſſigen / die / wie hernach ſtehet / vnpartheyiſch / vnnd dem Kläger vber zwölff Meil nicht entſeſſen ſeyn / zu benennen / darauß der klagend Churfürſt / Fürſt / oder Fürſtmäſſig einen erwehlen / vor dem er nach laut der Ordnung klagen vnd procedieren ſoll vnd möge.

*Adde Frider. de proceſſ. lib. 1, d. cap. 18. num. 1. Schvvanman. d. cap. 3. num. 1. 2. & 3.*

Hactenus explicatum fuit, quomodo Prælati, Comites, Barones, Domini, Equites, & Nobiles immediatè imperio ſubiecti, tùm à ſeſe inuicem, tùm ab Electoribus, Principibus & principali dignitate illuſtribus conueniantur: Videamus nunc quomodo conueniantur à ciuitatibus tàm immediatè quàm mediatè imperio ſubiectis, & ab aliis hominibus ſubditis ſuis vel alienis, Nobilibus, Ciuibus, Ruſticis, Collegiis, Vniuerſitatibus. Et generaliter ſtatuendum pronũciandumq́; fuerit, ſi ab his conueniri debeant Prælati, Comites, Barones, Nobiles immediatè imperio ſubiecti, eos in Camera imperiali, ceſſante Auſtregarũ priuilegio, ſtatim conueniri oportere. *Petrus Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 8. num. 2. & cap. 20. nu. 19.* De ciuitatibus imperio immediatè ſubiectis mirum videri poſſit, quòd per ea, quæ ſuprà dicta ſunt, æquè Status imperij ſint, & nullum niſi Imperatorem ſuperiorem recognoſcant. *Verùm quia in d. tit. 5.* Cuius ordinationem ſuprà integrè poſuimus, ne verbo quidem vlla iniicitur mẽtio, quòd Auſtregarum priuilegium hoc caſu locum habere debeat, caſus ille tanquam omiſſus regulari iuris diſpoſitioni reſeruatur, quæ vult, quòd immediatè imperio ſubiecti, niſi vel peculiares conuentiones ſiue compoſitiones arbitrarias, vel Auſtregarum priuilegium habeant, in Camera conueniri debeant per §. Es ſoll auch demnach. *p. 2. ord. tit. 1. vbi hæc verba habentur.* Es ſoll auch demnach das Keyſerlich Cammergericht in erſter Inſtantz oder Rechtfertigung auff Niemands Klag oder Anſuchẽ Ladung erken-

nen oder geben gegen der ſenen/die der Käyſerlichen Maieſtätt vnd dem Reich nicht ohne Mittel vnterworffen ſeyn. Vnde neceſſariò infero: Idcircò qui immediatè Cæſareæ Maieſtati vel imperio ſuppoſiti ſunt, ij cæteris paribus (vbi nimirum ſpecialis nulla obſtat exceptio, ſicut paulò antè innui) in Camera ſtatim in prima inſtantia conueniri debent, per argumentum à cõtrario ſenſu modò recitatæ diſpoſitionis ſumtum, quod in iure fortiſſimum eſt, frequens, & vtiliſſimum *l. i. §. huius rei. ff. de offic. ei. cui mand. eſt iurisd. l. Qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. c. cum apoſtolica in fin. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. capitul. & c. cum virum de regularib. cum infini. ſimil.* Dicitur enim mens legis, canonis, vel ſtatuti, *vt eſt gloſ. notab. in d. l. Qui teſtamento. §. mulier,* quæ docet ſenſum contrarium pro lege accipi, ita quidem, vt quod à contrario ſenſu venit, perindè habeatur, ac ſi in lege vel canone nominatim expreſſum eſſet, quam gloſſam magnoperè commendant. *Bald. & Paul. de Caſtr. in d. §. mulier, & meminit eius Bald. in l. conuenticula. C. de Epiſc. & cleric.* Et quòd argumentum à contrario ſenſu veniat ex mente legis, docuerunt Bartol. *in repet. l. Omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Petr. de Anchar. in conſ. 213. incip: pro iſto patre inſtituto & Barbatia in c. nullus de for. comp. Euerh. in Topic. legal. in loco à contrar. ſenſ. vbi pulcherrimè hac declarat.* Quid? quod ipſa Camera imperialis rerum iudicatarum autoritate hanc noſtram comprobauerit ſententiam, quòd nimirum Prælati, Comites, Barones, Nobiles immediatè imperio ſubiecti in Camera ſtatim in prima inſtãtia à ciuitatibus imperialibus ſimiliter imperio immediatè ſuppoſitis conueniri debeant, quemadmodum *Frid. d. loc. in cauſſa ciuitatis imperialis* Winßheim contra Comitẽ ab Hohenloh, Anno 1565. Octob. 15. in Camera decretum fuiſſe ſcribit, quòd Comes eo caſu beneficium Auſtregarum non haberet, ſed ſtatim in Camera rectè cõueniretur. Cæterùm ab omnibus mediatis ſtatim in Camera, Auſtregarũ priuilegio ceſſante, Prælatos, Comites, Barones & Nobiles conueniri docet. *Gail. 1. obſ. 1. nu. 17. & Mynſ. cent. 1. obſ. 89.* Quod idem eſt, ſi ſubditi ipſi ſuum Pręlatum, Cõmitem, Baronem, aut Nobilẽ immediatè imperio ſubiectum conuenire velint. Hunc enim ſtatim in Camera rectè conuenient. *Gail. 1. d. ob. 1. n. 46. vbi ſcribit*, ſubditos Comitum, Baronum, & Nobiliũ immediatè imperio ſubiectorum dominos ſuos immediatè in Camera conuenire ſecus verò eſſe in ſubditis Principum imperij. Quod relatiue intelligendum eſt, ſi nimirum principes ſuos vel alienos conuenire velint, ſecùs autem eſt, ſi velint conuenire Prælatos, Comites, Barones, & Nobiles immediatè imperio ſubiectos. Tunc enim ad Cameram ipſis ſtatim, ſicut dictum eſt, decurrendum erit.

Huc vſq; oſtendimus, quomodo primi & ſecundi ordinis homines ex eorum videlicet numero, qui imperio immediatè ſubiecti ſunt, forum ſuum ſortiãtur, Electores nimirum, Principes & principali dignitate illuſtres Churfürſten/Fürſten/vnd Fürſtmäſſige/ & poſtea Prælati, Comites, Barones, Domini & Nobiles, intellige, illi, qui imperio ſunt immediatè ſuppoſiti: reſtat nunc tertius illorum ordo, qui Cæſareæ iuriſdictioni ſiue imperio immediatè ſubiacent, Ciuitates nimirum Imperiales. De his tenendum eſt autoris noſtri theorema ſub n. 5. collocatum, quòd ita habet. Die Reichsſtätt werden in erſter Inſtanß gleich am Cammergericht beklagt/doch haben auch dieſelbigen zu zeiten jhre Freyheiten/ vnd werden für andere Stätt in prima inſtantia gewieſen.

Vt de veritate theorematis huius conſtet, *huc repetenda eſt generalis illa ſuprà ex p. 2. ord. tit. 1. §.* Es ſoll auch demnach. per argumẽtum à contrario ſenſu collecta diſpoſitio, quòd videlicet imperio immediatè ſubiecti, qui peculiares conuentiones ſeu cõpoſitiones arbitrarias, aut Auſtregarum priuilegium non habeant, ſtatim in Camera in prima inſtantia conueniri debeãt. At verò Ciuitates imperiales vtpote ſolũ Imperatorem ſuperiorẽ recognoſcentes ſunt imperio immediatè ſubiectę, quemadmodum ſuprà oſtenſum eſt, nec Auſtregarum priuilegio regulariter gaudent, ergò in prima inſtantia ſtatim in Camera conueniri debent.

Quòd

Digitized by Google

Quod indifferenter verum eſt, à quibuſcunque conueniantur, ſiue ab Electoribus, Principibus, & principali dignitate illuſtribus, ſiue à Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus immediatè imperio ſubiectis, ſiue ab aliis ciuitatibus imperialibus, ſiue denique à ciuitatibus, collegiis, vniuerſitatibus, ſubditis, tàm ſuis quàm alienis imperio mediatè ſubiectis. *Gail. 1. obſ. 1. nu. 20. Frider. de proceſſ. lib. 1. cap. 19. num. 10. & cap. 20. num. 17. Schvvanman. lib. 1. proceſ. Camer. cap. 3. num. 10.* Itaque minimè probanda eſt ſententia Iohannis Fichardi, qui in *conſil. 129. in 3. 9. p. 2.* abſque vllo iuris fundamento ſcribit, Principes ciuitatem imperialem iuxta Auſtregas *2. ord. tit. 2.* ſecũdum quas Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres Prælatos, Comites, Barones, Dominos, Nobiles immediatè imperio ſubiectos conueniunt, conuenire poſſe. Rationem affert hanc, ne Principes duriorem cauſſam habere videantur reſpectu ciuitatum imperialium, quàm Prælatorum, Comitum, Baronum, & Nobilium. Verùm ratio non ſufficit, vbi expreſſa iuris deciſio requiritur, quòd Iureconſultus erubeſcat ſine lege loqui. *§. conſideremus in Auth. de trient. & ſemiſſ.* Neq; ratio allata cuiuſdam momenti eſt, quòd Principes hac ratione reſpectu ciuitatum imperialium non duriorem cauſſam habeant, ſed faciliorem. Statim enim cauſſa in Camera diſputanda ſumitur, atq; ita cum maiori temporis & ſumtuum compendio ad finem deducitur, quàm ſi primùm coram iudicibus Auſtregarũ diſputetur, ſiquidem ab his demum per viam appellationis cauſſa ad Cameram deuoluatur, ſicut ſuprà dictum eſt. Quid? quòd ipſa Camera Imperialis hanc noſtram in iudicando ſententiam approbauit, vt factum eſſe ſcribit Frider. *d. loc. in cauſſa.* Sachſen Lauwenburgk contra Lübeck.

[d] Zu Zeiten jhre Freyheiten] Quæ hactenus de ciuitatibus imperialibus generaliter dicta ſunt, ea in quibuſdam limitantur. Sunt enim, quæ coram aliis ciuitatibus imperialibus primæ inſtantiæ ſiue Auſtregatum priuilegium ſortiantur, & ſingulares iudicis (beſondere Außträge) habeant, idque vel ex ſpeciali priuilegio, vel longiſſimi ſiue immemorialis temporis præſcriptione, quæ priuilegij & ſpecialis cuiuſdam conceſſionis vim habere ſolet. *c. ſuper quibuſdam. §. præterea extra de verb. ſignif. ibique communiter. DD.*

Tales ſunt Argentina, Norinberga, Memminga, VVormacia, & aliæ nonnullæ. *Gail. 1. obſ. 1. num. 20. Frider. de proceſſ. lib. 1. cap. 19. nu. 10. Schvvanmann. proceſſ. Cameral. lib. 1. cap. 7. nu. 3.* Eslinga, Dunckelſpiel, Ratisbona, Reutlinga. *Schvvanmann. d. loc.*

Argentina iudices primæ inſtantiæ habet Baſileam, VVormaciam & Vlmam, Schvvannman. *d. cap. 7. nu. 7. Frid. in tract. de Priuil. ſtatuum affixo lib. 1. de proceſſ.*

Norinberga primæ inſtantiæ iudices habet Wintzheim vnnd Weiſſenburg am Nortgauw/ *Schvvanman. d. cap. 7. num. 3. Frider. in d. tractat.*

Eslinga iudices ordinarios habet Conſules & Senatum Ciuitatum, Vlm/ Reudling/ vnd Heilbronn. *Schavvanm. d. cap. 7. num. 1. Frider in d. tractat.*

Dunckelſpiel iudicem primæ inſtantiæ habet ſuæ ciuitatis Ammannum jhrer Statt Ammann/ qui ſibi loco iudicum quatuor Senatores adiungit ex ciuitatibus Nörtlingen/ Rotenburg an der Tauber/ Schwäbiſchen Hall/ vnd Schwäbiſchen Werth/ quos ſingulos iuratos eſſe oportet. *Frider. in d. tractat iunc. Schvvan. d. cap. 7. num. 2.*

Ratisbona in cauſſis ciuitatis iudices primæ inſtantiæ habet Auguſtam Vindelicorum, Norinbergam, Vlmam. Actor tamen quinque vel ſeptem ex ſenatu Ratisbonenſi Iudices eligere poteſt. *Schvvanmann. d. loc. nu. 5. Frid. in d. tractat.* Sic ciuitas Schweinfurt coram ſuo Reichsvogt in prima inſtantia conueniri debet, qui Senatores ſiue Scabinos Norinbergenſes & Rotenburgenſes ſibi adiungit. *Schvvanm. d. cap. 7. num. 6.*

Sic Mulhuſa Thuringorum à ciuibus ſuis & ſubditis nõ conuenitur ſtatim in



Digitized by Google

Camera,ſed cauſſam priùs coram tribus Senatorum ordinibus diſcuti oportet. *Frider in d.tractat.*

Poſteaquam hactenus explicatum fuit,vbi imperio immediatè ſubiecti cõueniri debeant,videamus nunc,vbi forum ſuum ſortiantur illi, qui imperio mediatè ſubiecti ſunt.

Et hi quidem,à quibuſcunque conueniantur,ſemper coràm ſuo ordinario conueniri debent.*part.2.ord.tit.1. verb.* Daß ein jeder in dem Gericht / darein er ohne Mittel geſeſſen vnd gehörig iſt/fürgenommen.*& d.p.2.tit.5.verb.* vnd ſoll ſonſt ein jeder dem Reich ohne Mittel nicht / ſonder ander Herrſchafft vnterworffen / oder aber ſolcher Sachen halben/die eines Churfürſten / Fürſten / oder Herrſchafft Gericht ohne Mittel gehörig / bey demſelben ſeinem ordenlichen Richtern/ laut der Ordnung / bleiben. *Schvvanm.proceſſ. Came.lib.1.cap.3.num.12.* idque ne iuriſdictiones confundantur, quod fieri non debet.*text.in l.Nemo.C. d.iuriſd.omni.iudic.gloſſ.ibid.in verb.auxilium text.in* §.*Nulla. Auth. de defenſor. ciuit. text. notab. in c. prouenit 11. q. 1. Guid.deciſ.436. nu.3.* Limitatur tamen ſiue excipitur,ſi Electores, Principes,Comites,& alij imperio immediatè ſubiecti ſubditos ſuos conuenire velint, Hoc enim in Camera facere debent.*Frider.de proceſſ.lib.1.cap.20.num.18.* vbi,ſi princeps aduerſus ciuitatem ſuam municipalem iudicio experiri velit,ipſum Cameram in prima inſtantia iudicem habere ſcribit,per rationem hanc, quòd tales ciuitates priuatorum loco habeantur. *l. eum qui vectigal. ff. de verb. ſignif. & l. Nihil intereſt. ff. ad ſenatuſc. Macedon.* Adde quæ Aſſeſſor quondam Cameræ Imperialis digniſſimus ſcribit *in obſeruat.ſuis obſeruat.21.* vbi ſæpè ita obſeruatum fuiſſe ſe meminiſſe ſcribit, vt in cauſſa Maynß contra Erffurdt. Item Hertzogen Hanſen zu Braunſchweig contra Braunſchweig/die Ablöſung Bechtoldt belangen. Item rurſus Braunſchweig contra Braunſchweig/die Ablöſung Sack vnd Oldenwick belangend. Item in cauſſa Mechelburg contra Roſtock. Item Mechelburg contra die Statt Mechelburg.

Quod tamen viciſſim ita ſublimitatur, ſi inueterata conſuetudine vel ſpeciali priuilegio aliter receptum prouiſumque fuerit,videlicet,vt Princeps ciuitatem ſuam municipalem immediatè ſibi ſubiectam coram iudice Curiæ ſuæ conuenire poſſit,quòd conſuetudo iuriſdictionem tribuat. *c. cùm contingat in fin. de for.comp.& c.dilecti de arbitr.Bald.in l.etiam.num.13.C.de Execut.rei iudic.* & conſuetudo valeat,vt quis ſit Iudex in ſua propria cauſſa. *c.1. in fin. de pœn.lib.6.Boſſ.tit. de for.compet.num.38.Gail.d.nu.18.*

Praxin huius doctrinæ pulcerrimis formulis explicat.*Chriſtoph. Schvvanm. lib.1.Proceſſ.Cameral.cap.4.* quas huc adiicere placuit.

FORMV-

Digitized by Google

# FORMVLA REQVISITIONIS VIGORE ORDINATIONIS P. II. TIT. V.

Vbi Secvndi Ordinis Persona Ab Alia Eivsdem Status, pro nominandis tribus principibus, iuxta primum d. tit. ordin. præſcriptum modum requiritur: inſinuata eſt per Notarium & teſtes. 27. Aprilis.

DEN wolgebornen Herrn P. vnnd L. von D. Graffen zu N. Meinen freundtlichen lieben Vättern. Entbiet ich M. geborne von N. Gräffin vnd Fraw zu O. meinen freundlichen Gruß vnd was ich in Ehren Liebs vnd Guts vermag/ zuvor. Vnd gib E. L. fertner zuerkennen/ daß ſich dieſelben ohn Zweiffel wohl zuentſinnen wiſſen/ welcher maſſen nach tödtlichem Abgang deß wolgebornen Herrn R. von D. Graffen zu N. Meines freundlichen lieben Herrn vnd Vatters/ wolſeliger Gedächtnuß/ ich bey E. L. durch etliche vnſere beyderſeits Herrn vnd Freundte/ in der Güte geſinnen vnd bitten laſſen mir nit allein das Mütterliche Heyratgut/ Morgengab/ Kleyder/ Kleinodien/ vnd allen andern Mütterlichen Nachlaß/ ſo weyland die wolgeborne Fraw E. geborne von S. meine freundliche liebe Fraw Mutter/ milter vnnd Chriſtlicher Gedächtnuß/ wolermeltem meinem freundtlichen lieben Herrn vnd Vatter/ wolſeliger Gedächtnuß in der Ehe zubracht/ ſondern auch wolermeltes meines Herrn vnnd Vatters Vätterlichen Nachlaß vnd Erbſchafft/ in Maſſen J. L. denſelbigen inngehabt/ beſeſſen vnnd verlaſſen/ in der Güt zu zuſtellen vnnd eynzuräumen.

Vnd ob ich wol tröſtlicher Hoffnung vnnd Zuverſicht geweſen/ es ſolte E. L. ſich dem Rechten vnd Billigkeit nach/ mit Eynräumung Mütterlichen vnnd Vätterlichen Nachlaß/ oder ja in andere Wege oder Gebür/ Vätterlich vnnd freundtlich erwieſen haben/ ſo hab ich doch mit beſchwertem Gemüth vernommen/ daß E. L. all ſolche begerte gütliche Zuſtellung vnd billiche Vergleichung vnfreundlich abgeſchlagen vnd verwegert.

Weil mir aber obgedachte rechtmäſſige vnnd befugte Erbforderung erſitzen zulaſſen (wie E. L. hochverſtändig vnd freundlich bey ſich ſelbſten zuermeſſen) bedencklich vnnd beſchwerlich/ auch zu Nachtheil meines jungen vnmündigen Söhnleins nicht gebüren/ noch gegen ihr L. vnnd deren verordnete Vormünder verantwortlich ſeyn will/ ſondern alſo wider meinen Willen den euſſerſten Weg Rechtens (deſſen ich viel lieber geübriget ſeyn möchte) erheiſchender Notturfft nach an die Hand zu nemmen/ vnd durch Hülff deſſelben/ was mir Rechts vnd Billigkeit wegen gebürt/ zuerlangen genötigt vnnd drungen werde. Demnach vnnd Vermög deß heyligen Römiſchen Reichs Conſtitution vnd Ordnung requiriere vnd erfordere E. L. ich hiemit/ freundlich bittend/ ſie wöllen nach Außweiſung derſelben/ vnd in darein beſtimpter Zeit/ (vier Wochen *ordin. part. 2. tit. 2. §. Darauff ſoll.*) mir drey vnpartheyiſche Churfürſten/ Fürſten oder Fürſtmäſſige/ ſo mir vber zwölff Meil Wegs nicht entſeſſen/ fürſchlagen vnd benennen/ darauß ich einen zum Richter vnd Keyſ. Commiſſarien erwehlen/ meine Notturfft vnnd Klagen für denſelben in erſter Inſtantz auffs förderlichſt eyn vnd vorbringen/ vnd laut angezogener Ordnung ſchleunig procedirt werden möge.

Welches ich E. L. dero ich ſonſt freundlichen gebürlichen Willen zu erzeigen/ geneigt/ meiner Notturfft vnd geſtalten Sachen nach nit verhalten ſollen. Zu Vrkund hab ich M. geborne von D. Gräffin zu O. Diß Requiſition mit eigenen Händen vnterſchrieben vnd mit meinem Inſigel bekräfftiget. Geben zu T. den 25. Aprilis. &c.



Digitized by Google

# RESPONSVM AD FACTAM REQVISITIONEM IVNCTA PRINCIPVM NOMINATIONE.

DEr Wolgebornen N. Gebornen von D. Gräffin vnnd Frawen zu O. vnſer freundtlichen lieben Baſen/ entbieten wir P. vnd L. von D. Graffen zu N. Gebrůdere/ vnſern freundlichen Gruß/ beneben dem was wir Liebs vnd Guts vermögen/ bevor/ vnd fůgen hiemit freundtlichen zu wiſſen.

Daß vns den 27. Aprilis, jüngſt ein vermeynte Requiſition Schrifft vnter dato 25. gedachtes Monats Aprilis von E. L. berůmbter vnfugſamer Anforderung halben/ darinn E. L. vermög der Cammergerichts Ordnung drey vnpartheyiſche Churf. Fürſten oder Fürſtmäſſige in Nechſtgemelter Ordnung beſtimbter Zeit/ zuernennen an vns geſinnen vnd begeren thun/ behändigt vnd eyngeantwortet worden.

Vnd wiſſen wir vns in Warheit mit höchſter Befrembdung nit genugſam zu verwunderen/ vnter was prætext oder gefärbten Schein E. L. Deroſelben Ehegemals vnd jhr ſelbſt eygen Brieff/ Siegel vnd vnuermeyntlicher Handtſchrifft zuwider vnd entgegen/ ſich zu vns vnd vnſer Herrſchafft vermeyntlich eynzudringen/ ſich vberreden laſſen/ ſintemal vnd dieweil E. L. auß eyngelegter glaubwirdiger Copey deroſelbſt eygen Renunciation vnd vorzicht augenſcheinlich zubefinden vnd klärlich zuerſehen daß E. L. ſich nit allein aller vätterlichen vnnd mütterlicher Gütter freywillig mit gutem Wiſſen vnd Vorbetrachtung/ vngezwungen/ oder getrungen verzichen/ ſonder auch vnſer Graff vnnd Herrſchafft D. beſtändiglich renuncieret vnnd mit dem bar bezahltem Ehegelt N. N. Kronen (wie in dieſer Landart bräuchlich vnnd vblich herkommen) abfertigen/ damit beſättigen vnnd Contentiren laſſen.

Da aber E. L. je dieſes vngeacht endtlich geſinnet vñ bey ſich in dero gewiſſen befinden mögen/ daß ſie gethaner Renunciation Brieff vnnd Siegel zuwider/ an vns vnd vnſer Herrſchafft etwas erjagen mögen vnd können/ mißgönnen wir E. L. ſolchs ſo wenig/ daß wir vnſers Theils deß auffrichtigen angebornen beſtändigen Gräffenlichẽ Gemüts ſeyn/ vñ E. L. ſo wenig Rechts vor zu ſeyn gedenckẽ/ auch dieſer E. L. vngerechter Sachen ſo wenig abſchewens tragen/ daß wir deroſelbẽ ſo bald hiemit zu Befǒrderung deß Handels vnd E. L. den Willen zu erfüllen/ gegenwärtiglichen dieſes vnſers offenen Brieffs vñ patenten Schreibens (Doch E. L. einiger befugter Forderung vngeſtanden) die hochwürdige/ durchleuchtigen/ hochgebornen Fürſten vnd Herren/ Herren D. Herren W. Herren J. Fürſten vnd Herren/ zu Wo. F. vnnd H. vnſere gnädige Fürſten vnd Herrn benennen/ denominiren vñ fürſchlagen/ E. L. darauß (im Fall die von jrem vnfugſamen vorhaben abzuſtehen nicht gemeynt) einen zum Richter zu eligieren vnd erkieſen/ vnd vns deſſen in gebürender Zeit (intra 4. ſeptimanas. *ord. p. 2. tit. 25. §.* darauff ſoll) namhafft zu machẽ/ Als dañ deſſen F. Gnaden vnſers Theils der Gebür zu notificiren, vñ vngeacht von E. L. vns vermeintlich beklagten/ vnbedächtig auffgedrungener vnbefugter Sachen/ zu erſuchen/ Auch ſonſten alles vnd jedes hiereyn zu thun vnd vorzubringen/ ſo vnſer vnvordenckliche Notturfft erfordert. Wolten wir E. L. darnach haben zu richten/ nicht verhalten/ vnd ſeynd E. L. ſonſten zu freundtlichem lieben Willen in allem Guten gantz geneigt vnd bewogen. Datum B. vnter vnſer Handtſchrifft/ vnd auffgedrucktem Secret. den 6. May.

CERTI-

## CERTIFICATIO ACTRICIS DE ELECTO, EX NOMINATIS PRINCIPIBUS, A SE IUDICE AD DOMINOS REOS.

P. P. & C. Als E. LL. Vermög deß Reichs Ordnung / die hochwürdige / hochgebornen Fürſten vnnd Herrn / Herrn D. Herrn W. Herrn J. ꝛc. Zu Keyſerlichen Commiſſarien vnd Richtern / auß welchen mir einen zuerwehlen frey vnnd bevor ſtehet / vorgeſchlagen / will ich E. L. hochermelten J. fur ein Richter vnnd Keyſ. Commiſſarien hiemit ernennt haben / freundlich bittend / EE. LL. wöllen beneben mir jhre Fürſtliche Gnaden in darzu beſtimpter Zeit (14. Tage / *ord. p. 2. tit. 2. §. Darauff ſoll*) ſich der Sachen zu vnterfangen / vnnd fürderlich Ladung außgehen zulaſſen / vnterthänig erſuchen. Geben zu J. vnter meinem Inſigel vnd eygener Handſchrifft / den 13. May. ꝛc.

## CERTIFICATIO ACTRICIS AD ELECTUM COMMISSARIUM.

DUrchleuchtiger hochgeborner Fürſt / E. F. G. ſeyn mein demütiges Gebet gegen GOtt dem Allmächtigen / jeder Zeit bevor / gnädiger Herr.

E. F. G. kan ich meiner Notturfft nach nit verhalten / daß ich die wolgebornen P. vnd L. von D. Graffen zu N. meine freundliche liebe Vättern / nach Abgang deß auch wolgebornen R. von D. Graffen zu N. meines freundtlichen lieben Herrn vnnd Vatters / vmb Eynräumung Vatter vnd Mütterlichen Nachlaß / Erbſchafft vnd Heyrathgut / in der Güte freundlichen erſuchen vnd bereden laſſen / als aber jre LL. hierinn vnbillich verweigert / vnd ich kein Hoffnung trage / etwas in der Güte zuerhalten / bin ich letztlich verurſacht vnnd genotdringt worden / beyde jhre LL. Vermög der Reichs Ordnung zu requirieren vnnd zu erſuchen / daß jhre LL. in beſtimpter Zeit drey vnpartheyiſche Churf. vnd Fürſten oder Fürſtmäſſigen / benennen wolten.

Wann dann jhre LL. E. F. G. beneben andern zweyen Fürſten benennt / vnd ich E. F. G. zu Keyſ. Commiſſarien vnd Richtern in geſetzter Zeit erwehlet / vnd ſolchs J. LL. zu wiſſen gethan / als erſuche vnd bitte E. F. G. ich hiemit / vnterthänig begerend / ſie wöllen Vermög der Reichs Ordnung dieſe Sach gnädig annemmen / ſich darmit beladen / vnd demnach förderliche Proceß außgehen laſſen.

Das wirdt der Allmächtige / ein Beſchützer der Wittiven vnnd Wayſen / reichlich vergelten / will es auch mit meinem einigen Gebet gegen Gott in keinen Vergeß ſtellen. E. F. G. dem Allmächtigen zu langwiriger Geſundheit vnnd glückſeliger Regierung befehlend. Datum den 23. May. ꝛc.

E. F. G.

Demütige

M. geborne von D. Gräffin vnnd Fraw zu O. Wittbe.

CER-

Digitized by Google

## CERTIFICATIO REORVM AD DOMINVM ELECTVM COMMISSARIVM.

DVrchleuchtiger / hochgeborner Fürſt. E. F. G. ſeyn vnſere vnterthänige willige Dienſte/bevor/gnädiger Herr. E. F. G. mögen wir vnterthäniglich nicht bergen. Nach dem die wolgeborne M. geborne von D. Gräffin vnd Fraw zu O. Wittib/weyland Graffen R. von D. ꝛc. Vnſers freundtlichen lieben Bruders ſeligen / nachgelaſſene Tochter / nach Chriſtlichem Abſterben wolgedachts J. L. Herrn Vatters ſeliger Gedächtnuß/zu vns eynzudringen/ vnd vermeynte Forderung zu vnſer Herrſchafft zu haben ſich anzumaſſen/ vnd auch auff ſolchen J. L. Vnfug deromaſſen vber beſchehenen beſtändigen Gegenbericht vnd Erinnerung J. L. Vnfugs zu verharren ſe gedencket / daß J. L. vns Vermög deß heyligen Römiſchen Reichs Conſtitutionen vermeynlich requiriert/mit Schrifftlichen vnzeitigen Begeren / derſelben / nach Außweiſung der Keyſerlichen Cammergerichts Ordnung drey vnpartheyiſche Churfürſten oder Fürſtmäſſige zu Keyſerl. Commiſſarien/ Richtern/vnd Verhörern der Sachen zu ernennen/ vnd fürzuſchlagen/darauß einē zum Richter zuerwehlen vnd kieſen/ꝛc.

Haben wir wolermelter vnſer Baſen den Willen zuthun / vnd vns vnſers Theils Keyſerlichen Conſtitutionen Gemäß zuverhalten / E. F. G. vnnd die hochwürdige vnſere gnädige Fürſten vnd Herrn zu W. vnd F. ꝛc. Zu Richter vnnd Innhalt mehrberürter Reichs Ordnung / Keyſerliche Commiſſarien, nominiert vnd vorgeſchlagen.

Wann nun hierauff wolgedachte vnſere Baſe von O. Wittib/etc. auff ernannten hochgedachten Fürſten / E. F. G. erwehlet / erkieſt / vnnd zum Richter angenommen/ſich auch nun hierauff gebüren will/E. F. G. deſſen vnterthäniglichen zu certificiere vnnd auch ſchon allbereyt deßhalben durch wolernannte von O. bey vns Anregung beſchehen. Als certificieren vnnd erſuchen E. F. G. wir nach Außweiſung viel ermelter deß heyligen Römiſchen Reichs Ordnung hiermit vnſers Theils vnterthänig gantz vrbietig vnnd willig vnſere Baſen in erſter Commiſſion Inſtantzien vor E. F. G. Rechtens ( da J. L. je einig befugte Anforderung wie ſie doch mit Beſtandt nicht thun kan/zu vns zu haben vermeynen ) nicht vorzuſeyn / doch mit der außdrucklicher zierlicher Proteſtation/ daß wir durch dieſe vnterthänige Certification vnd Erſuchung bey E. F. G. vnſer Baſen nichts geſtanden / noch das geringſte eyngeräumet haben wöllen.

Vnnd machen vns keinen Zweiffel/ E. F. G. als vorgeſchlagener / nominierter/ nun mehr auch erwehlter vnd erkorner Keyſerlicher Commiſſarius vnnd Richter/werden dero Gelegenheit nach ſich auffgetragener vnd bewilligter Commiſſion wol vnd gnädiglichen zu vnternemmen vnd vnterfangen wiſſen.

Vnnd haben ſolchs E. F. G. wir vnterthänig zu certiorieren vnnd zuberichten/ nicht vmbgehen mögen / gegen E. F. G. vns zu aller vnterthäniger Willfahrung vnd angenemmen Dienſten mit Fleiß erbietende. Datum B. den 24. May.

## CITATIO DOMINI ELECTI COMMISSARII AD ACTRICEM.

WIR J. von Gottes Gnaden / L. G. zu H. ꝛc. Entbieten euch den wolgebornen vnſer lieben Nichtin vnnd beſonderen M. von D. Gräffin zu O. Wittben/ vnſern günſtigen Gruß/vnd fügen euch hiemit vnnd in Krafft dieſer offenen Citation zu wiſſen / als jhr vns newlicher Zeit in Schrifften demütiglich erſuchet

vnnd

vnnd berichtet/ wie daß jhr von wegen Vätterlich vnnd Mütterlichen Widerrecht vorenthaltenen Nachlaß/ mit den auch wolgebornen vnſern lieben Neffen vnnd beſonderen P. vnden von D. Graffen zu N. Gebrüdern/ ewern Vättern/ in Jrrung vnnd Zwiſpalt erwachſen/ vnnd jhr in der Güte nichts erhalten mögen/ derowegen bemelte ewere Vättern/ vermög deß Reichs Ordnung requiriert/ vnnd etliche Fürſten zu Richtern oder Keyſ. Commiſſarien euch vorzuſchlagen begeret/ vnd jhr vns auß den nominierten vnd vorgeſchlagenen zum Keyſ. Commiſſarien erwehlet/ vnd beneben obgerürten ewren Vättern demütig gebetten/ daß wir vns ſolcher Sachen vnnd bemelter Commiſſion/ nach Außweiſung angezogener Reichs Ordnung/ vnterfahen/ vnnd zu erſter Gelegenheit Tag vnd Mahlſtatt zu Rechtlicher Handlung beſtimmen wöllen. Vnnd wir vns dann zuerjnnern wiſſen/ daß wir obangeregte Sachen/ euch den Partheyen/ beyderſeids zu ſondern Gunſten angenommen/ auch vns deſſen gegen euch den beyden Partheyen hiebevor erkläret/ vnd derowegen ewer Rechtlich Suchen nunmehr nicht wol abzuſchlagen wiſſen.

Daß wir demnach als erwehlter vnnd bewilligter Keyſ. Commiſſarius euch N. Tag den 30. Julij nechſtkünfftig anhero auff vnſer Cantzeley früer Tagzeit/ zu Rechtlicher Handlung ernennet vnd angeſetzt/ auch gegenwärtiglich ernennen vnnd anſetzen/ heiſchen/ laden vnnd citieren euch/ vermöge tragender Keyſ. Commiſſion/ auch von Gerichts vnd Rechts wegen/ hiemit/ vnd wöllen/ daß jhr oder ewer vollmächtiger Gewalthaber auff ernannten Tag vnnd Mahlſtatt vor vns erſcheinet/ vnd ewere Forderung/ oder was jhr gegen obgemelte ewere Vättern vnd Gegentheile (welche auff vorbeſtimbten Termin gleicher geſtalt von vns Gerichtlichen citirt vnd erfordert ſeynd) befugt zu ſeyn/ vnd Gerichtlichen vorzubringen vermeynt vnd bedacht/ in Schrifften eynbringt/ vnd wie ſich von Recht vnd deß Reichs Ordnung wegen dißfalls gebürt/ auff ernennten vnd folgenden Terminen biß zu Vollführung der Sachen procediert vnnd handelt/ mit dieſer angehängten Vergewiſſung/ jhr erſcheinet auff berürte Zeit alſo oder nicht/ daß nichts deſtoweniger auff deß gehorſamen Theils Anruffung ergehen vnd geſchehen ſoll/ was recht iſt. Zu Vrkunde vnſers hierunten gedrückten Jnſigels. Signatum D. den 2. Iulij. Anno N.N.

## CITATIO DOMINI COMISSARII AD REOS.

WJr J. von Gottes Gnaden L. G. zu H. ꝛc. Entbieten euch den wolgebornen vnſern lieben Neffen vnd beſonderen P. vnd L. von D. Graffen zu N. Gebrüdern/ vnſern günſtigen Gruß/ vnd fügen euch hiemit vnnd in Krafft dieſer offenen Citation zu wiſſen/ als vns newlicher Zeit die auch wolgeborne vnſere liebe Nichte vñ beſondere M. von D. zu N. Gräffin zu O. etc. Wittbe/ ewere Baſe/ in Schrifften demütiglich erſucht vnd berichtet/ wie daß ſie von wegen Vätterlichen vnnd Mütterlichen Widerrecht vorenthaltenen Nachlaß/ mit euch in Jrrung erwachſen/ vnd ſie in der Güte nichts erhalten mögen/ euch vermög der Reichs Ordnung requiriert/ vnnd etliche Fürſten zu Richtern oder Keyſ. Commiſſarien jhr vorzuſchlagen begert/ vnd ſie vns auß denen von euch denominierten zu Keyſ. Commiſſarien erwehlet/ auch jhr ewers Theils darinn conſentiert vnnd bewilligt hätten/ mit fleiſſiger demütiger Bitt/ daß wir vns ſolcher Sachen vnnd bemelter Commiſſion nach Außweiſung angezogener Reichs Ordnung vnterfahẽ/ vnd zu erſter Gelegenheit Tag vñ Mahlſtatt zu Rechtlicher Handlung beſtimmen wöllen. Vnd wir vns dann zuerjnnern wiſſen/ daß wir obgemelte Sachen/ euch den Partheyen/ beyderſeids zu ſondern Gunſten angenommen/ auch vns deſſen gegen den Partheyen hiebevor erkläret/ vnd derowegen ewerer Baſen Rechtlich Suchen lenger nicht abſchlagen können/ daß wir demnach als erwehlter vnnd bewilligter Keyſ. Commiſſarius/ jhr N. Tag den 30. Julij nechſtkünfftig anhero auff vnſer Cantzeley früer Tagzeit zu Rechtlicher Handlung ernennt vnd angeſetzt.

Digitized by Google

ſetzt. Thun derowegen euch als dem angeforderten Parth/ vermög tragender Keyſ. Commiſſion/ denſelben Tag vnd Termin hiemit gleicher geſtalt zu wiſſen/ heiſchen/ laden vnd citieren euch von Gerichts vnd Rechts wegen/ vnnd wöllen/ daß jhr auff ernennten Tag vnnd Mahlſtatt durch euch ſelbſten/ oder eweren vollmächtigen Anwalden vor vns erſcheinet/ vielgedachten ewerer Baſen Gerichtlich Suchen/ Eyn vnd Vorbringen anhöret/ auch darauff/ wie ſich von Rechts vnnd deß Reichs Ordnung wegen gebürt/ auff ernannten vnd folgenden Terminen procediert/ vnd handelt/ mit der angehängten Vergewiſſigung/ jhr erſcheinet als dann alſo oder nicht/ daß nichts deſtoweniger auff deß gehorſamen Theils ferrner Anruffen ergehen ſoll/ was recht iſt. In Vrkund vnſers hierunden gedruckten Inſigels/ Signatum D. den 2. Iulij, &c.

# FORMA MODVM CONTINENS PRO DEPVTANDIS A CÆSAREA MAIESTATE COMMISSARIIS SVPPLIcandi vigore ordin. part. 2. tit. 3.

ALLer durchleuchtigſter großmächtigſter vnvberwindlichſter Römiſcher Keyſer/ E. Keyſ. Maj. ſeyn mein aller vnterthänigſte/ gehorſame/ vnnd willige Dienſte in ſchüldigſter Gehorſam allezeit zuvor. Allergnädigſter Herr/ E. Keyſ. Majeſtat geb ich vnvmbgänglich hiemit vnterthänig zuvernemmen.

Wiewol E. Keyſ. Majeſtat hochlöbliche Vorfahren/ Römiſche Keyſer vnd König am Reich vnd E. K. Majeſt. den Herrn von C. Graffen zu D. meinen lieben Vorältern ſeliger Gedächtnuß vnd nachfolgends mir meinen Brüdern vnd Vättern/ Graffen E. vnter andern Lehnſtücken vom heyligen Römiſchen Reich herrürend/ einen Waldt der F. genannt zu Lehen allergnädigſt geliehen vnd angeſetzt/ welchen wir auch die gantze Graffſchafft/ weyland Graff L. mein Anherr/ ſeliger Gedächtnuß/ allein inngehabt/ genützt/ vnd nach Lehens Art gebraucht. Als aber gedachter Graff L. mit Todt abgangen/ vnd drey Söhne M. N. D. nach jhme verlaſſen/ haben ſie gleicher geſtalt gemelten Waldt vnd Reichs Lehen ſämptlich vnd vnvertheilt miteinander beſeſſen/ genützt/ vnnd gebraucht/ alſo daß jhrer keiner vor dem andern einigen Vortheil gehabt/ ſonder aller Ober. Herrlig. Nutzbar vnd Gerechtigkeit ſich zugleich gebraucht/ innmaſſen auch nach Abſterben der drey obgemelter Brüder/ als ſolchs Lehens Gerechtigkeit auff mich/ meine Brüder vnd Graffen E. meinen Vättern/ als deren Söhne vnd Erben/ erwachſen/ wir beyde in gleicher Gemeinſchafft obberürtes Waldts/ biß auff gedachts Graffen E. meines Vättern vbermäſſige Newerungen vnd thätlichen Ingriffen/ beſitzlich verblieben.

So hat jedoch dieſes vngeacht mehrgedachter Graff E. mein Vätter nicht allein die gemeine/ ſonder auch ſonderbare Järliche Zinß/ ſo in bemelten Waldt fallen/ vnnd ſich auff ein namhaffte/ anſehenliche Summ erſtrecken/ von vielen Jaren hero vnbillicher Weiß mir vorenthalten/ dieſelben allein eynſamblen/ vnd mir mein gebürenden Antheil auff mein vielfaltig Anmahnen folgen zulaſſen/ biß anhero wie auch noch/ ſich geſperret vnd gewidert. Vber daß mir vnd meinen Vnterthanen die Beholtzung in gemelten gemeinen F. Waldt durch thätliche Vngebür verbottene Pfandung vnd Handanlegung abzuſtricken/ wie auch deß järlichen/ Dehen vnd Eckern Gelts (ſo er allein eynſamblen/ auffheben/ vnd mich/ als vngezweiffelten Conſorten zu meinem angehörigen halben Theil nicht kommen läſt) de facto wider alle Recht vnnd Billigkeit/ herbrachter Lehen Gerechtigkeit vnd Gemeinſchafft è diametro zu wider vnd entgegen/ mich vnd die meinen gäntzlich zu privieren/ zuentſetzen vnd auß zuſchlieſſen ſträfflich vnterſtanden vnd angemaſt.

Dieweil

Digitized by Google

Dieweil dann durch ſolch erzehlte vnd andere vielmehr hohe vnd beſchwerliche vnleidliche Jnngriff/ vngebürliche Handlungen/ vnd Fürnemmen/ nicht allein mir/ als dem Conuaſallo, an meiner deß Orts pro indiuiſo mithabender/ Ober. Herrlig. Nutzbar vnd Gerechtigkeit ein hoher/ vnträglicher vnd vnwiderbringlicher Schad zugefügt/ ſonder auch der Waldt/ als deß heyligen Reichs Eygenthumb dardurch zum höchſten geſchmälert/ vnd in Abgang auch gäntzlichs Verderben gerahten thut. Als iſt vnnd gelangt an E. Key. Majeſtat/ mein vnterthänigſte hochfleiſſigſte Bitt/ die geruhē vermög höchſtgedachter E. Keyſ. Majeſtat/ vnd deß heyligen Reichs Ordnung/ mir ein Commiſſion/ in optima forma, appellatione remota, auff Herrn R. Graffen zu S. vnnd J. B. Burggraffen zu F. als vnpartheyiſche vnd dieſer Lands Art vnnd Gelegenheit am beſten kündige vnnd qualificierte Perſonen/ aller gnädigſt decernieren/ erkennen vnnd mittheilen/ denſelben oberzehlte Beſchwerungen nach Notturfft anzuhören/ vnnd hernacher durch ſchleunige Hülff Rechtens förderlich abzuhelffen gnädigſt committieren vnd anbefehlen.

Solches gegen E. Keyſ. Majeſtat in alle mügliche Wege hinwider zuverdienen/ bin ich/ als derſelben verpflichter Lehenmann jederzeit gantz willig vnnd vnterthänigſt bereit. Vnd thue E. Keyſ. Majeſtat die GOtt der Allmächtig zu langwiriger Regierung gnädiglich wölle gefrieſten/ mich hiermit vnterthänigſt zu Gnaden befehlend/ vnnd vmb gnädigſte Willfahrung vnterthänigſt bittend.

## COMMISSIO.

WJr Rudolff der ander/ von Gottes Gnaden/ erwehlter Römiſcher Keyſer/ zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/ ꝛc. Entbieten dem Edlen vnſern vnd deß Reichs lieben Getrewen R. Graffen zu S. vnnd J. B. Burggraffen zu F. vnſer Gnad vnd alles Guts. Edler lieber Getrewer/ nach dem ſich zwiſchen den Edlen vnſern vnd deß Reichs lieben Getrewen R. an einem/ vnd E. ander Theils/ beyden von D. Graffen zu N. Gevättern/ Jrrung vnd Mißverſtand von wegen deß F. Walds/ vñ derſelben järlichen Gefällen vnd Nutzungen/ erhalten/ welcher wir/ beyden Theilen zu Gnaden vnd Gutem/ auß Verhütung langwiriger Rechtfertigung/ gnädiglich gern in der Güte/ als zwiſchen nahent geſipten Freunden vnnd Vättern eines Namens vnnd Stammens hingelegt vnd vertragen/ oder doch durch einen andern gebürlichen fürderlichen Weg erörtert ſehen wolten. So haben wir euch derwegen zu vnſern Commiſſarien gnädiglich fürgenommen vnnd verordnet. Demnach befehlen wir euch hiemit gnädiglich/ daß jhr euch eines Tages vnnd Mahlſtatt mit einander vergleichet/ auff denſelben/ beyde obgedachte Graffen/ durch ſich ſelbſt/ oder jhre vollmächtige Gewalttrager vor euch zuerſcheinen/ erfordert/ ſie in jhrem Fürbringen nottürfftiglich vernemmet/ vnd als dann allen müglichen Fleiß fürwendet/ ſie in der Güte auff ziemliche leydenliche Mittel vnd Wege zuvergleichen. Jm Fall aber/ da ſie vber alle ewern fürgekehrten Fleiß/ je gütlich nicht vertragen werden möchten/ als dann dieſe ſtreitige Sachen durch einen ſchleunigen Proceß/ der Gebür vnnd Billigkeit/ rechtlich entſcheidet/ vnd jhnen alſo/ in einen oder den andern Weg/ dieſes Streits abhelffet/ daran erſtattet jhr vnſern gefälligen Willen vnd Meynung. Geben 2. ꝛc. Prag. 7. Martij/ ꝛc.

# NOTÆ NONNVLLÆ de Auſtregis.

## I.

AVſtrega eſt prima Electorum, Principum, principali dignitate illuſtrium, Prælatorum, Comitum, Baronum, Dominorum, Equitū, Nobilium imperio immediatè ſubiectorū inſtantia. Illaq́; fit ad eum, quem hactenus ex ordina-

tione Cameræ propoſuimus, modum. Cæterùm particula Auſtrag/ quâ ordinatio ſæpiùs vtitur, valdè emphatica eſt, atque prædictorum Imperij Statuum dicti ſatis ſignificanter exprimit. Quod enim Latini dicunt; Ego cauſſam meam iure perſequar, id Germani his verbis exprimunt: Jch wil meine Sach mit Recht außtragen. Hinc particula Außtrag nata eſt, quam nos Auſtregam veluti in hac materia vocabulum τεχνικὸν vocamus. Dicta eſt Auſtrega, quod prædicti Imperij Status ibi cauſſam ſuam iure perſequantur.

II.

Etſi verò iſta Auſtregarum inſtantia intra ſemeſtre ab eo tempore computandum, cum in iudiciũ deducta eſt actio, vel certè tamen intra annum & diem, ſi iuſtæ & graues protractionis cauſſæ occurrant. *p.2.ord.ti.4.* §. dieſelben/ *& in fi.tit.9.& in fin.* §. *1.tit.5. lib. 2.ordin.* ad finem deduci debet, id tamen hodiè tàm preciſè non obſeruatur, quòd multæ iuſtæ ac releuantes protractionis cauſſæ eueniri poſſint. Præiudicium in praxi obſeruatum adducit *Frider. lib.1.de proceſſ.cap.19.numer.5.*

III.

Vtrùm iudices Auſtregarum ſiue primæ inſtantiæ Electorum, Principum, principali dignitate illuſtrium, Prælatorum, Comitum, Baronũ, Dominorum, Equitum, Nobilium imperio immediatè ſubiectorũ ſint ordinarij, an verò delegati, haud abs re dubitari poteſt. Ego cum quodam Iuris Doctore practico nõ infelici, præſente nobiliſſimo prudentiſſimoque viro Friderico Hermanno à Boyneburgk cognominato in Hoinſtein Haſſiæ equite primario, fautore meo ſingulari, in diſputationem ea de re quondam veni. A ſentẽtia Doctoris ſequentia poſſunt facere argumenta. 1. Iudex ordinarius conſtituitur à Principe, Papa, Imperatore, Rege, populo. *Marant. part.4. de ordin. iudicior. diſtinct. princip.5. num. 23.* Iam verò hi iudices Auſtregarum ab Imperatore & populo Romano ſiue à Statibus Imperij conſtituti ſunt. *p. 2. ordin. tit.3.* §. Darauff ſoll. Ergo ſunt ordinarij. Verùm hæc ratio nihil vrget. Præterquàm enim quòd Syllogiſmus affirmatiuus ſit, qui in ſecunda figura ſemper negatiuus eſſe debet, vt maximè fiat reductio ad primam figuram. & maior propoſitio hunc ad modum concipiatur; Quicunque Iudex à Principe, Papa, Imperatore, Rege, vel populo conſtituitur, ordinarius eſt, illa tamen propoſitio non eſt catholicæ veritatis, ſiquidem & delegatus ab omnibus prædictis conſtituatur, & à quolibet ordinario, *vt not. gloſſ. in l. & quia. ff. de iuriſd. omn. iud.* item à delegato Principis. *l. à iudice. C. de iudic.* item à delegato ad vniuerſitatem cauſſarum. *l. 1.* §. *ab eo. Bartol. ibid. & DD. ff. quis & à quo appell.* Ergo non ſequitur. Hic Iudex à Principe, Papa, Imperatore, Rege vel populo eſt conſtitutus. Idcircò eſt ordinarius. Verùm tùm demùm ordinarius dicendus eſt, ſi à Principe, Papa, Imperatore, Rege vel populo ſit conſtitutus, vt præſit vniuerſali iuriſdictioni alicuius ciuitatis vel prouinciæ. Eo enim ipſo quòd alicui per habentem poteſtatem vniuerſitas negociorum committitur, cenſetur creatus ordinarius, niſi expreſsè dicatur in commiſſione, quòd faciat eum delegatum, tunc enim delegatus eſſet ad vniuerſitatem cauſſarum. *Alex. in l. Prætor. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bartol. in l. More. ff. eod. tit. Marant. d. diſtinct. 5. numer. 2.* delegatus autem non niſi inter perſonas in delegatorio reſcripto contentas cognoſcere poteſt. *c. P. & G. extra de offic. deleg. Marant. d. diſt. 5. nu. 32.* Hinc ſic argumentor: Iudices Auſtregarum non cognoſcunt niſi inter perſonas contentas in reſcripto delegatorio, quod quidem reſcriptum in Ordinatione Cameræ per Imperatorem & Status Imperij ſancita. *p. 2.* eſt comprehenſum, cuiuſmodi perſonæ ſunt Electores, Principes, principali dignitate illuſtres, Prælati, Comites, Barones, Domini, Equites, Nobiles immediatè imperio ſubiecti, Iudices igitur illi Auſtregarum ſunt delegati, non autem ordinarij. Secundò ordinarius poteſt cognoſcere de cauſſis meri & miſti imperij exceptis infimis Magiſtratibus defenſoribus ne-

pe ci-

Digitized by Google

pe ciuitatum *l. Magiſtratibus 12. ff. de iuriſd. omn. indic. l. 2. C. de Pedaneis ind. l. Nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. Proconſ.* Iam verò, iudices iſtos Auſtregarum etiam de cauſſis criminalibus cognoſcere poſſe docet *Frider. in loco ſuprà allegato.* Ordinarij igitur erunt, non delegati.

Verùm hæc ratio ita diluenda videtur. Quòd enim primùm ad cauſſas miſti imperij attinet, erronea illorum eſt opinio, qui delegari illas de iure ciuili negāt, vt q̄ per expreſſos textus refuteť. *d. l. 1. §. 1. ff. de offic. eius, cui man. eſt iuriſ. verbo* & imperium, quòd iuriſdictione cohæret, mādata iuriſdictione tranſire verius eſt, & *l. fin. ff. eod. tit. verb.* mandata iuriſdictione priuato etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mādari, quia iuriſdictio ſine modica coërcitione nulla eſt. Mixtum autem imperium eſt imperium, cui etiam iuriſdictio ineſt. *l. imperium 3. ff. de iuriſ. omn. iud.* quod idem eſt, ac ſi dicas, imperium, quod iuriſdictioni cohæret. Et imperium, quod non eſt merum, mixtum eſſe neceſsè eſt. Ex quibus conſtat, mixtum imperium mandatâ iuriſdictione tranſire. Non obſtat *l. iubere caueri. 4. ff. de iurisdict. omn. indic.* Vbi Vlpianus Iureconſultus iubere caueri prætoria ſtipulatione & in poſſeſſionem mittere imperij magis, quàm iuriſdictionis eſſe ſcribit. Nam de mixti imperij delegatione nullum prorſus verbum ibi habetur, ſic vt impertinenter admodum in hanc ſententiam lex illa à Doctoribus, allegetur.

Quod ad merum imperium attinet, num illud mandata iuriſdictione tranſeat, ſi ad tempora veterum Iureconſultorum, quorum reſponſa in materia iurisdictionem in Digeſtis conſignata habemus, reſpiciamus, vtiq; dubitandum non videtur, ſed ſine vlla hæſitatione conſtanter affirmandum, mandata iuriſdictione merum imperium non mandari. Sic enim Papinianus Iureconſultus ſcribit *in d. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* Quæcunq; ſpecialiter lege vel ſenatusconſulto, vel conſtitutione Principum tribuūtur, mandata iuriſdictione non transferuntur, quæ verò iure Magiſtratus competunt, mādari poſſunt. Et ideò videntur errare Magiſtratus, qui cum publici iudicij habeant exercitionem lege vel ſenatusconſulto delegatam (veluti legis Iuliæ de adulteriis et ſi quæ aliæ ſunt ſimiles) iuriſdictionem ſuam mandant. *Et in ead. l. 1. §. 1.* Verius eſt enim merum imperium, quod lege datur, non poſſe tranſire. Quare nemo dicit animaduerſionem legatum Proconſulis habere mandata iuriſdictione. *Et Pau. in d. l. fin. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſ.* Mandata iuriſdictione, inquit, etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari. Ergò argumentando à contrario ſenſu, quod quidem argumentum in iure fortiſſimum eſſe ſuprà dixi, mandata iuriſdictione imperium, quod eſt merum, non videtur mandari.

Si verò reſpiciamus ad hæc tempora noſtra, aliud dicendum videtur, nempe mandata iuriſdictione etiam imperium merum tranſire. At quæ ratio diuerſitatis eſt inquies? Merum imperium olim, iſta præſertim Iureconſultorum memoria, quorum reſponſa citauimus, lege ſiue ſpeciali delegatione competebat ei, qui illud habebat, ſicut etiam priuatus aliquis meri imperij exercitionem habere potuerit vi ſpecialis illius factæ delegationis, vt eleganter docet Cuiac. *obſ. lib. 21. cap. 30.* Quid igitur mirum eſt, ab eo merum imperium delegari non potuiſſe, cum delegatus iuriſdictionem quamlibet ſibi delegatam alteri ſubdelegare non poſſit, *l. more maiorum 5. ff. de iuriſd. omn. ind. & l. Qui iudice. C. de iu. Marant. d. diſtinct. 5. princ. num. 26.* nedum merum imperium? At verò hodierno tempore noſtro non lege, ſed iure Magiſtratus merum imperium competit. *gloſſ. in l. fin. in verb. id eſt. C. de præſcript. long. tempor.* quod fuit inductum per pacem conſtantiæ ſecundum Bald. *in tit. de pac. Conſtant. in verb. criminalibus. & Iohan. Andr. in addit. ad ſpec. in tit. de iuriſd. omn. iud. col. 1. & Angel. in l. 1. §. ſolent. ff. Quand. appell. ſit. VVeſenb. in paratit. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. num. 4. verb.* quanquam communiter receptum ſit hodie, etiam hanc partem gubernationis delegari poſſe, ſcilicet, quod non ex ſpeciali priuilegio ampliùs, ſed vnà cum iuriſdictione detur & tranſeat.

*Idem VVeſenb.in tit.de iuriſd.omn.iudic.nu.5.* Sic igitur argumentor. Quæ iure Magiſtratus competunt, ea mandata iuriſdictione tranſeunt. *l.1.in princ.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſ.* Merum imperium iure Magiſtratus hodie competit, Ergo mandata iuriſdictione hodiè tranſit. Id quod pleriq; etiam ex Doctoribus affirmant *gloſſ.& DD.præſertim Socin.in c.Quod ſedem. 10. de offic.ordinar. Socin.in tract.citat. art. 4.num.7.Dec.& Cagnol.in l.Nemo 71.ff.de Reg.Iur. Bald.in c.1.in princ.nu.5.& ibid. Aluarot.num. 4. Prapoſ. num. 5. de Capitan. qui cur. vendid. Sonsbec.in tractat. de feud. part.8. num.23.per text.in l.1.§.cum vrbem & l.2.C.de bon.vacant.lib.11.& l. 2.C.de fund.limit. lib.11.& l.Cognitio in princ.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſd. Bart.in d.§.cum vrbem num. 5.& 9.Idem Bart.in d.l.1.nu.16.& ibid. Alexan.nume.33.& Iaſ.num.15.& Dec.num. 43. Vallaſc.in l.Imperium.num.35.Iaſon in l.Quò minùs num.125.ff.de fluminib.Bald.conſ.245. vol.3.Anchar.conſ.142.Caſtrenſ.conſi.187.num.4.volum.2.Natt.conſ.405.num.1.& conſi. 435.nu.5.Burſat.conſil.46 nu.26.lib.1.Ioſeph.Maſcard.de probat.volum.2.conclus.1053.nu.5. vbi ſcribit*, per conceſſionem principis in qua non ſit facta mentio meri imperij, ſed iuriſdictionis ſimpliciter & abſolutè, probari indiſtinctè merum imperium, adducit *Oldrad conſ.252. Bald.in l.fin.ff.de conſtit. Princ. Alexan.conſil.35.Viſo proceſſu in princ.lib.4.Ioban.Andr.in addit.ad ſpecul in addit. incip.vidiſti duos & quis omnes enumeret? Vid.Herman.Vultei.de feud.lib.1.cap.5.num.5.*

Vnde conſtat, delegatum etiam de cauſſis meri imperij cognoſcere poſſe, ſicut & ſuprà traditam concluſionem limitat *Marant. d.num.61.* Quoniam igitur etiam delegatus de cauſſis meri imperij cognoſcere poteſt, ex ſuprà poſita ratione non ſequetur, iudices Auſtregarum, quòd etiam de cauſſis meri imperij cognoſcant ſecundum Friderum, ordinarios eſſe non autem delegatos. Tertiò, Quorum iudicum iurisdictio prorogatur, ij ordinarij ſunt, non autem delegati, ordinarij enim tãtùm iudicis iurisdictio prorogatur, cuius prorogationis ratione etiam extra territorium poteſt iudicare. *l.ſi conuenerit.18.ff.de iuriſd.l.1.& 2 ff.de iudic.* At iurisdictio delegati prorogari nequit, nec poteſt cognoſcere delegatus niſi inter perſonas contentas in reſcripto delegatorio. *d.c.P. & G.de officio delegati & l.Priuatorum. C.de iuriſd. Marant. d.diſt.princ.5. nu.32.* Iam verò Iudcium Auſtregarum iurisdictio prorogatur, quia Reus Actorem coram illis reconuenire poteſt, exceptis ſeptimo & octauo. *p.2.ordin.tit.4.*§.So dann die Partheyen/ *verſ.* Es ſoll auch der Kläger *conſignatis caſibus.* Sic ſi ruſticus aliquis in cauſſa ſua contra quendam Principem, commiſſarium à Cæſarea Maieſtate impetret ex præſcripto ordinat.*p.2.d.tit.4.*§.Zum vierdten/ Princeps ille ruſticum iſtum Actorem coram Commiſſario Cæſareo reconuenire poteſt. Atqui per Reconuentionem iurisdictio iudicis prorogatur. *Bal. in Authen.& conſequenter.col.2.in princ.C.de ſent.& interlocut.omn.Iudic.* quia per eam fit Iudex competens, qui aliâs non erat, *vt notat ſpecul. in tit. de iudic. deleg.§. Sequitur verſ. item ad eius*, vt patet ex exemplo paulò antè poſito. Ergo iudices Auſtregarum ordinarij ſunt, nõ autem delegati.

Hanc obiectionem non minùs eleganter, quàm ſubtiliter diſſoluit *Marant. p.4.de ord.iudi.diſtinct.princip.6.* duplici ratione. Primùm diſtinguit inter prorogationem voluntariam, & prorogationem neceſſariam. Prorogatio voluntaria, quæ κατ᾽ ἐξοχὴν prorogatio dicenda videtur, fit vtriusque partis conſenſu ac conuentione. *d.l.ſi conuenerit.ff.de iuriſd.& d.l.1.& 2.ff.de iudic.* Et hæc coram delegato fieri non poteſt. *d.c.P.& G.* Prorogatio neceſſaria eſt, quæ fit contra inuitum ex neceſſitate legis, qualis eſt Reconuentio, quæ hanc Actori Reconuento neceſſitatem inducit imponitque, vt coram Iudice non ſuo reſpondere teneatur. Et ſic reconuentus prorogat iuriſdictionem nõ ſponte ſua, ſed ex neceſſitate legis. Secundò cauſſa Reconuentionis connexa eſt cum cauſſa conuentionis, id quod inde patet, quòd coram eodem iudice & non coram diuerſis ventilari debeant, *d.Authent.Et conſequenter & l.ſi idem cum eodem.§.quod ſi mutuæ.ff.de iuriſd.* Idcircò ne continentia cauſſæ diuidatur, & ratione connexionis iſtius iudex dele-

gatus

gatus de reconuentione cognoſcere poteſt, maximè quia inter eaſdem perſonas agitatur, & cauſſa reconuentionis cum cauſſa conuentionis acceſſoriè & conſequenter connexa eſt. *Abb. in c. 1. col. 6. verſ. item iuriſdictio prorogata, &c. de mut. petit.* Cùm verò alicui cauſſa principalis delegatur, eidem omnis cauſſa, quæ venit acceſſoriè & conſequenter ad cauſſam delegatam delegata eſſe cenſetur. *c. prudentiam in fin. de of. deleg. Abb. in c. vt debitos. col 9. in fi. de appel. Marant. d. diſt. 6. nu. 22.* Vnde patet, licet coram iudicibus Auſtregarum Reconuentio fiat, ipſos nihilominus tamen iudices delegatos eſſe non ordinarios. Quartò Iuriſdictio delegati per mortem delegantis, cùm res adhuc eſt integra, ſoluitur. *l. & quia 6. ff. de iuriſ. omni. iud. verb.* ſi is, qui mandauit iuriſdictionẽ, deceſſerit antequam res ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, geri cœperit, ſolui mãdatum Labeo ait, ſicut in reliquis cauſſis. *c. licet vndiq; extra de of. deleg.* Res autem integra dicitur, cùm nondum facta eſt citatio, quam communem opinionem tradit eſſe *Marant. d. diſtinct. princ. 5. nu. 56.* Iam verò, ſi imperator re adhuc integra, moriatur, electi Auſtregarum commiſſarij iuriſdictionem non ſolui, ſed durare continuariq; ſcribit *Frider. li. 1. de proceſſ. c. 16. nu. 3.* Ergò iſti Auſtregarum iudices non erunt delegati, ſed ordinarij, iuriſdictio enim ordinarij non ſoluitur per mortem ſuperioris, qui ipſum conſtituit, etiamſi res adhuc ſit integra. *d. l. & quia 6. ff. de iuriſd. c. legatos in fin. ff. de offic. leg. lib. 6.*

Verùm pro ſolutione iſtius argumenti tenendum eſt, quòd electi Auſtregarum Commiſſarij, re adhuc integra Imperatore moriente iuriſdictio non ſoluitur, indè fieri, quia non ſolùm ab Imperatore ſed omnium Statuum conſenſu communique imperij lege deputatus ſit & electus. Quamuis igitur Imperator moriatur, non tamen moritur imperium, quod quoniam vniuerſitas eſt, non mori, ſed durare ſemper intelligitur.

Quintò. A delegato appellatur ad delegantem. *c. Romana ibidemquè gloſſ. & DD. de appell. lib. 6. Marant. d. diſt. 5. num. 27.* Iam verò à iudicibus Auſtregarum non appellatur ad Imperatorem & ad ſtatus imperij, ſed ad Cameram. *p. 2. ordin. tit. 6.* Iudices igitur Auſtregarũ illi non ſunt delegati. Reſpondeo ita inter Imperatorem & Status imperij conueniſſe, & eo ipſo, quòd ad Cameram appellatur, perindè eſſe, ac ſi ad Imperatorem & Status imperij appelletur, quòd Camera Imperatorem & Status Imperij repræſentet. Nam & Imperator & quælibet ex Statibus Imperij circulus peculiares ſuos in Camera Aſſeſſores habent. *Ordi. Camer. part. 1. tit. 1. & 2. & ibi in addit. Ciſner.*

Ex his omnibus conficitur, Iudices Auſtregarum eſſe iudices delegatos non autem ordinarios. Quibus duo adhuc argumenta addo.

Primò. Delegatus vt ſuſpectus de iure ciuili poteſt omninò & in totum vt loquuntur, recuſari, in hunc effectum, vt remoueatur, ſed ordinarius iure iſto recuſatus non remouetur, verùm datur ei adiunctus. *l. apertiſſimi. ibiq. Bart. & DD. C. de iudic.* Iam verò iſti Auſtregarum Commiſſarij, ſi ſuſpecti ſint, ita recuſantur, vt remoueantur, ſicut atteſtatur & præiudiciis nonnullis confirmat *Frid. lib. 1. de proceſſ. c. 19. nu. 4.* Quod manifeſtè arguit, iudices iſtos delegatos eſſe non autem ordinarios.

Secundò. Iudex ordinarius ſententiam ſuam poteſt exequi, delegatus non poteſt, iſtius enim ſententia per ordinarium executioni mandatur. *l. à Diuo Pio in prin. & ibi gloſſ. & Barto. ff. de re iud.* Iam verò Commiſſarij vel iudices Auſtregarum ſiue ordinationis ſententias per ſeſe latas ipſi non exequuntur, ſed huiuſmodi executiones immediatè ad Cameram ſpectant. *Gail. 1. obſ. practic. 1. nu. 52.* vbi hanc rationem ſubiicit, quòd Commiſſarij iſti, ſtatim vt pronunciârunt, cùm ſint iudices delegati, officio ſuo functi ſint, & porrò ordinarius, id eſt Iudex Cameræ pro executione adeundus. *d. l. à Diuo Pio. Felin. in c. cum ſignificaſti. n. 1. de off. iud. deleg.* Non obſtat, quòd delegati Principis vtroque iure poſſint ſententiam ſuam exequi. *Alex. in d. l. à Diuo Pio. col. 2. Marant. d. diſtinct. princ. 5. nu. 3.* Nam iſti Commiſſa-

rij vigore ordinationis dati vel electi executionem non habent, & ideò immediatè in Camera mandata executorialia decerni poſſunt. *Gail.d.obſeru.1.nu.53.Frider.lib.1.de proceſſ.cap.19.num.*.

Vndè luce meridiana clariùs eſt, iudices Auſtregarum eſſe iudices delegatos, maximè cùm & *Gail.d.loc.* tales ipſos eſſe diſertè pronunciet.

IV.

Octo ſuprà vias ex ordinatione Cameræ propoſuimus, quibus Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres à Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, & ciuitatibus imperio tàm mediatè quàm immediatè ſubiectis, ſicut & ab aliis tùm ſubditis ſuis, tùm aliorum ſubditis mediatè tamen imperio ſuppoſitis conueniri poſſunt. Dictum eſt inter cætera, quòd coram Conſiliariis nouem eam ad rem deputatis Electores, Principes, & principali dignitate illuſtres conueniri poſſint, atque Reconuentio in iſto caſu locum non inueniat: dictum eſt etiam, quòd Actor ex iſtis nouē Conſiliariis ſeptem vel quinque eligere poſſit, coram quibus Electorē, Principem, vel principali dignitate illuſtrem cōueniat.

Vtrùm Reconuentio coram iis locum habeat, an verò minùs, non immeritò propter inſequentem rationem dubitatur. Ordinatio Cameræ in octo iis agendi viis ſecundam facit hanc, quòd, ſi Actori libitum non ſit coram nouem Conſiliariis agere, poſſit ille ex nouem iſtorum numero ſeptem vel quinque eligere, qui ad eundem modum, qui de nouem illis traditur, procedendi iudicandíque facultatem habeant. *Ordin. Cam.p. 2.tit.4.*§. Zum Andern. In iſto verò paragrapho de Reconuentione, locumnè illa habeat coram ſeptem vel quinq; Conſiliariis, an verò minùs, ne verbulo quidem attingitur, tantùm abeſt, vt expreſſa quæſtionis illius deciſio ibi ponatur. Porrò idem ille quinque Conſiliariorum numerus, ſed tamen quo ad Reum, ſi electionem eius ſpectes, quâ nonnullos ſibi cōſiliarios reſeruat, quorum opera & conſilio in iſta cauſſa vtatur. in § Zum Siebenden. nonnihil variatus repetitur, & ſeptimus agendi modus conſtituitur. Iteratur itemque ſtatim poſt hunc modum nouem ille conſiliariorum numerus, ſed quo ad proceſſus rationem nonnihil immutatus, & octauus ſiue vltimus agendi modus conſtituitur, Et circa finem ordinationis ſiue explicationis iſtius modi de Recōuentione tandem ita ſubiicitur in §. So daſſ / *verb.* Es ſoll auch der Klåger ſo ein Prælat/ Graff/ Freyherr/ Ritter / einer vom Adel oder Statt / wie gemelt in jetzigen nechſten zweyen vorgehenden Artickeln / den Churfürſten / Fürſten / vnd Fürſtmåſſigen als beklagten keines Widerrechten ſeyn / aber in den obgemelten Artickeln ſoll das Widerrecht ſtatt haben. Iam verò proximè præcedentes articuli ſiue modi ſunt illi, quos nunc attigimus. Ergò in his duobus articulis Reconuentio locum non habebit. Porrò inter articulos ſiue modos ſuprà poſitos refertur etiam modus de ſeptem vel quinque Conſiliariis *in* §. Zum Andern / vt qui ſecundus agendi modus ibi conſtituatur. Ergò ex generali hac clauſula, quòd duob. illis, de quinque & nouem Conſiliariis, modis exceptis Reconuentio in ſuprà poſitis articulis locum habeat, dicendum eſſe videtur, Reconuentionem coram ſeptem vel quinque Conſiliariis locum habere. De ſeptem conſiliariis nulla textuum pugnantia *in.d.ordin.* reperitur, verùm de quinque conſiliariis expreſſa pugnantia eſt. *In.d.*§. So dann / *in fin.* in proximè duobus poſitis agendi modis, in quibus etiam eſt ille, qui ſit coram quinque Conſiliariis Reconuentio locum habere negatur, ex eiuſdem *d.* §. So dann / generali ſuppoſita clauſula Aber in den obgemelten Artickeln / ſoll das Widerrecht ſtatt haben. Reconuentio coram quinque Conſiliariis locum habebit, vt qui modus pro ſecundo ſuprà conſtitutus fuerit.

Quid autem in hac in ſpeciem apparenti textuum contrarietate dicendum ſentiendùmue ſit, vt veram fatear, diu multúmque me torſit *Chriſtoph. Schvvan. lib.1.proceſſ.Cameral.cap. 2. num.14.* Reconuentioni locum non eſſe, ſiue de ſeptem Conſiliariis loquamur, ſiue de quinque, tàm iſtis, quorum mentio ſit *in d.* §. Zum

Andern/

Andern/ quàm illis de quibus diſſeritur *in eod. tit.* §. Zum Siebenden/ expreſsè ſtatuit ex duplici fundamento, tùm quòd eandem diſpoſitionis ſiue prohibitionis rationem, quam dicit eſſe hanc, ne Princeps, quem Conſiliarij iſti repræſentent in propria cauſſa Iudex exiſtat, vtrobiq; & ſiue de ſeptem ſiue de quinque Conſiliariis tàm *in* §. Zum Andern/ quàm *in* §. Zum Siebendē loquamur, militare affectat, tùm verò etiam quòd *d.* §. Zum Siebenden/ vtpote in quo de eadem quodammodò via agatur, de ſeptem & quinque illis Conſiliariis, de quibus agit *d.* §. Zum Andern/ implicitè idem diſponere affirmet.

Verùm quò minùs in hanc Schvvanmanni ſententiam diſceſſionem facere poſſim, ſequentibus prohibeor argumentis. Primò. Recōuentio coram omni iudice etiam delegato. *c. 1. & ibi Abb. in 1. col. de mutu. petition. Spec. in tit. de Reconuent. §. 1. verſ. 1. Bartol. in Authent. Et conſequenter. col. penult. verſ. quæro. C. de ſenten. & interlocut. omn. Iudic. Marant. p. 4. de ordin. iudic. diſt. 6. nu. 11.* locum habet, niſi expreſsè reperiatur prohibita. *c. 3. q. 8. l. Papinian. in fin. C. de ſent. Marant. d. loc.* At verò Reconuentio coràm ſeptem Conſiliariis, & coràm quinque iſtis, quorum meminit *d.* §. Zum Andern/ non eſt expreſsè ꝓhibita. Ergo Reconuentio coram ijs locū habet.

Quòd ſecundò tantò magis affirmandum pronunciandumque fuerit, quoniam exceptio in caſibus non exceptis firmat regulam. *l. Nam quod liquidè. §. fin. ff. de pæn. legat. & l. Quæſitum. §. deniq; in fin. ff. de fund. inſtruct.* Ergo extra caſus exceptos ſtandum eſt regulæ, quod nimirum Reconuentio Actoris coram quocunque Iudice locum habeat, Iam vero duo tantùm caſus de nouem Conſiliariis & quinque iſtis, quorum fit mentio *in d.* §. Zum Siebenden excipiuntur, ſalua manente diſpoſitione *d.* §. So dann; Itaque in reliquis regulæ ſtabitur, & Reconuentioni etiam coram illis quinque *in d.* §. Zum Andern & coram ſeptem Conſiliariis locus erit.

Id quod tertiò ipſa etiam Ordinatio generaliter ſtatuit *in d.* §. So dann verbis ſuprà allegatis. Es ſoll auch der Kläger/ ſo ein Prælat/ Graff/ Freyherr/ Ritter/ einer vom Adel oder Statt/ wie gemelt/ in jtzigen nechſten zweyen vorgehenden Artickeln/ den Churfürſten/ Fürſten/ vnnd Fürſtmäſſigen als beklagten keines Widerrechten ſeyn/ aber in den obgemelten Artickeln ſoll das Widerrecht ſtatt haben. Generalia autem generaliter ſunt intelligenda. *l. 1. §. generaliter ibique communiter DD. ff. de legat. præſt. contr. tabul.* Sic igitur argumentor. In ſuprà dictis articulis, duobus proximè præcedentibus exceptis, reconuentio locum habebit. *d. verſ.* Aber. Iam verò in ſuprà dictis articulis habentur ſeptem Conſiliarij, & quinq; iſti, de quibus in *d.* §. Zum Andern. Ergo coram illis Reconuentio locum habebit. Quartò ſi ordinatio voluiſſet coràm quinque iſtis Conſiliariis in *d.* §. Zum Andern/ & coram ſeptem Conſiliariis Reconuentioni locum non eſſe, vtique in ſpecie illud ibidem expreſſiſſet, quemadmodum expreſſit de Conſiliariis nouem in primo modo §. dieſelben neun Räthe *verb.* auch ſoll die klagend Parthey/ nicht in Widerrecht für die Räthe gezogen werden. At verò Ordinatio ſuprà Reconuentionē coram ſeptem illis & quinque Conſiliariis in *d.* §. Zum Siebenden expreſsè non prohibuit. Reconuentioni igitur ibidem locus non erit.

Quid? quòd quintò prohibitio illa Reconuentionis tanquam non expreſſa multò minùs præſumi poſſit, cùm prohibitio non præſumatur, niſi facta probetur. *Spec. in tit. de probat. §. 1. verſ. ſequitur. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1236. nu. 3.* Et Sextò prohibitio Reconuentionis facta *in d.* §. Zum Siebenden non poteſt extendi ad Conſiliarios ſeptem & quinque iſtos, quorum fit mentio *in d.* §. Zum Andern/ quoniam prohibitio tanquam odioſa reſtringi debet. *Cyn. Bald. & Salic. in l. voluntas. C. de fideicomm. Bartol. & alij in l. filiusfamiliâs. §. Diui. ff. de leg. 1. & in l. Lucius. §. Semproniæ. ff. de leg. 3. Bald. in l. Titius. in princ. ff. de lib. & poſth. Maſcard. d. concluſ. num. 3.* Septimò multò minùs iſta, quam dixi, Reconuentionis prohibitio etiam ex identitate rationis extendi poteſt ad prędictos caſus, quia eſt iuris communis.

*d. nimirum l. cùm Papinianus & Auth. Et conſequenter. C. de ſentent. & interloc. omn. iud.* correctoria, in correctoriis autem nec ex identitate vel paritate rationis debet fieri extenſio, vt pro certo & indubitato tenendum eſſe ſcribit *Euerh. in Topic. legalib. in loco à ratione legis larga. fol. mihi 227.* Ex quibus omnibus efficitur, Recõuentionem coram ſeptem Conſiliariis & quinque iſtis, quorum fit mentio *in d.* §. Zum Andern, fieri poſſe.

Quæ quidem interpretatio ſeptimò tantò magis accipienda eſt, quantò clarius ex ipſis diſpoſitionis verbis colligitur, quòd nulla interpretatio tanti ſit, quæ ſenſu ex verbis collecto melior exiſtat. *l. 3. C. de liber. præter ibidemq́; prolixè Iaſ. & Felin. in c. Qualiter & quando. 1. num. 28. ff. de accuſ. Tiraquel. in l. ſi vnquam. verb. Libert. num. 5. cum mult. ſeq. C. de reuoc. donat. Hart. Piſt. 1. q. 33. nu. 26. cum duob. ſeq.* Colligitur autem ille ſenſus ex verbis clauſulæ Aber in den obgemelten.

Deniq; hanc interpretationem potiùs amplecti debemus, quia per illam quàm minimum læditur ius commune, quod regulariter Recõuentionem permittit per ſuprà alleg. iura. Iuris enim non ignoti eſt eam ſemper eſſe interpretationem capiendam, per quam ius commune minùs lædatur, & ad terminos iuris communis res reducatur, vt notat *gloſſ. ſingularis in c. Statutum in verb. numerandum de præbend. in 6. Alex. in l. ſi conſtante in princ. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. 3. nu. 3. de re iud.*

Non obſtat, quod Schvvanmannus de Identitate rationis obiicit. Id enim facilè diluit per ea, quæ in ſeptima noſtra ratione dicta ſunt. Quin imò modos prorſus eoſdem non eſſe ex tota ordinationis ſerie ac conſignatione luce meridiana clariùs apparet. Neque ratione diſtituimur, cur coram quinq; iſtis Conſiliariis, de quibus loquitur *d.* §. Zum Siebend / Reconuentio locum non habeat, quia ibidem nulla fit mentio iuramenti, quo ad dextrè iudicandũ atque ex iuris preſcripto & æquitate cauſſam cognoſcendam aſtringantur, ſicut de ſeptem & quinq; iſtis, de quibus agitur *in d.* §. Zum Andern / conſtat. Septem enim illos vel quinq; ex nouem illis deputatis, quos præſente actore vel eius procuratore iuramento aſtringi docet *d. ordin. in primo modo.* §. Zum erſten / eligi expreſsè affirmat *d.* §. Zum andern / *verb.* daß dieſelbige auß gedachten neun nidergeſetzten Räthen 7. oder fünff zu erkieſen vnd zu wehlen. Itaque hîc propter iuramẽtum præſtitum minùs præſumendum eſt, ſi Princeps conuentus actorem reconueniat, eos iuſtitia poſtpoſita affectibus ſuis & propenſioni erga Principem frenos laxaturos. Quam etiam cauſſam eſſe puto, quamobrem Recõuentio hoc caſu locum habeat: iſtic verò, quia iuramento aſtricti nòn ſunt neque aſtricti eſſe dicuntur, præſumuntur magis affectibus indulturi & ſuæ in Principem conuentum propenſioni. Quæ etiam ratio mihi eſſe videtur, cur ibi Reconuentio locum non inueniat. Vndè facilè intelligitur, nihil obſtare, quod de caſibus illis tanquam iiſdem quodammodo ſub iis, quorum fit mentio *in d.* §. Zum Siebenden / implicitè comprehenſis Schvvanmannus attulit. Eoſdem enim non eſſe apparet ex iis, quæ paulò antè dicta ſunt. Atq; adeò per particulam quodammodò, quæ improprietatis nota eſt, caſus eoſdem prorſus non eſſe ipſe Schvvanmannus vel inuitus fateri cogitur. Quid? quòd illa præſumta implicatio per expreſſam & dilucidam explicationem clauſulæ Aber in obermelten manifeſtiſſimè elidatur? Et hac interpretatione admiſſa nulla erit pugnantia inter *d.* §. Zum Andern & *d.* §. Zum Siebenden & *d.* §. So dann. Itaque eò magis etiam amplectenda fuerit per vulgatam iuris regulam, quæ docet, omnem interpretationem ita faciendam, vt leges legibus concordentur, non autem vt earum contrarietas atque correctio inducatur. *c. cum dilectus de conſuet. l. 2. & ibi not. DD. C. de noxal. action.* Quæ cum ita ſint, affirmandum cenſeo, Reconuentionem coram ſeptem Conſiliariis & coram quinque iſtis, de quibus *in d.* §. Zum Andern / locum habere. Quæ ſi alicui paulò ſubtiliora videbuntur, is ad verum & germanum ordinationis intellectum & ad conſeruandam eiusdem voluntatem à me dicta eſſe cogitet, ſimulque in memoriam reuocet, quod Celſus

Iure-

Iureconſultus *in l. 18. ff. de legib. ſcribit*, benigniùs leges interpretandas eſſe, quò voluntas earum conſeruetur. Ita tamen affectus ſum, vt meliora docenti libens cedere, herbamque, quòd dici ſolet, porrigere velim.

V.

Si quis Principem eiusque ſubditum ſuper eadem cauſſa conuenire velit, quæritur, vtrùm hoc coram Auſtregis fieri an verò rectâ ſtatim via Cameram vel Imperatorem iri debeat. De hoc in Camera in Anno 92. dubitatum fuiſſe ſcribit *Frider. lib. 3. de proceſſ. in Camer. extrah. qui de continentia cauſſæ inſcribitur. cap. 4. nu. 6.* Et quamuis primâ fronte dicendum videbatur Auſtregis locum eſſe, quòd magis dignum ad ſe trahat minus dignum. *Bald. in l. præcipimus. in fin. C. de appellat. ſicut Marant. p. 4. diſt. 11. nu. 22.* vnum clericum etiam plures laicos ad forum ſuum trahere ſcribit, & aliâs nemini priuilegium primæ inſtantiæ auferri debeat, ſicut quendam ex dominis Aſſeſſoribus in quarto ſenatu haſce dubitandi rationes in medium attuliſſe ibidem ſubiicit Frider. Communis tamen Cameralium concluſio eſt. *Frider. d. loc. & lib. 1. de proceſſ. cap. 18. num. 5.* Principem eiusque ſubditum vel etiam alium mediatè imperio ſubiectum, ſuper eadem cauſſa, non attento primæ inſtantiæ ſiue Auſtregarum priuilegio, in Camera vel coram Imperatore conueniri oportere, ex hac ratione, quòd continentia cauſſæ Cameræ iuriſdictionem fundare ſoleat, ſicut infrà dicetur. Neque refert, vtrùm Actor ſit Princeps, Comes, an verò alius quiſpiam mediatè imperio ſubiectus. Nihilominus enim Cameram vel Imperatorem iudicem competentem eſſe ſcribit *Frid. d. num. 6.*

Limitatur modò tradita Concluſio quòd tùm demum Princeps eiusque ſubditus vel alius mediatè imperio ſubiectus in Camera vel coram Imperatore conueniantur, ſi ſubditi illius vel alterius cuiuſdam mediatè imperio ſubiecti, proprium commodum & ſingulare quoddam, vt loquũtur, intereſſe in iſta cauſſa vertatur, ſecus verò res ſeſe habeat, quando vniuerſum cauſſæ commodum ſiue vtilitas totumuè negocium ad ipſum Principem principaliter attineat, ad ſubditum verò non magis, quàm quòd fortè cauſſæ iſti vel negocio iuſſu Principis interfuerit. Tunc enim Auſtregarum priuilegio locum eſſe monet *Frider. d. num. 6.*

VI.

Sic etiam plures Principes ſuper vna eademque cauſſa rectâ ſtatim via neglecto Auſtregarum priuilegio coram Camera vel Imperatore conueniuntur. *Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 18. num. fin. & d. lib. 3. cap. 4. num. 7. Schvvanmann. lib. 1. proceſſ. Cameral. cap. 4. num. 8.* vbi præter continentiam cauſſæ, quâ Cameræ iuriſdictionem fundari infrà dicetur, tres adhuc alias rationes, quamobrem prætermiſſo Auſtregarum priuilegio rectâ via ad Cameram ſtatim vel Imperatorem eatur, affert, primò nimirum, quòd intra ſpaciũ ordinatione præfinitum vix ac ne vix quidem iudices ſuos peculiariter conſtituere poſſint, tùm quòd intra tàm breue tempus vix concordari queant, tùm verò etiam quòd fieri facilè non poſſit, vt abſq; cauſſæ diſtractione procedatur. Procliuis tñ ibidem in hanc ſententiam videtur eſſe Schvvanmannus, quaſi Auſtregis locus ſit, ſi ex narratis ſupplicationum appareat, poſſe coram iis abſque diſtractione cauſſæ, ſaluis ſartisque tectis omnibus ordinationis requiſitis permanentibus, quæ quidem ad vnguem præciſe ſeruari debent *per Iur. inf. alleg.* in cauſſa controuerſa procedi. Verùm adhuc obſtat continentia cauſſæ, quæ Cameræ iuriſdictionem fundat *per infr. alleg.*

VII.

Sed quid obtinet, ſi plures Principes ex eadem familia oriundi ſuper vna eademque cauſſa ſint conueniendi, vtrùm hoc coram Auſtregis, an verò coram Imperatore vel Camera fieri debeat? Verùm & tùm propter continentiam cauſſæ Imperatoris vel Cameræ iuriſdictio fundata erit, & proptereà principes iſti, miſſa

miſſa Auſtregarum inſtantia, coram Imperatore vel Camera conueniri debent. *Frid. lib. 1. de proceſſ. cap. 18. num. fin. & d. c. 4. num. 7. Schvvanman. d. nu. 8. ſub diſtinctione tradita.*

VIII.

Quoniam inter cæteros modos, quibus Principes à Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, & ciuitatibus tàm mediatè quàm immediatè imperio ſubiectis & ſubditis tùm propriis tùm alienis mediatis conueniri poſſunt, hic quoque poſitus eſt, quòd Electores, Principes, vel principali dignitate illuſtres requiſiti actori tres principes minimè ſuſpectos nominare teneantur, ex quibus ille vnum eligendi poteſtatem habeat, non inconcinnè quæritur, vtrùm eadem præcisè obſeruare teneantur, ad quæ tenentur, cùm à ſui ordinis hominibus, id eſt, principibus aliis conueniuntur, veluti quòd inter proximas quatuor à facta requiſitione ſeptimanas Principes, ex eadem familia non natos & vltra duodecim miliaria à requirente non diſſitos, quod poſteriùs requirit *Ord. p. 2. tit. 3.* nominare teneantur. Dubitandi occaſionem facit, quòd in nonnullis locis veluti in Saxonia alicubi & Pomerania illis ordinationis requiſitis ſatis fieri non poſſit, &, quamuis ſeſe ad ſuperiores ordinationes ſuprà dicta ordinatio in eo caſu, de quo nos loquimur *p. 2. ti. 4.* referat, de illis tamen qualitatibus nihil ſpeciatim caueat, verùm ſicco illas pede prætereat. Vnde *Schvvanmann. li. 1. de proceſſ. cap. 4. n. 9.* qualitates prædictas meritò pro omiſſis habendas eſſe per vota maxima in Camera concluſum eſſe ſcribit. Putârim tamē ego, in iis locis, in quibus prænominatis ordinationis qualitatibus & requiſitis ſatis fieri poteſt, qualitates illas obſeruari oportere, tùm quòd aliâs caſus ille à Statibus Imperij pro non deciſo fuiſſet relictus, id quod minimè omnium cogitari poteſt, tùm verò etiam quòd aliàs relatum cum omnib. ſuis qualitatibus referenti (ſicut quidem tituli illi, q̄ de Auſtregis agunt, ad ſe relationem faciunt) ineſſe cenſeatur. *l. aſſe. toto. ff. de hæred. inſti. l. Theopompus. ff. de dot. præleg. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demon. Deci. conſ. 539. in nu. 9. incip. in inclyta ciuitate & conſ. 687. num. 3. incip. viſis & diligenter*, & illud, q́ ex relatione colligitur, verè & propriè eſſe dicatur. *Dec. d. conſ. 687. Baldus. conſ. 212. in prin. vol. 5.* & paria ſint expreſsè exprimere vel per relationem. *per alleg. iur. & Gail. 1. obſ. 82. nu. 25.* Neque obſtat, quòd Schvvanmann. ad proceſſum iſtam relationem aſtringit. Nam & illas qualitates veluti partem neceſſariā & ſubſtantialem in proceſſu conſiderari oportere nemo eſt qui dubitet.

IX.

Quemadmodum autem, vt ſuprà dictum eſt, ſi Princeps, & alius quidā imperio mediatè ſubiectus litis conſors ſuper eadem cauſſa cuius cōmodum ſiue vtilitas ad vtrumq; principaliter pertineat, conueniri debeāt, rectâ viâ omiſsâ Auſtregarum inſtantia, ad Cameram vel ad Imperatorem itur: Sic etiam ſi Princeps & ſubditus aut alius quidam imperio mediatè ſubiectus litis conſors alium quendam principem ſuper vna eademque cauſſa, cuius commodum ſiue vtilitas vtrumque principaliter concernat, & in qua Auſtregæ locus ſit ex præſcripto *p. 2. ordin. tit. 2.* conuenire velit, prætermiſſa relictaque illa Auſtregarum viâ, proptereà quòd Auſtregæ ſtricti iuris ſint, eamque ob rem ſtrictam quoque & anguſtam interpretationem recipiāt, ad Cameram vel ad Imperatorem iri debet. *Frider. lib. 3. de proceſſ. d. cap. 14. num. 11.* Conſenſu tamen vtriusque partis fieri poſſe ibidem ſubiicit, vt eo in caſu Auſtregis locus ſit.

X.

Vtrùm capitulum ſiue collegium Principis cuiuſdam Eccleſiaſtici, ſede vacante, quæ quidem vacare dicitur, cùm Princeps ſiue Prælatus aut per mortem aut propter crimen aliquod veluti hæreſin de ſede ſua deturbatus eſt, exceptis caſibus, qui immediatè in prima ſtatim inſtantia ad Cameræ iuriſdictionem ac cognitionem pertinent, velut in cauſſa pignorationis, fractæ pacis, & ſimilibus

(in quibus contra capitulum ſede vacante proceſſus à Camerà decerni poſteaque cum electo Principe vel Prælato continuari ſcribit *Gail. 1. obſ. 30. num. 13.*) ad Cameram immediatè ſtatim trahi, an verò ſicut Princeps Eccleſiaſticus coram Auſtregis conueniendus eſſet, coram illis quoq; conueniri debeat, quæſtio occurrit perquàm neceſſaria. *Gail. d. obſ. 30. num. 13.* ſe exiſtimare ſcribit, capitulum in ciuilibus ſede vacante, in Camera immediatè forum ſortiri, nec priuilegium ordinationis ratione primæ inſtantiæ locum habere, ex hac ratione, quòd non ſit ſtatus imperij, quam quidem ſententiam præiudicio proceſſus in cauſſa Comitum à Mansfeld contra capitulum Magdeburgenſe obtenti confirmat *Petrus Friderus Iureconſultus vt præſtantiſſimus, ita puriſſimus & acutiſſimus. d. cap. 19. nu. 7.* Capitulum Principis Eccleſiaſtici, ſede vacãte, coram Auſtregis in iis nimirum caſibus, in quibus Auſtregis locus eſſe ſolet, conueniri oportere rectiùs iudicat, tùm quod collegiũ illud defunctum Principem repræſentet quo ad iuriſdictionem omnem, vt quæ apud capitulum remaneat. *c. 1. & 2.* Ne ſede vacant. *aliq. innouet. c. cùm olim de maior. & obæd. glo. notabil. ibid. in verb. capitulum. Gail. d. obſ. 30. nu. 10.* tùm quòd capitulum ſit hæres omnium ad Epiſcopatum pertinentium eaque electo vel poſtulato Epiſcòpo conferre ſoleat, tùm quòd illa ipſa feuda imperij, q̃ regalem Principi dignitatẽ tribuunt *de quib. in d. c. vn.* Quis dicat Dux, Comes, vel Marchio, ſede vacante ad capitulum tranſeant. Quod ſi igitur principale ipſum nimirùm feudum, quòd Principis dignitatem tribuit, penes capitulum eſt ſede vacante, Ergo etiam acceſſorium ſiue concomitans veluti Auſtregæ principalem dignitatem comitari ſolent, & propter eminentem eius excellentiam ab ordinibus & Statibus Imperij ſunt introductæ & ſancitæ, tùm verò etiã quòd Eccleſia minoribus comparetur quo ad beneficia iuris communis. *c. 1. extra de in integr. reſtit. gloſſ. ibid. in verb. minoris. c. auditis extra eod. tit. Gail. d. obſ. 30. num. 6.* Hinc vt ſententia lata contra minorem indefenſum eſt nullius momenti. *l. vniuerſis. C. Qui dare tutor. vel curat. poſſ. l. Acta. §. contra. ff. de re iud. l. cùm & minores. C. ſi aduerſ. rem iudic.* ita quoque contra Eccleſiam non habentem defenſorem legitimum per iur. allegat, Eamque ob rem capitulum ſede vacante actorem ſiue Syndicum ordinare communiter conſueuit. *Gail. d. obſ. 30. num. 16. per ea quæ ibidem allegat.* Iam verò vt Tutor ſequitur forũ pupilli; Sic etiam Syndicus ſiue actor qui tutor Eccleſiæ eſt, debet ſequi forum Eccleſiæ, quòd prælatura ſiue Eccleſia vacans iure pupilli & minoris vtatur *d. c. auditis.* Eccleſia autem conuenitur coram Auſtregis, quando habet prælatum, Ergo etiam ſede vacante, quòd Eccleſia vacans omnes dignitates & priuilegia retinere ſoleat. Non obſtat allata Gailij ratio hæc: Capitulum Principis Eccleſiaſtici non eſt Status imperij, Ergo ſede vacante priuilegio primæ inſtantiæ ſiue Auſtregarum vti non poteſt. Eadem enim ratione argumentari licebit: Capitulum non eſt Status Imperij, Ergo non poteſt conueniri immediatè in Camera, quod tamen Gailius negat, dum *d. obſ. 30. nu. 13.* ſcribit, capitulum in ciuilibus, ſede vacante, in Camera immediatè forum ſortiri. Certum namque eſt, neminem præter Statum imperij, vtpote qui nullum, vt ſuprà dictum fuit, niſi ſolum Imperatorem, cum quo Camera concurrentem iuriſdictionem habet, ſuperiorem recognoſcat, in Camera, cæteris paribus, conueniri poſſe. Quòd igitur capitulum ſede vacante in Camera quandoque conuenitur, non ab eo proficiſcitur, quòd ſit Status Imperij, ſed quòd Principem Eccleſiaſticum dominum ſuum defunctum, qui Status Imperij eſt, &, ſi ſuperſtes adhuc foret, iſtis in caſibus in Camera conueniretur, repræſentet. Vi igitur eiuſdem repræſentationis in iis caſibus, qui non immediatè ad Cameram, ſed ad Auſtregarum cognitionem pertinent, capitulum illud ſede vacante priuilegio Auſtregarum gaudebit. Nam & prælatus defunctus, quem capitulum repræſentat, eo gauderet. Abſurdum inſuper foret, ſi capitulum in Camera conueniretur, vt Princeps poſtea electus contra volũtatem ſuam, cum damno & præjudicio priuile-

uilegij primæ inſtantiæ cogeretur litem in Camera inchoatam continuare atq; perſequi, ſicut etiam fruſtra Camerale iudicium moleſtaretur citationibus alijsque proceſſibus decernendis, ſi poſtea Prælatus electus cauſſam indè ad Auſtregas auocaret. Neque obſtat illud à Gailio allatum Cameræ præiudicium. Non enim exemplis, ſed rationibus & legibus iudicandum eſt per vulgarem *text. in L. Nemo 13. C. de ſentent. & interloc. omn. iudic.* & quoniam ex facto ius ſumitur, aliqua fortaſſis in eo caſu facti circumſtantia ſubfuit, ex qua ita pronunciatum fuit, fortè quòd Capitulum Magdeburgenſe in iuriſdictionem Cameræ conſenſerit, & ordinario ſuo foro renunciauerit, quia quilibet iuri ſuo & foro ordinario renunciare poteſt. *l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.* & alterius etiam non iudicis iuriſdictio rectè prorogatur. *l. 1. & 2. ff. de iudic. & l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd.* Hanc igitur firmam & indubitatam concluſionem pono, quòd Capitulum ſiue Collegium Principis Eccleſiaſtici, ſede vacante, Auſtregarum priuilegio gaudeat.

XI.

Princeps Imperij à ſubditis ſuis vel aliis mediatè imperio ſubiectis requiſitus non poteſt illis eligendi vnum aliquod ex illis remedijs, de quibus agitur *p. 2. ordin. tit. 4.* facultatem auferre, ideoq; cogere illos nequit, vt coram nouem ſuis conſiliarijs eam ad rem deputatis Vor ſeinen neun Räthen agant. §. Item es ſoll. *d. tit. 4.* Si tamen Princeps tale quid attentet, prætendens fortè, ſe ius hoc habere ex conſuetudine vel vſu, vt tantùm coram ſuis conſiliarijs conueniatur, probare idipſum tenetur, & ſic in effectu penes actores non conſiſtet electio, was ſie vor ein Außtrag der Ordnung gegen jhm gebrauchen wöllen / vt diuerſis præiudicijs in Camera obſeruatis confirmat *Aſſeſſor Camer. Imper. in obſeru. obſeru. 37.* veluti in cauſſa Wolffen Mülichs Klägers/ contra Johann Friederichen den Mitlern vnd deſſelben Gebrüdern Hertzogen zu Sachſen/ Et in cauſſa Herrn Martin Biſchoff zu Aichſtatt Henneberg / contra die jungen Herrn zu Sachſen.

XII.

Etiam in Archiduce Auſtriæ ſiue is Principem vel aliũ imperio immediatè ſubiectum conuenire velit, vel à tali conueniri debeat, Auſtregæ locum habent. *Aſſeſſor Camer. Imper. in obſer. obſ. 10.*

XIII.

Quoniam ſuprà demonſtrauimus, iudices Auſtregarum non eſſe ordinarios ſed delegatos, probè tenendum eſt, non ad ipſos, verùm ad Cameram executionem ſententiarum per iudices iſtos latarum pertinere, & propterea mandata executorialia rectè ibi peti & decerni *Gail. 1. obſeru. 1. num. 52. Frider. de proceſſ. lib. 1. cap. 19. num. 1. Aſſeſſor Camer. Imperial. in obſeruation. obſeru. 69.* vbi ita deciſum fuiſſe ſcribit in cauſſa Zeſteſeldt contra Duces Mechelburgenſes.

VII.

## Sachen darvmb ferrners ſuppliciert/ vnd zum Theil in prima inſtantia an die Cammer gehören.

Hactenus de primæ inſtantiæ priuilegio ſatis ſuperque dictum eſt: Nunc ſubiungendi ſunt caſus, in quibus, neglectis primarum inſtantiarum priuilegijs, pro decernẽdis proceſſibus ad Cameram ſtatim in prima inſtantia ſiue per viam ſimplicis querelæ itur.

*I.*

## Von wegen Vberfahrung deß Keyſerlichen Landfridens wird am Cammergericht vmb Citation ſuppliciert.

Cameræ iuriſdictio immediatè in prima inſtantia ſuper crimine fractæ pacis fundatur aduerſus omnes ſecularis ordinis homines, cuiuſcunque illi ſint ſtatus, conditionis, & dignitatis propter ordinationem generaliter & indiſtinctè loquentem *part. 2. tit. 9.* §. So jemands. Itaque diſtinctio nulla prorſus facienda eſt,

Digitized by Google

da eſt, ſintnè illi, qui crimen fractæ pacis commiſerunt, imperio immediatè, an verò mediatè ſubiecti. *Mynſing. centur. 5. obſeru. 58. num. 1. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 1. num. 9.* Quanquam hi coram ordinario quoque ſuo conueniri poſſunt. *Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 11. num. 26.* vbi etiam exceptionem litis pendentiæ contra Cameræ iuriſdictionem opponi poſſe probat. Cum igitur, vt dictum eſt, ordinatio ita generaliter loquatur in caſu fractæ pacis, conſtat, Duces Saxoniæ, Marchionem Brandenburgicum, & Archiduces Auſtriæ, quorum ſubditi aliàs ad Cameram euocari non poſſunt, propter priuilegium de non appellando ab illorum ſententia ipſis ab Imperatoria Maieſtate conceſſum, & Ducem itemque Lotharingiæ, qui priuilegio Imperatorio ex Cameræ iuriſdictione exemtus eſt, cum ſubditis ſuis in caſu fractæ pacis in Camera rectè conueniri. *Mynſing. d. centur. 58. num. 1. Frider. lib. 1. de proceſſ c. 22. nu. 1.* Sola domus Burgundica etiam in hac ſpecie libera eſt cum ſuis Ducatibus, vt patet ex concordia Auguſtæ Vindelicorum Anno 1548. in magnis Comitijs inita. *Mynſing. d. obſeru. 58. num. 2.* Hanc tamen concordiam ſiue tranſactionem ad ſubditos tantùm Ducis Burgundiæ, quod illi in hoc caſu ad Cameram euocari non poſſint, reſtringendam eſſe ſcribit *Frider. d. loc.* vbi & ſubijcit, Ducem Burgundiæ tanquam imperij vaſallum ſuper fracta pace rectè in Camera conueniri. Dixi ſuprà, Cameræ iuriſdictionem in hac ſpecie fundari aduerſus omnes ſecularis ordinis homines. An igitur Eccleſiaſtici ſuper fracta pace non conuenientur in Camera? Diſtinguendum eſt inter Eccleſiaſticos ſiue clericos mediatè Imperio ſubiectos, & inter Eccleſiaſticos, qui imperio immediatè ſunt ſuppoſiti. Illi coram ordinario ſuo, qui clericus eſt, conueniri, probatoque delicto ab eo pro merito puniri debent ſuſpenſione ab officio & beneficio, priuatione, vel degradatione pro delicti magnitudine. *Gail. 1. de pac. public. c. 1. num. 16. Mynſing. d. obſeruat. 59. num. 3. Frider. d. cap. 22. num. 2.* per rationem hanc, quòd clerici extra ſuum forum trahi non debeant. Quod vſque adeò verùm eſt, vt neque expreſsè fori priuilegio renunciare poſſint. *c. ſi diligenti extra de for. compet.* Hi verò in Camera conueniuntur. *Gail. 1. de pac. public. cap. 1. num. 2. Mynſing. d. obſeru. 59. num. 4. Frider. d. loc.* Ratio eſt, quòd ratione dignitatis, regalium, & priuilegiorum, quæ ab Imperatore & ſacroſancto imperio Romano habent, & quorum nomine Principes Imperij appellantur, non Eccleſiaſtici cenſentur, ſed ſeculares, ideoq; forum non Pontificis, ſed Cæſaris ſortiuntur. *Gail. 1. de pac. public. c. 8. num. 8. Mynſing. d. obſeru. 59. num. 4.* & probato delicto condemnantur, ſed non eo modo, quo ſeculares, hoc eſt, ordinaria banni pœna, ſed duntaxat regalibus & priuilegijs imperij priuantur, idque non publicè ſub dio, vti ſeculares, ſed in ipſo conſiſtorio, iudice ſedente pro tribunali. *Mynſing. d. obſeru. 58. num. 5. Gail. 1. de pac. public. c. 1. num. 2. Frider. d. loc.* Rationem diuerſitatis pulcrè ſubijcit *Mynſing. dict. obſeru. 58 num. 6.* quòd Imperator ob delictum non habeat iuriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas niſi ratione regalium & beneficiorum ſecularium, ideoq; ijs, plus, quàm dedit, auferre nequeat. Eodem quoque modo mulieres non feriuntur banno, ſed bonis tantùm ſuis, defenſionibus, & priuilegijs priuari ſolent. *Mynſing. d. obſeru. 58. num. 7.* Porrò Eccleſiaſtici mediati ſuper fracta pace publica ad pœnam banni accuſationem inſtituere nequeunt, quia clerici criminali iudicio ad pœnam ſanguinis, vel ceſſante ſanguinis pœna ad vindictam publicam agere non poſſunt. *c. Prælatis de homicid. in 6. c. clericis & c. ſententiam. Ne cleric. vel Monach. ſecul. negoc. ſe immiſc. Gail. 1. de pac. publ. cap. 8. num. 6.* ciuiliter tamen ob violatam pacem ſaltem ad reſtitutionem bonorum ablatorum; & ad damna accepta in Camera agere poſſunt. *Gail. d. cap. 8. num. 3.* dum tamen in ſupplicatione pro citatione vel mandato de reſtituendo expreſsè proteſtantur; ſe non ad ſanguinis pœnam vel ad vindictam publicam; ſed ciuiliter tantùm ad reſtitutionem bonorum ablatorum & ad damna hoſtiliter data agere velle. *Gail. d. c. 8. num. 24.* Etſi verò de Eccleſiaſticis immediatè imperio ſuppoſitis idem dicendum videbatur

propter textus Iuris Canonici generaliſſimè loquentis, inprimis autẽ *per d. c. ſententiam, vbi text.* Nullus clericus, inquit, vindictam ſanguinis exerceat, illi tamen ex ſuprà tradita ratione, quòd reſpectu dignitatis, priuilegiorum, & regalium, quæ à Romanorum Imperatore & ſacroſancto Romano Imperio recognoſcunt, non conſiderantur vt clerici, ſed vt laici & Principes imperij, ideoq; contra alios ad pœnam banni ſuper violata pace publica agere poſſunt. *Gail. d. obſeruat. 58. nu. 12.* vbi & in Camera hoc obſeruatum fuiſſe atteſtatur.

*II.*

**Item [a] wider die ſo deß Friedbruchs verdacht/ [b] in Sachen der ſtreitigen poſſeſſion, ſecundum ordinationem.**

[a] Wider die ſo deß Friedbruchs] In citatione ad purgandum ſicut & in alijs caſibus ad conſtitutionem pacis pertinentibus, de quibus agitur, *part. 2. ordin. à tit. 9. vſque ad tit. 19.* Cameræ iuriſdictio in prima inſtantia fundatur. *Gail. 1. obſeru. 1. nu. 2. Schvvanmann. lib. 1. Proceſſ. Cameral. c. 7. num. 2.* Ordinatio tamen arbitrio actoris permittit, vtrùm citationem illam à Camera vel Imperatore, vel ab ordinario Rei iudice impetrare velit. *part. 2. ordin. tit. 10.* §. Vnd ſoll / vbi ita Ordines & Status Imperij loquuntur. Vnd ſoll auch einem jeden/ der den andern / nicht allein daß er der That oder Fürſchubs/ wie obgemelt/ verdächtig/ ſondern auch daß er derſelbigen ſchüldig wer/ beklagen / vnd jhnen deß weiſen wolt/vorbehalten ſeyn ſolchs vor dem Keyſerlichen Cammergericht/ oder andern ordentlichen Gerichten/ dahin ſolche Sachen gehören / zu thun / vnnd vorzunemmen / daſelbſt jhm auch förderlich verholffen werden ſoll/ *& in eod. tit. in princ. verb.* vor ſeinem deß verdachten ordentlichem Richtern / oder aber vor der Keyſerlichen Majeſtat / vns als Römiſchem König oder dem Keyſerlichen Cammergericht / Entſchüldigung mit dem Eyd zu thun/ vorzunemmen. Cæterùm de proceſſu citationis ad purgandum dicetur *infra lib. 2.*

[b] In Sachen ſtreitiger poſſeſſion ] Intellige illas litigioſæ poſſeſſionis cauſſas, quæ inter partes Cameram immediatè recognoſcentes agitantur. *part. 2. ordin. tit. 21. in princ. & §. 2. eod. Schvvanmann. lib. 1. Proceſſ. Cameral. d. c. 7. num. 2. Gail. 1. obſeru. 1. num. 17. Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 20. num. 5.* Cæterùm de proceſſu ſuper conſtitutione litigioſæ poſſeſſionis dicetur *infra par. 2.*

*III.*

**Vmb pœnal Mandat auff den Landfrieden / die Gefangenen ledig zu laſſen / vnd dann weiter nicht zu turbieren oder zu beſchweren/ etwan bey einer Geltſtraff / etwan bey Straff der Acht/ etwan cum clauſula, [a] etwan ſine clauſula.**

[a] Etwan ſine clauſula] Hoc in cauſſis fractæ pacis regulariter falſum eſt. Regulariter enim in illis vnâ cum citatione Mandata de relaxandis captiuis vel reſtituendis rebus ablatis offenſo ſine clauſula concedi non poſſunt. *Gail. libr. 1. de pac. public. cap. 5. num. 24.* quia priùs diſcuti oportet cauſſa cognita, an contra pacis publicæ edictum publica violentia commiſſa fuerit. *l. qui ſententiam C. de pœn. l. fin. C. ſi per vim vel alio mod. Gail. d. cap. num. 2.* & citatum priùs audiri conuenit, cur captiuos illos publicè comprehenſos in carcerem coniecerit? *Gail. d. loc.* Vnde conſtat, in cauſſis fractæ pacis mandata cum clauſula iuſtificatoria decerni oportere. *Gail. d. cap. 5. num. 50.* cuius quidem clauſulæ effectus eſt, vt mandata talia per comparitionem partis in ſimplicis citationis reſoluantur, vt communis eſt Doctorum & in Camera recepta opinio *Bart. in l. 1. num. 3. C. de execut. Rei iudic. & Alex. in l. de pupillo. § meminiſſe. ff. de nou. oper. nunc. Gail. 1. obſer. 10. & d. c. 5. num. 20.* Si verò mandata in cauſſis fractæ pacis decreta & parti inſinuata & in iudicio reproducta ſint, & Iudex innocentiam captiui in puncto mandati cognouerit, arctiora mandata ſine clauſula maximè ex cauſſa ciuili capto, & idoneam offerenti cau-

ti cautionem arctiora mandata ſine clauſula decerni à Camera tradit *Gail. d. ca. 5. num. 24.* ſicut & aliàs, ſi Princeps vel Magiſtratus imperio immediatè ſubiectus ſubditum vel alium extraneum ex cauſſa ciuili captum, ſi idoneam offerat cautionem, relaxare nolit, Camera in prima inſtantia per viam ſimplicis querelæ adiri, ab eaque mandata de relaxando captiuo cum vel ſine clauſula impetrari ac decerni poſſunt, vt docet Gail. & multis præiudicijs confirmatum eſſe atteſtatur. *1. obſeruat. 1. num. 24.* Porrò de his & tùm de citatione, tùm de mandatis tàm cum, quàm ſine clauſula docebitur prolixè *infra part. 2.*

*IV.*

**So mag wider alle die / ſo dem Reich ohn Mittel unterworffen / ſuper l. diffamari Citation außbracht werden.**

Hoc theorema authoris noſtri ita generaliter poſitum falſiſſimum eſt. Quoad citandum enim ſuper l. Diffamati, qui quidem diffamans eſt, vt iuriſdictio Cameræ fundetur, nihil intereſt, ſitnè ille imperio mediatè, an verò immediatè ſubiectus. Requiritur ſaltem cæteris paribus *in ordin. part. 2. tit. 25.* ad fundandam ſuper diffamationis iudicio Cameræ iuriſdictionem, vt is, qui citationem ſuper l. Diffamari petit, diffamatus nimirum, imperio immediatè ſubiectus ſit. Non enim diffamans in hoc iudicio Reus conuentus eſt, ſed diffamatus, ſicut communis opinio eſt, & eleganter lateque demonſtrat *Blarer. in doctiſſima ſua repetit. l. Diffamari. cap. 4. num. 1.* Quæ etiam in Camera obſeruatur, *vt patet ex ordin. d. tit. 25. & docet Gail. 1. obſeru. 9. numer. 7.* Diffamare namque eſt tacitè ad iudicem diffamati prouocare *Blarer. & Gail. d. loc. Caſar Contard. in repetitione l. Diffamari. c. 1. num. 7.* vbi & rationibus & multis autoritatibus illud ipſum firmant quò lectorem breuitatis ſtudio remitto. Cum autem actor teneatur ſequi forum Rei: *l. fin. C. vbi in rem act. & l. in criminali. C. de iuriſdict.* diffamator autem actor ſit, & diffamatus Reus, vt modò demonſtrauimus, diffamator meritò forum diffamati ſequitur. Vnde patet, quoad citandum ſiue diffamatorem nihil intereſſe, vtrum ille mediatè, an verò immediatè imperio ſubiectus ſit; & ſic quotidie proceſſus in Camera decernuntur, contra quemcunq; diffamatorem etiam imperio mediatè ſubiectum. *Gail. 1. obſeru. 10. num. 1. Blarer. d. c. 4. num. 25.* Et ſi diffamator etiam immediatè imperio ſubiectus ſit, qui quidem Auſtregatum priuilegium alioquin habeat, eiuſmodi priuilegijs & ſimilibus exemtionibus non obſtantibus ſuper proceſſu l. Diffamati ſtatim in Camera conuenitur; & Citatio aduerſus eum decernitur. *part. 2. ordin. tit. 25. Gail. 1. obſeru. 12. num. 2. Blarer. in repet. l. Diffamari cap. 4. num. 30. & 23.* Itaque ſi Elector vel Princeps aliquis ſit diffamans, ſi conueniatur ille in Camera à diffamato, Auſtregarum priuilegio oppoſito Cameræ iuriſdictionem declinare nequit. *Blarer. d. cap. 4. nu. 20. 21. 22. & 23. Schvvanman. lib. 1. proceſſ. Cameral. c. 18. in princip.* vbi hac l. Diffamati conſtitutione priuilegijs primarum inſtantiarum derogatum eſſe; & immediatè Cameræ iuriſdictionem fundari ſcribit, intellige tamen, pro vt ordinatio diſtinguit. *Gail. 1. obſeru. 9. in princip. Frider. lib. 1. de proceſſ. c. 20. num. 7.* vbi conſtitutionem l. Diffamati refert inter caſus, in quibus non attentis primarum inſtantiarum priuilegijs (intellige ſi diffamatus immediatè imperio ſubiectus ſit, vel cauſſa ſua natura ad Cameræ iuriſdictionem pertineat) per viam ſimplicis querelæ Cameram ſtatim adire; & conuenientes ſupplicando proceſſus extrahere poſſumus.

Porrò vt hæc plenius intelligantur, quo ad diffamatum tres hi ſequentes caſus ex dicta ordinatione notandi ſunt. Aut enim diffamatus neque imperio, neque iuriſdictioni Cameræ immediatè ſubiectus eſt, & tunc, cum cauſſa ſuâ naturâ ad Cameram non ſpectat, iuriſdictio Cameræ neque in iudicio diffamationis neque in iudicio actionis fundata eſt, ideoque Citatio diffamato aduerſus diffamantem ibi non decerni, ſed cauſſa ad ordinarium ſiue competentem iu-

dicem remitti debet. *dict. l. fin. C. vbi in rem act. Gail. d. obſeru. 12. num. 1. Blarer. d. cap. 4. num. 31.* Secundus caſus eſt, ſi diffamatus immediatè quidem imperio, ſed non Cameræ in prima inſtantia ſubiectus ſit, ſed peculiares Auſtregarum Iudices vigore ordinationis habeat, vt tunc Cameræ iuriſdictio fundata tantùm eſt quo ad iudicium diffamationis, ad cognoſcendum nimirum de veritate traductionis & iactationis, item quo ad præfigendum diffamatori terminum agendi in iudicio ordinario, vel ad imponendum ei perpetuum ſilentium, cauſſa verò principalis comparente videlicet diffamatore probataque diffamatione cum præfixo termino agendi ad Iudicem ordinarium remittitur. *part. 2. ordin. d. tit. 25. verſic.* Wo aber der diffamiert. *Gail. 1. d. obſeru. 12. num. 1. Blarer. d. c. 4. num. 30.* Tertius caſus eſt, quando diffamatus in prima inſtantia Cameræ iuriſdictioni ſuppoſitus ſit, & alium Iudicem præter Cameram non habeat, veluti ſi Comes aliquis, Baro, Nobilis imperio immediatè ſubiectus fuiſſet diffamatus à Ciuitate vel imperiali vel municipali vel alio quodam imperio mediatè ſubiecto (illos enim in eo reſpectu in prima ſtatim inſtantia in Camera conueniri ſuprà latè deduximus) aut ſi cauſſæ qualitas ſua natura ad Cameræ iuriſdictionem pertineat, & in hoc tertio caſu vtrumque iudicium tàm actionis quàm diffamationis in Camera agitur. *d. ordin. tit. 25. verb.* So der diffamiert dem Cammergericht in erſter Inſtantz ohne Mittel vnterworffen/ oder ſonſten die Sachen jhrer Natur nach dahin gehörig/ vor demſelbigen Cammergericht. *Gail. d. obſ. 12.* vbi de proceſſu ſuper conſtitutione l. Diffamari in Camera elegantiſſimè (vt omnia) tractat *Blar. d. c. 4. n. 29.* Colligi hinc, vt proceſſus ſuper conſtitutione l. Diffamari in Camera impetrētur, nihil omninò quo ad diffamatorē intereſſe, ſitnè ille imperio mediatè, an verò immediatè ſubiect⁹ totum verò negocium poſitū eſſe in diffamato, vel cauſſæ qualitate. Si enim ille vel iuriſdictioni Cameræ immediatè in prima inſtātia, vel non quidem Cameræ iuriſdictioni ſed imperio immediatè ſubiectus ſit, pceſſus in Camera ſuper l. Diffamari rectè & petuntur & decernuntur, illic vtrumq; diffamationis & actionis iudicium, hîc ſolum diffamationis Iudicium, cum remiſſione cauſſę principalis ad ordinarium Iudicem & præfixo termino agendi, ſi nimirum, vt dictum eſt, diffamator compareat, & diffamatio probata fuerit, pertractatur, ſicut &, ſi cauſſæ qualitas ex ſua natura ad Cameram pertineat, vtrumque ibi iudicium finitur.

Theorema igitur autoris vt ordinationi conueniat, ſic à me immutatur: So mag von allen denen/ ſo dem Reich oder Cammergericht ohn Mittel vnterworffen/ oder da ſonſt die Sach jhrer Natur nach in erſter Inſtantz dahin gehörig/ ſuper l. Diffamari Citation am Cammergericht außgebracht werden. Intellige ſecundum requiſita *Ordin. d. tit. 25. Verùm de toto l. Diffamari proceſſu dicetur inf. p. 2.*

*V.*

Item * wann jemand das Recht verſagt.

* Wann jemand] Intellige ſi Iudex denegans iuſtitiam immediatè Cameræ ſubiectus ſit, aliàs omiſſo medio iudice ad Cameram iri non poteſt. *Gail. 1. obſeru. 28. nu. 3. Schvvanmann. lib. 1. proceſſ. Cameral. c. 20. nu. 2. infr. notat. part. 2. ſub tit.* Von den *promotorialibus*, §. dieſer Tittel.

*VI.*

Pro Promotorialibus.

Intellige itemque, ſi Iudices, ad quos petuntur, Cameræ immediatè ſubſint. Nam ſi illi alium mediatum ſuperiorem recognoſcant, ille pro dandis promotorialibus priùs adiri debet. *Gail. 1. obſeru. 28. nu. 26. Schvvanm. lib. 1. proceſſ. Camer. c. 19. nu. 1. De his infra p. 2.*

*VII.*

Item zu erſcheinen vnd zuſehen/ ſich in die Straff * habender Freyheit gefallen ſeyn.

* Haben-

Digitized by Google

ᵃ Habender Freyheit] Intellige de priuilegijs imperialibus ſiue Cæſaris, quando quis agit ad pœnas priuilegiis inſertas. Ratio eſt, quòd ſolus Imperator, qui priuilegium dedit, de eodem rectè cognoſcere & iudicare poſſit. *c. cùm veniſſent de iudiciis arg. l. cùm de nouo. C. de legib.* Quod intellige, ſi diſputetur de ſubſtantia priuilegij, vel ſi illud ius Principis tangat, ſecus ſi ius alterius, tunc enim etiam ordinarij Iudicis cognitio eſt. *Gail. 1. obſ. 1. n. 13.* vt autem citatio ad vidēdum ſe incidiſſe in pœnas priuilegio inſertas impetrari poſſit, duo requiruntur, primùm; vt Cameræ ſit priùs inſinuatum, deinde vt & parti, ne ignorantiā obtendant, quę in facto alieno cuiuſmodi ſunt priuilegia. *c. 1. de conſt. in 6. præſumitur l. Plurimū. ff. de iur. & fact. ign. Gail. 1. ob. 1. n. 9.* Et parti quidem inſinuatum priuilegium eſſe ſupplicans in ſupplicatione narrare debet. *Gail. d. loc.* Si antehac non ſit inſinuatū priuilegium, ipſum originale (quòd non credatur exemplis priuilegiorū, niſi originaliter, vt loquuntur, Cameræ præſentata fuerint) cum ſupplicatione exhiberi, & narrari debet, priuilegium iam tùm ad partis notitiam perueniſſe. *Gail. d. loc.* Ideò autem hæc inſinuatio neceſſariò requiritur, quòd priuilegia Iudici & parti non inſinuata nihil proſint. *Gail. d. obſ. 1. num. 11. per text. in Auth. in med. lit. non ſier. ſacr. form. l. ſi quis per diuinam. & l. ſi. C. de aquæduct.* Siue autem inſinuatio illa, quoad partem, fiat coram Iudice, qui competens omninò eſſe debet. *l. Teſtamenta. & l. Conſulta Diualia. C. de teſtam. Gail. d. obſ. num. 12.* Siue in præſentia Notarij duorumque teſtium, perindè eſt. *Gail. d. obſ. nu. 13.* Videntur omninò de hac priuilegiorum inſinuatione *Magnificus, Nobiliſſimus, & celeberrimus Iurecōſultus Ludouicus Schvvartzmaierus à Schvvartzenau. Cæſareæ Maieſtatis Conſiliarius intimus. lib. 2. Miſcellaneor. Iur. & obſeruat. practic. cap. 1.* vbi inter alia eleganter tradit, hanc priuilegiato inſinuandi priuilegij poteſtatem concedi vel ſtatim poſt priuilegij impetrati conceſſionem, vel etiam tempore ſubſequenti, quamuis cōſultiùs ſit, vt inſinuatio, primo quouis tempore fiat, quò priuilegiatus iniuria aliqua effectus aut læſus eò faciliùs & meliùs proceſſus impetrare queat, & ijdem illi; deſiderata priuilegij ritè facta inſinuatione non denegentur.

## VIII.

## Item vmb Sachen die Keyſerlichen ᵃ Regalien belangendt.

ᵃ Regalien.] Quoniam frequens eſt de Regalibus ſermo, materia autem ſiue doctrina illorum non tàm in iure noſtro vel ab eius interpretibus declarata, quàm ſumma eorundem dignitas merebatur, & ſolum *c. 1. de Regalib. in vſib. feudor.* ſcriptum proditúmue habemus quod tamen non omni Regalium generi conuenit, ſciendum eſt, Regalia eſſe iura, quę ſoli Imperatori in ſignum ſummę præeminentiæ, & remunerationem maximi laboris, quem pro Romano Imperio & gubernando & defendendo, & ſalute illius dies noctesque procuranda ſuſtineri competunt. *Borch. in explic. c. vnic. Quæ ſint Regal. nu. 12. Hermann. Vult. de feud. lib. 1. cap. 5. num. 7.* Vnde & Regalia dicta ſunt. Regem namque in iure feudorum Imperatorem interpretamur. *Aluarōt. in c. 1. in princ. de nou. form. fideli. 1. Iſern. in c. 1. num. 1. & ibid. Afflict. nu. 5. Quæ ſint Regal. Roſenth. in Synops. feud. cap. 5. nu. 2. Ioh. Ign. in l. Neceſſarios. §. nouiſſimè. ff. ad Senatuſ. Syllan. Rol. à Valle. conſ. 1. nu. 15. vol. 2. & conſ. 4. nu. 14. vol. 3.* Dixi Regalia ſoli Imperatori competere. *Quod idem affirmant. Bal. Iſer. Aluar. in c. 1. quæ ſint Reg. & idem Iſer. in c. 1. de nou. form. fid. Curt. Iun. de feu. p. 2. de feu. Laic. n. 7. Herm. Vult. d. c. 5. nu. 6.* Quod igitur alij præter Imperatorem regalia quoq; habent & poſſident, id omne ab Imperatoris larga cōceſſione & in feudatione proficiſcitur. *Bald. in c. 1. num. 1. & ibid. Aluarot. nu. 4. Præpoſ. num. 1. Matth. de Afflict. nu. 1.* Quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. *Bartol. in l. 1. num. 15. ff. de iuriſd. Marant. de iudic. p. 4. diſt. 5. nu. 3. Frideric. Pruckman in elegantiſſimo ſuo tractatu de Regal. cap. 1. nu. 16. Borch. in d. c. 1. Quæ ſint. Regal. Herman. Vult. d. c. 5. num. 6. Sneid. in Epitom. in vſus feud. p. 2. nu. 98.* vbi Regalia Regi & Imperatori tantùm competere, & neminem ea habere poſſe, ni-

ſe, niſi ex conceſſione Principis vel Regis, à quo omnes dignitates tanquam à fonte fluunt. *l. Sacrilegij cum ibi notat. C. de diuerſ. Reſcript.* eleganter annotauit. Hæc Regalium conceſſio & infeudatio non valet, niſi Imperator in ea expreſsè vtatur clauſula motu proprio vel ex certa ſcientia. *Seyſſell. in ſpecul. in Rub. Qui feud. dar. poſſ. Nicolaus Intrigliol. in tract. nou. de feud. q. 32. num. 4. Afflict. in prælud. Conſtit. Regn. Neapol. q. 24. nu. 2.* vbi ſubijcit, ſi Regalia ad ſtatum Regis publicum deputata per Regem alienata ſeu particularibus quibuſdam perſonis in feudum conceſſa fuerint, ſucceſſorem in regno non teneri illas alienationes ſeu conceſſiones ratas habere. *Iaſ. in prælud. feudor. num. 80. verſ. & circa. Petrus de Gregor. in tract. conceſſ. feud. p. 1. q. 5. verſ. 3. Limito. Laudens. in c. 1. in princ. de his qui feud. dar. poſſ. Omphal. lib. 2. de offic. & poteſt. princ. cap. 22. num. 18. Henning. Göde. conſ. 2. nu. 5. & 6. Borch. in d. c. 1. Quæ ſint Regal. nu. 15.* De effectu clauſularum ex motu proprio & ex certa ſcientia *vide Intrigliol. d. q. 32. num. 6. & ſeqq. Anton. Gabr. lib. 6. concluſ. tit. de clauſ. concluſ. 2. Borch. in d. c. 1. num. 14. & ſeqq.*

Atque hæc quidem Imperatoris expreſſa Regalium eſt conceſſio. Tacita etiam quaſi Imperatoris conceſſione præſcriptione nimirùm tanti temporis, cuius initij memoria non extat, Regalia acquiruntur. *text. ſingul. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea de verbor. ſignif. Præpoſ. in c. 1. num. 2. Quæ ſint Regal. Sneid. d. p. 2. num. 104. Borch. in d. c. 1. Quæ ſint Regal. Iacobin. de feud. ſup. verbis cum mero mixtoq; imperio. nu. 19. Idem Iacobin. ſuper verbo Princeps. verſ. ſed an princeps. nu. 10. Roland. à Vall. conſ. 3. nu. 82. lib. 1. Crauett. conſ. 54. num. 8. Göde. conſ. 3. num. 24. & conſ. 32. num. 8. Intrigliol de feud. q. 39. num. 49.* Ratio eſt, quòd tempus immemoriale habeat priuilegij à Principe expreſsè & ex certa ſcientia conceſſi. *Borch. in d. c. 1. n. 17. vbi latè vide de effectu temporis immemorialis & Intrigliol. d. q. 39. n. 49. & ſeqq.* vbi fusè & eleganter cum allegatione multarum autoritatum de virtute & poteſtate temporis immemorialis diſcurrit & *Garz. de expenſ. cap. 9. à num. 16. vſque ad 23. & Andream Knich. in doctiſſimis ſuis Commentariis in ius Duc. Saxon. cap. 1. pag. (mihi) 70.*

Regalia duplicia ſunt Maiora & Minora. Illa ad Imperatoris ſupremam dignitatem, hæc ad illius fiſcum & vtilitatem pertinent. *Borch. d. c. 1. num. 3. & 5. Vul. d. cap. 5. num. 7.* Maiora Regalia ſunt ſpurios legitimare, famæ natalibuſque reſtituere, veniam ætatis concedere, Academias confirmare & priuilegiis munire, feuda regalia vt Marchionatus, Ducatus, Comitatus conferre. *Borch. in d. c. 1. Quæ ſint Regal. num. 4. Vult. d. cap. 5. num. 7.* Regalia minora recenſentur in *d. c. 1. Quæ ſint Regal.* vbi & fusè ab interpretibus explicantur.

Cæterùm quid ſint Regalia, quotuplicia, & quis ea conferat, poſteaquam vidimus, inquiramus nunc in veritatem illius Autoris noſtri pronunciati, quo affirmat, Regalium cognitionem in prima inſtantia ad Cameram pertinere. Quòd non pertineant, inde firmum licet argumentum ducere, quòd nuſquam illud ſpecialiter in Ordinatione Cameræ ſancitum reperiatur, & aliâs de caſibus non exceptis ſecundum regulam ſuam iudicari ſoleat. Si enim inter Principes de regalibus illis ſit contentio, ea in prima inſtãtia eâdem Auſtregarum viâ, quâ aliæ cauſſæ, pertractanda erit, maximè cùm, vt paulò antè dixi, ſpeciali aliqua ſancita prohibitione ab Auſtregarum proceſſibus inter principes vſitatis non ſit exemta. Immò quoniam plerunq; Imperator hæc Regalia Principibus, Ducibus, Comitibus, Marchionibus, in feudum concedere ſolet, ſi inter ipſos Principes de iis controuerſia exiſtat, dominus feudi, Imperator nimirum, Iudex erit, & viciſſim ſi inter Imperatorem & aliquem Imperij Principem de Regalibus lis intercedat, eam per pares curiæ terminari neceſſe eſt. *c. Imperialem. §. præterea de prohib. feud. alien. per Frid. c. 1. §. ſi inter de alien. patern. feud. c. 1. ibi per laudamentum parium. de feud. ſine culp. non amit. cap. 1. §. fin. ibi per iudicium parium. Quo temp. miles inueſtit. peter. ſole. cap. 1. de controuerſ. feud. ap. pares terminand. Franc. Curt. de feud. p. vlt. nu. 34. Mynſing. cent. 1. obſ. 99. & cent. 5. obſ. 75. Hartmann. Hartman. in pract. obſeru. tit. de feud.*

*feud.obſ.22.Borch.de feud.c.10.nu.5.* Quid? quòd, quia cum feudis, Regalibus regalia iſta immediatè cohærent, & tãquam acceſſorium ex principali ſuo dependent, vt communis Germaniæ conſuetudo ſatis ſuperq; docet, vſque adeò, vt Duces, Comites, Marchiones, Principes de Regali feudo inueſtiti non modò regalia minora in Ducatu, Comitatu, Marchionatu, aut Principatu exiſtentia, verùm etiam regalia maiora, quæ in ſignum ſuperioritatis, & præeminentiæ Imperatori reſeruata ſunt, acquirant *Seyſſell.in ſpecul.feudor.in Rubr. Qui feud.dar.poſſ.Caſt.conſ. 34.in 2.part.Roland.à Valle.conſil.68.num.20.in 1.volum.Alex.conſi.2.num.9. Borch.in d. c. 1. Quæ ſint Regal.* & pertinentiarum in conceſſione mentione facta regalia quoque contineri ſcribant. *Deci.conſi.123.num.25.& 34.Oldrad.conſi.252.num. 8.Iaſ.conſi. 45.num.4.verſ. quartò.volum.1. Caſtrenſ.conſi. 63.num.3.in princ.vol.1.Loffred.conſi.24. num.32.Pariſ.conſi.9.num.19.volum.1.Natt.conſi.435.num.6.& ſeq.volum.1.Cephal.conſ. 150.num.9.& 11.* ſicut Imperator de feudis Regalibus veluti, Ducatu, Marchionatu, Comitatu ſibi ſoli cognitionem expreſsè reſeruauit. *p. 2. ord. tit. 7.* ita quoque ad ipſum ſolum, de hiſce iuribus, quæ regalia vocamus, cognitionem pertinere dicendum videatur, quòd connexorum idem ſit iudicium. *c. tranſlato de conſtit. gloſſ.ibid.in verb. quòd de vno. c.inter cæteras de reſcript.l.proindè ſi ſeruus.ff. ad l. Aquil.l. Arbor.ff.Commun.diuid.l. Quæ religioſis.ff.de Rei Vendic.Gail.1.obſ.38.nu.8.* Neque quiſquam ex Cameralibus ſcriptoribus quod ego quidem ſciam, monuit, Regalia in prima inſtantia ad Cameram pertinere.

Ne verò, quid de hac quæſtione mei ſit iudicij, in medio relinquere aut ſtoicorum more ἐπέχειν velle videar, ſic ſtatuo, ſi inter eos, qui Auſtregarum priuilegio gaudent, de Regalibus contentio exiſtat, de ea coram Auſtregis cognoſci, ſi verò Cameræ iuriſdictioni ſubiectus, qui primæ inſtantiæ priuilegium non habeat, in cauſſa regalium conueniri debeat, eum in Camera conueniri oportere, reliquis mediatè imperio ſubiectis ordinario iudicio reſeruato *per vulg. l. fin. C. vbi in rem act.* ex hac vnica ratione, quòd nuſpiam in ordinatione Cameræ ſancitum reperiatur cauſſas Regalium in prima inſtantia ad Cameram pertinere. Neque obſtat, quòd obiectum fuit de feudis regalibus propter expreſſam factam reſeruationem ſolum Imperatorem iudicare, & quia cum feudis regalibus illa quoque iura, quæ regalia vocantur, cohæreant, ad Imperatorem cognitionem ipſorum pertinere. Negandum enim eſt, ea neceſſariò cohærere, ea feudorum regalium eſſe neceſſaria acceſſoria, quòd regalia etiam per ſe ſola concedi poſſint. *Hermann.Vultei.in doctiſſimo ſuo tractat. de feud.lib.1.cap.5.num.7.* neque, ſi expreſſa non ſint, in generali conceſſione veniant, quam communem Doctorum opinionem eſſe atteſtatur ibidem *Vult.per.c.4.de offic.deleg. c. 1. de Capitan. qui curiam.vendid.c.fin. de offic.Vicar.in 6.l.1.§.qua de re.ff. de poſtul. Alberic. in l. Quoties.C. de precib. Imperat.offerend.Aluarot.in c.1.§.in generali. not.2.ſi.de feud.defunct.cont.fuer. Rol.à Vall.conſi.42.num.7.& 8.vol.2. & conſ.4.nu.46.& ſeq.vol.3. Decia.conſi.123.nu.10. & conſi.124.num.11.vol.3.Menoch.conſi.20.num.24.vol.1.VVeſenb.conſi.46.nu.21.Schrader.de feud.cap.1.num.27. Vult.d.loc. Henning. Gode.conſi.23.num. 8. Molin.in conſuetud. Pariſ.§.1.gloſſ.5.num.5.p.1.Rutger.Rulant.in tract. de Commiſſar. & Commiſſ. Camer.p.1. lib.5.ca.18.nu.15.* Et ſolam feudorum regalium nempè Ducatus, Comitatus, Marchionatus cognitionem non autem illa ipſa iura, quæ regalia vocantur ſibi reſeruauit Imperator *in p.2.tit.7.* In non igitur exceptis ſtabitur regulæ, quòd Rei vel rerum controuerſarum iudex ordinarius adiri debeat. *d.l.fin.p. 2.ord.tit.1.*

*IX.*

## Pro Monitorialibus in den Anſchlägen/ & [a] pro Salario deſeruito.

[a] Salario deſeruito] Aduocati, Procuratores, & Commiſſarij Cameræ non tenentur pro exigendo ſuo ſalario adire iudicem illius ordinarium, qui ſalarium aut totum aut partem illius aliquam reſiduam ſoluere detrectat, ſed rectè Cita-



Digitized by Google

tionem & Monitoriales in Camera & petunt & impetrant tùm propter connexitatem & continentiam cauſſarum, tùm quia ratione ſalarij in Camera quaſi contraxerunt, ex contractu autem quem forum ſortiri certum eſt *per text. in l. Hæres abſens. §. fin. ff. de iudic. & l. Contraxiſſe. ff. de oblig. & act. Gail. 1. obſ. 1. num. 37.* tùm verò etiam quoniã de cauſſa principali iudicauit Camera, iuri & æquitati quoque conueniens eſt, ipſam de omnibus acceſſoriis ab ea dependentibus iudicare, ne contra iuris præcepta ſuper eadem re diuerſi iudices adeantur. *l. Nulli C. de Iudic. Rutger Rulant. in tract. de Commiſſar. & Commiſſion. p. 1. libr. 8. cap. 7. numer. 21. Petr. Frider. libr. 3. de proceſ. qui de continentia cauſſarum inſcribitur.* Cæterùm quod de Monitorialibus dictum eſt, id per viſitationis receſſum eſt immutatum. Citationes verò decernuntur, vt conſtat, vtrùm Aduocati & procuratores licitè cum partibus ſiue clientibus contraxerint, an verò illicitè contra *l. litem. C. de Procuratorib. Gail. 1. obſ. 44. num. 5.* Attamen cum labores Aduocatorum & Procuratorum iudicialiter taxati fuerint per ſententiam Iudicis & pars eſt in mora ſoluendi, tunc ſuper illo debito tanquam per ſentẽtiam liquido rectè præceptum monitorium vel executoriales decernuntur. *Gail. d. obſ. 44. nu. 6.* Quando autem Aduocati, Procuratores, & Commiſſarij ſalarium petere debeant & poſſint, non ſatis conuenit inter interpretes. Exiſtimant nonnulli, illud in initio litis ſoluendum eſſe, *vt Spec. & Iohan. Andr. in tit. de ſalar. §. ſequitur verſ. ſed quando ſoluetur. Alex. in l. diem functo. nu. 7. de offic. Aſſeſſor.* Sunt, qui in medio litis & Commiſſionis tempore ſalarium petere ſuadẽt, ex hac ratione, quòd tùm faciliùs à parte exigi poſſit, vt quæ perſuaſum ſibi habeat, hoc pacto ſe apud Aduocatum, vel Procuratorem, vel Commiſſarium effecturum, vt maiorem in cauſſæ expeditione diligentiam adhibeat. *Bart. in l. Properandum. §. in illo in vlt. not. C. de iud. & l. Archiatri. C. de Profeſſ. & Medic. Afflict. deciſ. 123. Hier. Mag. deciſ. Florent. deciſ. 11. nu. 12. Mynſing. cent. 3. obſ. 7. num. 5.* vbi, licet ab initio litis ſalarium Aduocato non debeatur, pendente tamen lite illud deberi affirmat, allegans *Bartol. in d. l. Properandum & Guid. Papa deciſ. 190. in honorariis.* Alij finita demum cauſſa ſalarium deberi idque communiùs exiſtimârunt *Rebuff. de ſentent. prouiſ. art. 3. gloſſ. 7. num. 7. Mag. d. deciſ. num. 11. Guid. & Salycet. in l. 1. C. de Suffrag. Iaſ. in d. l. Diem functo. num. 11. quibus adde, quod notat Bartol. in l. Archiatri. per illum text. C. de Profeſſ. & Med. lib. 11. gloſ. in l. Venditor. §. ſi conſtet. verb. ſalarium. ff. commun. prædior. Innoc. Iohan. Andr. Anton. de Butr. & communiter. DD. in cap. propter ſterilitatem de locat.* Et hæc poſtrema ſententia in Camera ſeruatur. *Mynſ. d. obſ. num. 5. Rutger. Rulant. d. c. 7. num. 18.* vbi duas præcedentes vias in puncto commiſſionis ex Stylo Cameræ non obſeruari, ſed finita demum commiſſione ſalarium exigi debere, ſtatui atteſtatur. Quali autem remedio Aduocati, Procuratores, & Commiſſarij aduerſus clientes ſiue partes ſalarium ſoluere detrectantes vtantur, diſcetur ex ſequenti diſtinctione. Aut enim pacti ſunt ſalarium, & tunc competit condictio certi, vel actio ex ſtipulatu. *Gail. d. obſ. 44. num. 3. Rutger. Rulant. d. c. 7. num. 26.* vbi etiam quo ad Commiſſarios condictione ex lege. *arg. l. 1. ff. de cond. ex leg.* agi poſſe ſcribit, quaſi ſcilicet ratione taxæ Commiſſariis in Camera factæ & ita ex noua illa conſtitutione condictio locum habeat. Aut certum aliquod pactum ſiue conuentionem de ſalario non inierunt, & tunc Iudicis officio implorato peti poteſt. *Rulant. d. cap. 7. num. 22.* & quidem mercenario officio illud expediri communiter placuit *Viuius lib. 2. in verb. Aduocat. num. 7.* Rationem. *Rulant. in d. loc.* duplicem aſſignat, tùm quòd aliâs actiones deſtituti iudicis officium implorare poſſint. *arg. l. Ius dicentis officium. & ibi DD. ff. de iuriſd. l. Non tantùm vbi Bartol. ff. de petit. hæred.* tùm quòd in publicis operum ſalariis non competat priuata ordinaria actio, ſed extraordinariè officium Iudicis imploretur. *l. 1. §. Diuus. ff. de extraord. cognit. Bart. in l. 1. ff. Si menſ. falſ. mod. dixer. Canoniſt. in c. quia iudicante de præſcript. Rulant. d. loc. num. 24.*

Vmb

Digitized by Google

X.
**Vmb Beſcheid.**
XI.
**Vmb Vrtheil.**

Intellige in cauſſis vel per appellationis viam ad Cameram deuolutis, vel ex natura ſua aut reſpectu reorum conuentorum eò in prima inſtantia pertinentibus, & tunc vera eſt autoris noſtri ſententia. Poteſt enim ſupplicatio non tantùm ante proceſſum, ſed etiã in proceſſu offerri Als da man vmb fürderlich Beſcheid ſuppliciert. *Petr. Frid. lib. 1. de proceſſ. c. 2. nu. 4.*

XII.

## Vmb Zulaſſung des Eydes der Armut.

Etſi Aduocati & Procuratores compelli poſſunt, vt gratis pauperib. inſeruiant. *gloſſ. notab. in l. 2. C. de prox. ſacror. Scrin. lib. 12. Couarru. practicar. quæſt. cap. 6. num. 4. Domin. Soto Theologus doctiſſimus lib 5. de iuſt. & iur. quæſt. 8. artic. 1.* vbi Aduocatum patrocinium ſuum pauperi detrectãtem mortaliter peccare ſcribit, idq; non ſolùm ſub pœna pecuniaria, ſed etiam priuationis officij. *l. Prouidendum. §. ſi quis verò. C. de poſtul. l. 1. §. & vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. Gail. 1. obſeru. 43. num. 11.* Iudex etiam ſine exactione ſportularum gratis cauſſas ipſorum cognoſcere teneatur. *Mynſing. centur. 4. obſeru. 97. num. 5. allegans Pariſ. de Put. in tractat. de Syn. verſic. expenſæ. Gail. d. obſeru. 43. num. 15. & 16. per text. in §. Sit tibi quoque Authent. de mand. princip. l. Nulli licere. §. poſt vnius. C. de Epiſc. & cleric. l. tam demẽtis in fi. C. de Epiſc. audient. §. ſi quis autem. verſic. Hoc autem. Auth. de iudic.* ex quibus fundamentis aſſerit ibidem Gail. quòd Iudex inferior acta pauperibus gratis in Camera tanquam iudicio ſuperiori edere teneatur, ne iuſtitia pereat, hoc tamen in Camera intelligendum eſt de extrema paupertate laborantibus, & qui iuramentum paupertatis ibidem præſtiterunt. *Gail. per ea, quæ d. loc. num. 18. allegat. part. 1. ordin. tit. 19. §. final.* Formula illius iuramenti habetur *part. 1. ordin. tit. 68.* Continetur inter cætera illius iuramenti capita, quod, ſi cauſſam obtinuerint, vel ad pinguiorem fortunam peruenerint ſumtus ijs, quibus debeantur, refundere & reſarcire debeant, verb. Vnd ſo jhr ewer Sachen mit Recht behalten oder ſonſt zu beſſerm Vermögen kommen werdet / daß jr als denn jedr nach ſeiner Gebür Zahlung vnd Außrichtung thun wöllet / alles trewlich vnd vngefährlich. Quod introductum eſt ad exemplum eorũ, qui bonis ceſſerunt, qui ſi ad pinguiorem fortunam peruenerint, perſoluere tenentur, deducto ne egeant. *text. in §. final. Inſt. de Action. Gail. d. obſeru. 43. num. 19.* Quis autem pauper ſit, ex illa iuramenti formula diſcitur, quis aliàs, Iudex ex perſonarum & rerum qualitate facilè arbitratur, ideoq; hoc iudicis arbitrio permittendum eſſe communiter docuerunt *Doct. Accurſ. in Auth. Præterea. C. Vnde vir & vxor. Bart. in l. ſi conſtante num. 14. ff. ſolut. matrim. Bald. in d. Auth. præterea,* vbi hanc opinionem communem dicit *Couarru. variar. reſolut. c. 6. lib. 7. num. 8.* vbi itidem de communi atteſtatur *Iaſ. in d. l. ſi conſtante. num. 148.* vbi hanc communem opinionem eſſe affirmat *Maſcard. de probat. volum. 3. concluſ. 1154. num. 8.* vbi in hanc ſententiam communiter itum eſſe, vt id totum iudicis arbitrio relinquatur, expreſsè ſcribit, idque plurimis autoritatibus firmat. Quod autem ab autore refertur hoc loco petitio ſiue ſupplicatio pro admiſſione ad iuramẽtum paupertatis præſtandum inter cauſſas in quibus Camera in prima inſtantia aditur, id non aliter procedere puto, quàm ſi pauper ille aliquem immediatè Cameræ ſubiectum, qui primæ inſtantiæ ſiue Auſtregarum priuilegio careret, conuenire vellet.

XIII.

## Vmb Executorial vnnd Anruffung deß Weltlichen Gewalts.

XIV.

## Vmb Commiſſion.

Intellige hoc in Commiſſione, quæ fit pro recipiendis & examinandis teſtibus ad perpetuam rei memoriam, & ſi Reus immediatè imperio ſuppoſitus ſit. Nihil enim attinet, ſitnè actor mediatè imperio ſubiectus. *Gail. 1. obſeru. 1. num. 16.*

*num.16.* Sed quid obtinet, ſi Reus ille reſpectu actoris habeat beneficium primæ inſtantiæ ſiue Auſtregarum, vel vtraque pars imperio immediatè ſubiecta ſit, & Auſtegarum priuilegio gaudeat, vel inter Principem & Comitem, vel inter Comitem & alium Comitem, vel Baronem, vel Nobilem imperio immediatè ſubiectum, vel inter Principem & Baronem, vel inter Baronem & Nobilem (de quib. Auſtreg. ſuprà dictum eſt) controuerſia ſiue lis exiſtat, ſuper qua neceſſitas cauſſæ requirat vt ſuſcipiatur Commiſſio pro recipiendis & examinandis teſtibus ad perpetuam rei memoriam, num nihilominus in Camera in prima ſtatim inſtantia, an verò coram Auſtregis illa peti debeat commiſſio? Sanè coram Auſtregis petendam illam eſſe iubet indubitata hæc iuris theorica, quod ad obtinendam Commiſſionem ad perpetuam rei memoriam Iudex cauſſæ principalis, ſiue petatur ab actore, ſiue à Reo, adiri debet, ſiue quòd ille ſit iudex Commiſſionis illius competens, ad quem litis futuræ cognitio pertineat *Ferrarienſ. in form. capitul.* Quomodo teſtes producatur ad æternam rei memoriam. *Panorm. in c. Quintauallis. num. 39. in fin. de iureiur. & in cap. ſi quis contra. num. 3. de for. compet. & in repetit. eiusd. num. 3. Felin. in c. ſignificauit extra de teſtib. Imbert. in inſt. forenſ. c. 43. Bart. in l. Societatem 76. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. & in l. cum in § tranſact. ff. de tranſact. Hartman. obſeru. 8. lib. 2. Schrader. prolixè poſt alios de feud. 2. part. 1. part. princip. ſect. 13. num. 11.* vbi ex hoc fundamento infert, ſi de priuatione feudi inter dominum & vaſallum agatur, commiſſionem ad perpetuam rei memoriam coram paribus curiæ petendam eſſe. *Gail. 1. obſeru. 93. num. 1. Nouiſſimè Rutger. Rulant. in tractat. de Commiſſar. & Commiſſ. Cameral. Imper. par. 2. lib. 1. c. 2. num. 4.* Iam verò cauſſæ principalis iudices ſunt iudices Auſtregarum. *Gail. d. obſeru. 93. num. 5.* Ergo Commiſſio pro recipiendis teſtibus ad perpetuam rei memoriam coram Auſtregis petenda eſſe videtur.

Verùm ratione illa non obſtante de Stylo Cameræ in petenda Commiſſione ad perpetuam rei memoriam priuilegium primæ inſtantiæ ſiue Auſtregarum non habet locum, ſed ſtatim ad Cameram iri oportet. *Gail. d. obſeru. 93. nu. 2. Mynſing. centur. 1. obſeru. 18. Rutger. Rulant. d. c. 2. num. 8.* vbi in hanc ſententiam nouiſſimè in Camera decretum fuiſſe ſcribit in cauſſa Hanaw contra Maynz / & licet Elector Moguntinus excepiſſet, cauſſam ad Außträg pertinere, proindeq; inhibitionem peteret, proceſſus tamen ipſi fuiſſe denegatos. Sic ſimiliter decretum fuiſſe ſcribit in cauſſa Naſſauw Sarbrücken / contra Naſſauw Dillenberg. Ratio eſt, quòd, ſi ſolennitates illæ in requirendo Reo principe vel Comite & poſtea nominando principibus, ex quibus vnus eligendus eſſet, de qua electione poſtea certior fieri deberet Reus, & alia omnia, quæ præciſè ordinatio requirit, obſeruanda eſſent, vt ſanè ad vnguem ſeruari oportet, *Gail. 1. obſeru. 1. num. 36.* interim propter moram parti petenti cum magno ſuo & irrecuperabili damno facultas probandi periret. Vt autem aliâs, cum periculum in mora eſt, receditur à regulis iuris communis. *l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de nou. oper. nunc. Roman. ibid. num. 1.* ſic quoque hoc caſu, quam rationem affert & declarat *Gail. d. obſeru. 95. num. 2.* ſicut & in alijs caſibus, vbi periculum ſubeſt, non habent locum die Außträg / ſed mandata ſine clauſula decerni poſſunt, pro vt factum fuiſſe ſcribit *Rulant. d. c. 2. num. 9.* in cauſſa Hanaw contra die vier Dörffer in Hatgaw. Item Hanaw contra Pfaltz. Rationem hanc Gailij tanquam nimis generalem, & quæ ad integram Commiſſionis ad perpetuam rei memoriam materiam ſpectet, reprehendit *Rulant. d. loc.* Itaque hanc ſibi ſpecialiorem videri ſcribit, quòd iudices vigore ordinationis ſint incerti, ac aliquot nominandi, ex quibus demum vnus eligatur, interim dum illud fiat, etſi multorum ſumtuum occaſio præſtetur, nihilominus tamen ſæpè parum proficiatur, quam quidem ſpecialitatis cauſſam ſubeſſe ibi ſubijcit. Verùm, quod bona cum pace tanti viri dixerim, in effectu inter vtramque illam Gailij & hanc Rulanti nulla planè eſt differentia. Non enim ſolum periculum

in mo-

Digitized by Google

in mora conſiderat Gail. ſed & eandem illam, quam Rulantus, ſolennitatum in Auſtregis prolixam varietatem, quæ periculum creare ſolet, &, ſi obſeruaretur, totam probandi facultatem parti petenti ſæpenumero auferret. Altera, quam affert, melior eſt, quòd nimirum iudices vigore ordinationis ſint delegati, qui nunquam poſſint decernere Commiſſionem ad perpetuam rei memoriam ante litis conteſtationem, nec ordinariam quidem concedendi poteſtatem habeant, vt in cauſſa Magdeburg contra Herrn Iulium Hertzogen zu Braunſchweig obſeruatum fuiſſe ſcribit *Rulant. d. loc. nu. 18.* Cæterùm Commiſſarius examen ſuò ſigillo obſignatum ad Cameram tranſmittet, vbi tamdiu aſſeruatur, donec, lite coram Iudicibus vigore ordinationis cœpta, ad partis producentis inſtantiam à Iudice Cameræ repetatur, & poſtea lite conteſtata publicetur. *Gail. d. obſeru. 93.* quòd & horum teſtium publicatio ante litis conteſtationem fieri non poſſit. *Gail. d. obſeru. 93. num. 6. Verùm de hac infra, volente DEO, pleniùs in part. 7.*

XV.

Vmb ernſtlicher Inhibition.

XVI.

Vmb ernſtlicher Compulſorial.

VIII.

**Item wann viel oder mehr Mitbeklagten einer Sachen / welche mancherley Richter / mag wider dieſelben ſamptlich / damit die Sachen nicht gedrehet werden / in erſter Inſtantz vmb Proceß vnd Citation ſupplicirt werden.**

Hoc facit cauſſarum continentia, quæ eſt indiuidua quædam rerum, quarum τὰ ἔσχατα ſiue extrema tàm arctè cohærent inter ſeſe vt vnum eſſe videantur, eandemq; tractationem propterea deſiderent, connexio, vti ferè ad verbum tradit Frider. in elegantiſſimo ſuo Tractatu de continentia cauſſarum *c. 1. nu. 6. per l. Pomponius. 15. l. cum 17. §. planè ſi quid connexum. ff. de negot. geſt. l. ſi cognati. 21. C. eod. tit. arg. l. 43. l. 44. l. 59. ff. de Rei Vend. l. penu. ff. de ſeruitut. legat.* Ea autem, quæ hac ratione connexa ſunt, vt aliâs natura diſtrahi non patitur, ſic neq; leges, quæ naturam imitantur *argu. l. adoptio 16. ff. de adopt. & §. Minorem natu. Inſt. eod. tit.* in diuerſorum iudiciorũ cognitionem cauſſæ continentiam diſtrahi patiunt, immò pœna propoſita expreſsè prohibent. *l. Nulli 10. & tradunt ibi communiter. DD. C. de Iudic. tot. tit. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat. arg. l. fin. C. de in ius vocand. l. Quoties. 3. C. de iud. l. 1. & trib. ſeqq. C. de ordin. iudic.* Rationes, cur diuidi cauſſæ continentia non debeat, præcipuæ hæ ſunt, primò, ne quis ſuper eadem re in diuerſis iudiciis inuitus litigare cogatur, quam Imperator *in d. l.* Nulli hiſce verbis eleganter tradit, cùm Nulli, inquit, prorſus audientia præbeatur, qui cauſſæ continentiam diuidet, & ex beneficij prærogatiua id, quòd in vno eodemque iudicio poterat terminari, apud diuerſos iudices voluerit ventilare, pœna ex officio iudicis imminente ei, qui contra hanc ſupplicauerit ſanctionem, atque alium ſuper poſſeſſione alium ſuper principali quęſtione iudicem poſtulauerit. Secũdò ne Iudex & partes inanib. ſumtibus, laboribus, ac moleſtiis vexentur, ne pars alterutra pertæſa tandem tot moleſtiarum aut ad inopiam redacta aut iure ſuo planè cedere, aut magno cum diſpendio ſuo cum aduerſario tranſigere cogatur. *c. fin. extra de reſcript.* Tertiò vt hac ratione malitiæ hominum, qui cauſſæ ſuæ iniquitatem prolixis litium telis atque inuolucris in multas ætates extrahere ſtudent, obuiam eatur *d. c. fin.* Quartò quoniam Reipublicæ intereſt, vt lites abbreuientur. *l. Properandum in princ. C. de Iudic.* Plures rationes affert Frider. *c. 2. de continent. cauſſar. in princ.* Colligitur hinc, continentiã cauſſarum Cameræ Imperialis iuriſdictionẽ in prima inſtantia fundare. *Gail. 1. obſ. 1. n. 22. & lib. eodem obſ. 32. nu. 1. Mynſing. cent. 1. obſ. 4. Et ead. cent. obſ. 97.*

*Petr.*

Digitized by Google

*Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de proceſſ. cap. 20. num. 10. Rutger. Rulant. in tractat. de Commiſſ. & Commiſſionib. Cameræ Imperial. p. 2. lib. 1. cap. 2. num. 6. Schvvanmann. proceſſ. Cameral. lib. 1. cap. 6.* Porrò de exceptionibus non diuidendæ continentiæ ſiue connexitatis cauſſæ generaliter notãdum eſt, eas ad ſimilitudinem aliarum exceptionum declinatoriarum ante litis conteſtationem opponi debere, & oppoſitas impedire litis ingreſſum. *c. inter monaſterium de re iudic. cum ſimil. Gail. 1. obſ. 23. nu. 13. Mynſing. d. obſeru. 97. Frider. de contin. cauſſar. cap. 2, num. 5.* ſi verò non opponantur, proceſſum coram vtroque iudice factum valere. *DD. in d. l. Nulli. C. de iudic. & ibi Bald. num. 3. Iaſ. num. 6. Alex. num. 4. Felin. in c. ex tenore. num. 18. de reſcript. Gail. d. loc. Mynſ. d. obſ. 97. Frider. d. loc.* vbi hanc communiſſimam opinionem eſſe tradit.

Venio nunc ad cauſſarum continentiam, quam Doctores non perindè diſtribuunt. *Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. caſ. 372.* ſex exemplis illam circumſcribit. Primò ratione petitorij & poſſeſſorij. Secundò ratione generalis actionis plures res continentis, vt actio tutelæ. Tertiò quando res vel hæreditas, inter ſocios & fratres communis diuidenda eſt, atque ſuper illa controuertitur. Quartò ratione delicti à pluribus commiſſi. Tunc enim omnes ab vno & eodem iudice puniendos. Quintò ratione vnius & eiuſdem actionis, verbi gratia, Creditor non poteſt vnam partem debiti petere coram vno Iudice, alteram coram alio. Sextò ratione inſtituti examinis & conferendi gradus, quo reſpectu Scholaſticus examinatus Patauij non poteſt ſuper illo examine doctorari Piſis. *Menoch. d. loc. Petr. Frider. Mindan. in tractatu ſuo de continentia cauſſarum. cap. 2. num. 4.* in latiſſima ampliſſimaq; ſua natura & ſignificatione cauſſæ continentiam conſiderans duodecim illam capitibus generalibus diſtinguit. Primò ratione rerum ſub diuerſis iuriſdictionibus ſitarum. Secundò ratione perſonarum diuerſi fori. Tertiò ratione cœpti litigij. Quartò ratione Reconuentionis. Quintò ratione interuentionis. Sextò ratione cumulationis actionum. Septimò ratione rei & obligationis indiuiduæ. Octauò ratione actionis indiuiduæ. Nonò ratione indiuiduæ ſocietatis & concurrentiæ inhabilis & incapacis cum habili & capace. Decimò ratione pertinentiarum. Vndecimò ratione principalis & acceſſorij. Duodecimò ratione conſequentiæ. *Gailius. 1. obſ. 32.* quadruplicem cauſſæ continentiam facit. Primò ratione plurium perſonarum diuerſis iuriſdictionibus ſuppoſitarum. Secundò ratione rerum ſub diuerſis iuriſdictionibus ſitarum. Tertiò ratione cœptæ inſtantiæ ſiue litigij. Quartò ratione poſſeſſorij & petitorij. Gailius & Menochius in diſtributione in effectu conueniunt, ſi ſingula Menochij exempla ad ſuas claſſes referantur. Gailius quadruplicem facit, quam in effectu dicit eſſe triplicem, eo, vt opinor, reſpectu, quod ſaltem ex quatuor his continentiæ modis ſiue ſpeciebus exceptio non diuidendæ connexitatis ad ſimilitudinem aliarum exceptionum declinatoriarum ante litis cõteſtationem opponi poſſit, *ſicut in eadem obſeruation. 32. num. final.* hanc de oppoſitione iſtius exceptionis admonitionem quatuor illis modis ſubiicit. Neque Friderus ab hac noſtra ſententia longè abeſt, tùm *de continentia cauſſ. cap. 2. num. fin.* ſciendum eſſe ſcribit illam de opponenda non diuidendæ connexitatis exceptione regulam potiſſimum ſaltemq; loqui de continentia ratione rerum & perſonarum diuerſi fori, in reliquis etiam poſt litis conteſtationem magnam connexitatis conſiderationem eſſe. Idem ego affirmo de exceptione litis pendentiæ, vt communiſſimam eſſe fatetur idem *Frider. d. cap. 2. num. 2.* Quibus ita conſideratis triplicem cauſſæ continentiam facio. Prima eſt, cum plures ſunt eiuſdem cauſſæ rei diuerſis iuriſdictionibus ſubiecti, & ad eundem finem agitur, poſſunt propter litis conſortium, ne cauſſæ connexitas diuidatur, coram proximo omnium ſuperiore conueniri. Sic ſi inter plures fratres vel cohæredes diuerſis iurisdictionibus ſuppoſitos contentio ſit de hæreditate adhuc indiuiſa, ad iudicem omnium proximè ſuperiorem eundum eſt. *l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. indic. eatur,* vbi Pomponius Iure-

conſul-

Digitized by Google

cõſultus, ſi inter plures, inquit familiæ herciſcundæ agatur, & inter eoſdem communi diuidẽdo, aut finium regundorum, eundem iudicem ſumendum reſpondet. Præterea (ſubiicit) qui faciliùs coïre cohæredes vel ſocij poſſint, in eundem locum omnium præſentiam fieri oportet. Sicut etiam, ſi ex pluribus tutoribus vnus quòd cæteri non ſint idonei, conueniatur poſtulante eo omnes ad eundem iudicem mitti reſpondet excelſiſſimi ingenij Iureconſultus Papinianus *in l. final. ff. eod. titul. Add. l. omnes. C. arbitrium tutelæ vbi omnes tutores* (eleganter reſcribit Gordian. Imperator) ſeu hæredes eorum, qui adminiſtrauerunt tutelam, ad eundem Iudicem ire debere iam pridem conſtitutum eſt. Cùm igitur patrem tuum cum aliis tutelam adminiſtrâſſe alleges, Præſes prouinciæ eundem Iudicem aduerſus te atque hæredes contutorum patris tui dare debebit, quatenus quiſque condemnari debeat, examinaturum, *DD. in d. l. Nulli. C. de iudic. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. caſ. 371. num. 11. Gail. d. obſeru. 32. num. 3.* Hinc ſi plures ſint litis conſortes quorum vnus tãtùm immediatè, reliqui verò omnes mediatè imperio ſubiecti ſunt, ex continentia cauſſæ, ne illa diuidatur, omnes in Camera conueniuntur. *Gail. d. obſ. 32. nu. 2. per iura allegata. Mynſin. cent. 1. obſ. 4.* vbi præiudicia nonnulla adducit. Videatur pleniùs hæc ediſſerens *Mindanus de cauſſ. contin. cap 4.* Secunda cauſſæ continentia eſt, cum res litigioſæ ſub diuerſis locis & iuriſdictionibus ſitæ vnâ actione vel reali vel in rem perſonali petuntur. Hîc ne connexitas cauſſæ diuidatur eundo ab vno ad alium iudicem ordinarium, pro locorum, vbi res iſtæ ſitæ ſunt, diſtantia, omnium ſuperior Iudex, qui de cauſſa cognoſcat, & negotium dirimat, adiri debet. *d. l. Nulli. C. de Iudic. & ibi communiter Doctor. Gail. dict. obſeruat. 32. numer. 5.*

Quæritur, quoniam in actoris, cui actio perſonalis in rem ſcripta vel rei vendicatio, quæ merè realis actio eſt, competit, arbitrio eſt ad eam perſequendam eligere Rei conuenti domicilium, vel tribunal illius loci, in quo res ſita eſt. *l. fin. & ibi gloſſ. & Doct. C. Vbi in rem act.* ſi res illa ſub diuerſis iuriſdictionibus ſita ſit, & actor ex cauſſæ connexitate ſiue continentia ſibi in Camera proceſſus decerni petat, vtrùm proceſſus ipſi decerni, an verò actor neceſſariò aſtringi debeat, vt ibi, vbi maior pars bonorum ſita eſt, actionem inſtituat. De hoc occurrunt quatuor Cameralium ſententiæ. Sunt, qui proceſſus denegandos exiſtimãt, ne Camera iam tùm multitudine cauſſarum ſatis diſtricta & occupata nimium oneretur. Alij diſtingunt, &, ſi expreſsè narratum ſit, non conſtare, vbi maior pars bonorũ ſita ſit, proceſſus decernendos eſſe exiſtimant, ſi verò illud non narretur, proceſſus itidem denegandos eſſe autumant. Alij, *vt Frid. in tract. de Contin. cauſſ. cap. 4. numer. 14.* nulla inæqualitatis vel æqualitatis bonorum habita conſideratione, quòd maior pars bonorum alibi ſita ſolutioni ſæpè non ſufficiat, ſemper diſpiciendum eſſe ſtatuunt, vtrùm cauſſa ipſa rectè & ex vtilitate litigãtium, actoris præſertim in plures cognitores & executores diſtrahi poſſit: Et tùm non Cameram ipſam adeundam eſſe, ſed iudices rerum ordinarios. Quod tamen ita ibi limitat, niſi in continentia cauſſæ ſe fundare volens non ſolùm exprimat bona ſub diuerſis iuriſdictionibus ſita, ſed ita etiam diſſita, vt nullibi ſingulariter agendo ſufficientem ſolutionem conſequi poſſit. Verior eſt, & non ſolùm expeditior, ac inutilibus diſputationibus, quæ ad cauſſam longiùs extrahendam ducunt, præcidendis magis idoneâ, verùm etiam communi hactenus Stylo in Camera obſeruata opinio, *vt teſtatur Schvvanmann. libr. 1. proceſſ. Cameral. c. 6. num. 7.* indiſtinctè propter cauſſæ continentiam proceſſus in Camera decernendos eſſe. *Pleniùs de hac continentia diſſerentem vide Friderum d. c. 4.*

Tertia cauſſæ continentia eſt, quæ inducitur ex cœpto litigio, quæ facit, vt, ſi lis coram vno Iudice pendeat, non poſſit quis ad alium iudicem vocari, tùm quòd continentia cauſſæ in diuerſos iudices diſtrahi non debeat. *d. l. Nulli. C. de Iudic.* tùm verò etiam, quòd, vbi ſemel iudicium acceptum eſt, ibi quoque finiri

debeat, vt reſpondet *Marcellus Iureconſultus in l.30.ff.de iudic.Gail.d.obſeru.32.num.6.* Vnde intelligitur, hanc excepto litigio cauſſæ connexitatem ſiue continentiam exceptionem litis pendentiæ parere, quâ Actorem vel Reum ab vno ad aliud iudicium ante finitam inſtantiam tranſilire volentem ſubmouemus, ad id, vt, vbi lis cœpta eſt, ibi tantiſper perſeuerare cogatur, donec vel per ſententiam & rem iudicatam, vel per appellationem, vel per remiſſionem, vel per competentem denique auocationem veniâ iudicis vel etiam litigantium conſenſu dimittatur *Frider.cap.5.de continent.cauſſ.num.5.* Quod vſque adeò verùm eſt, vt, ſi quis, poſteaquam in ius vocatus eſt, miles vel alterius fori eſſe cœperit, in ea cauſſa ius reuocandi forum non habeat. *l.7.ff.de iudic.* & qui libellum accepit, etiamſi in aliud officium translatus ſit, miles fortè vel clericus factus, reſpondeat omninò in primo foro, quod ſecundum primam eius conditionem cenſetur competens, nullam habens fori præſcriptionem. *l.fin.* §.*1.C.de in ius vocand.* Citatio enim & litis pendentiam inducit. *clement.2.vt lit.pendent. Frider.d.c.5.num.4.* &, ſi duo iudices concurrentem iuriſdictionem habeant, fori præuentionem operatur. *c.cùm plures, de offic.deleg.Gail.d.obſeru.32.num.9.* Sic poſſeſſorium & petitorium coram eodem iudicio terminari debent, nec poteſt coram vno iudicio poſſeſſoriū, coram alio petitorium intentari, quoniam continentes cauſſæ ſunt, & iudex ex tractatu poſſeſſorij facilimè diſcit & intelligit, quid in cauſſa petitorij ſiue proprietatis decidere debeat, & cognitio vnius affert pleniorem cognitionem alterius. *cap.1.de cauſſ.poſſeſſ.& propriet.ibiq.gloſſ.Gail.d.obſeru.32.num.11. Frider.d.cap.5.num.15.* Limitatur hæc continentia, vt non procedat, ſi diuerſi proceſſus facti ſint parte non opponente. *Gail.d.obſeru.32.num.12.* Plures limitationes, & pleniorem horum omnium explicationem tradit eleganter *Frider.d.c.5.quem vide.*

Ad extremum continentiam cauſſæ non aliter fundare iuriſdictionem Cameræ exiſtimo, quàm ſi vel plures ſint immediatè imperio ſubiecti, vel vnus immediatè ſubiectus imperio, reliqui mediatè, vt intelligit *Frider.in toto ſuo Tractat.de Contin.cauſſar.Vide, quæ ſuprà dixi in notis de Auſtregis.nu.5.6.& ſeqq.*

IX.

**So vngewiß were eines Richter / ſo mag wider denſelben auch in prima inſtantia ſupplicíert werden.**

Sicut ex continentia cauſſarum ad omnium ſuperiorem Iudicem & ita quoque ad Cameram iri poteſt, vt ex modò dictis conſtat: Sic etiam, ſi vagabundus aliquis, qui nullam certam fixámue ſedem, domicilium, aut manſionem habet, (ſicut vagabundum conſiderant & deſcribunt *Bartol.& cæter.in l.4.ff.de damn.infect.Riminald.in conſil.445.num.35.volum.3. Capoll.conſil.58.numer.24.cum ſeq. Tiraquell.in tractat.de Retract.ligna.§.9.verſic.ad domicilium.nu.34. Petr.Riax.in directelect.cap.39.1.part.nu.2.Clar.in pract.crimin.lib.5.§.fin.quæſt.39.verſic. Sed hîc quæro, vbi etiam de communi opinione atteſtatur. Refert & ſequitur Maſcard.de probat.volum.3.concl.1396.num.2.*) ex aliqua obligatione conueniri debeat, propter incertitudinem Iudicis mediati (quemadmodum enim certā ſedem certum domicilium manſionemuè non habet, ſic etiam certum iudicem habere nequit) ad iudicem omnium ſupremum Cameram nimirum, quæ concurrentem cum Imperatore, qui dominus totius mundi eſt, *vt dicitur in vulgata.l.Deprecatio.ff.ad l.Rhod.de iact.* iuriſdictionem habet, in prima ſtatim inſtantia ad Cameram imperialem itur, ibique Citatio per Edictum aduerſus vagabundum iſtum impetratur. *Gail.1.obſeruat.33.& 34.*

X.

**So werden die Auſträge der Fürſten nicht gehalten / ſondern kömpt die Sach** immediatè **an die Cammer / wann die Fürſten das**

Recht

Digitized by Google

Recht auff ſich gütwillig nemmen / [b] oder andere / als jhre Amptleute / vertretten vnd verantworten wöllen.

[a] Das Recht auff ſich gutwillig] Id quod fit, cùm primæ ſuæ inſtantiæ vel expreſsè renunciant, quod fieri poſſe notum eſt *ex l. Si in conſcribendo. C. de pact. & l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* vel iuriſdictionem iudicis non ſui (vt quidem Principum in prima inſtantia Cameram imperialem iudicem non eſſe ſuprà dictum eſt de Auſtregis) prorogant. *d. l. ſi conuenerit. l. 1. & 2. ff. de iudic. c. ſignificâſti de for. compet. c. P. & G. de offic. deleg. Marant. part. 4. duodec. princ. diſtinct.*

[b] Oder andere als jhre Amptleut] Dixi ſuprà, ſi Reus eiuſdem cauſſæ imperio immediatè ſubiectus ſit; alter correus mediatè, propter continentiam cauſſæ ſtatim Cameræ iuriſdictionem fundari in prima inſtantia, ſicut etiam ſi plures Principes vel imperio immediatè ſubiecti eiuſdem cauſſæ Rei ſiue litis conſortes ſint, omiſſo primæ inſtantiæ priuilegio, in Camera ſtatim in prima inſtantia conueniuntur. *Vide quæ dixi ſuprà in Notis de Auſtreg. not. 5. & 6.*

XI.

Vnd in Summa in allen Fällen vnd Sachen / in welchen Cammerrichter vnnd Beyſitzer [a] Mandata zu erkennen / als da man ſich gefährlichs Vberziehens / Vergewaltigens / oder vnbillichs Beſchwernuß zu beſorgen / mag vmb Proceß in erſter Inſtantz ſuppliciert werden.

[a] Mandata zu erkennen] Intellige quando Reus, contra quem mandata iſta petuntur, imperio immediatè ſubiectus eſt, vel quandò cauſſa ex natura & qualitate ſua ad Cameram principaliter pertinet, vt quidem hoc ab autore in caſu fractę pacis ſubiectum exemplū innuit. Tunc enim pro huiuſmodi mandatis obtinendis Camera ſtatim in prima inſtantia rectè aditur. *Vid. Gail. 1. obſ. 13. n. 6. Fride. de Mandat. & Monitor. c. 8. num. 2. & ea, quæ dixi ſuprà ad num 5. verb.* die *Exceptiones.*

Pergit Autor *in d. num. 11.*

Ich hab oben geſetzt / daß alle Sachen entweder durch ein Appellation / oder per viam ſimplicis querelæ, ohn ein Appellaiton in erſter Inſtantz an das Cammergericht erwachſen vnnd kommen. Wiewol aber in gemein vnnd regulariter alle Sachen an das Cammergericht durch den Weg der Appellation dahin kommen / wird doch ſolches (wie auß der Ordnung / Gebrauch / vnd Stylo deß Cammergerichts zu nemmen vnnd obſeruirt) nit allſo allwegen gehalten / ſonder kommen etwan die Sachen ohn ein Appellation per modum ſimplicis querelæ ad Cameram. Ob ich aber wol etliche derſelben Fäll in ſpecie geſetzt / auch ein gemein Regel angezeigt / daß in allen Fällen vnd Sachen / in welchen Cammerrichter vnnd Beyſitzer / Mandata zu erkennen / vmb Proceß in erſter Inſtantz ſuppliciert möge werden / hat doch der Edel hochgelerte Andreas Geyl in ſeinen obſeruationibus lib. 1. obſ. 1. biß in die dreyſſig Fäll vnnd Sachen / die in prima inſtantia ad Cameram gehören / geſetzt / vnter andern Fällen aber / ſo in dieſem meinem Buch nit ſpecificiert vnd mit Namen geſetzt / ſeynd auch dieſe zu mercken: Als Sachen [a] die ſtreitige Religion belangend: Sachen der [b] Pfändung / [c] der ſtreitige Poſſeſſion Sachen / da Zeugen zu ewiger Gedächtnuß zu verhören gebetten / doch daß es [d] Perſonen die dem Reich ohn Mittel vnter-



Digitized by Google

worffen antreffen thue. Obgeſetzte Regel hat auch nicht ſtatt mit denen [e] vom Adel/ ſo ohne Mittel dem Reich vnterworffen. Item zwiſchen Bürgern vnd andern Privatperſonen/ ſo ein Graffen oder einem vom Adel/ ſo ohne Mittel dem Reich vnterworffen/ in Camera beklagen wöllen: Welches widerumb nicht ſtatt/ ſo ſie einen Fürſten beklagen wolten/ dann demſelben die erſte Inſtantz vnbenommen/ villeicht es alſo den Ständen gefallen/ [f] daß ſie den Fürſten ein Præeminentz jhrer Fürſtlichen Dignitet vnnd Würden vergönt. Weiters ſo [g] ein Fürſt wider ſein eygen Statt/ die jhm ohn Mittel zugethan/ klagen wolte/ hat er in erſter Inſtantz das Cammergericht zum Richter/ doch ſo herwiderumb ein Fürſtenſtatt einen Fürſten/ als jhren eigenen Herrn/ mit Recht wolte vornemmen/ ſo ſoll ſolches vor ſein deß Fürſten Räthen beſchehen. Es mögen auch die Reichsſtätt in erſter Inſtantz in Camera mit Recht vorgenommen werden/ welches doch von denen Reichsſtätten zuverſtehen/ die auß langem Herkommen oder ſonderer Freyheit nicht ſondere Richter vnd erſte Inſtantz haben. Item da einer [h] ad effectum agendi ſich von gethanem Eyd ledig zu ſprechen ſuppliciert/ wirdt jhm Citation vnd Ladung erkant. In dem Fall auch da ein Fürſt oder andere Oberkeit einen Vnterthanen oder frembden [i] vmb Bürgerliche Sachen willen/ vnangeſehen angebottener gnugſamer Cantion/ der Verhafft nicht wolte erlaſſen/ werden etwan in ſolchen Fällen Mandata de relaxando cum vel ſine clauſula in Camera erkannt. So gehören ohn Mittel alle fiſcäliſche Sachen an die Cammer/ alſo auch criminal vnnd peinliche Sachen mögen propter nullitatem ad Cameram gebracht werden/ da auch die Partheyen ſich jhrer Freyheit [k] der erſter Inſtantz begeben/ mögen ſie in Camera erſter Inſtantz handlen. Item Proceß [l] ex edicto noui operis nunciationis gehen in erſter Inſtantz ad Cameram, dann ſolche Proceſſus ohn ein Clauſel erkannt werden. Wider obgeſetzte Regel wird ohn ein Appellation die Sach in der Cammer angenommen. [m] Wann zwiſchen zweyen Vaſallen von wegen eins Reichs Lehen ein Streit/ wann auch der Beklagt/ ſo dem Reich ohn Mittel vnterworffen/ durch den [n] Kläger erſucht/ jhme nicht drey/ ſonder zween oder einen Fürſten wider die Ordnung fürgeſchlagen hett/ in ſolchẽ Fall gehet nach Verſcheinung eines Monats die Sach ad Cameram, dann ſo der Kläger ſuppliciert vnd ſeines Anſuchens bey dem Beklagten Anzeig thut/ werden jhm Proceß vnd Citation erkannt. Wider die/ ſo in der Acht/ dieweil ſie alle [o] Freyheiten verwirckt/ wirdt auch in erſter Inſtantz Proceß erlangt. Deßgleichen Perſonen ſo ohn Mittel dem Cammergericht vnterworffen/ was Würdẽ oder Standes die ſeyẽ/ die werden in Camera, ſonderlich wann es nicht [p] actiones reales, als bald fürgenommen. Obgeſetzte Regel daß per Appellationem die Sachen ad Cameram kommen/ hat auch in dieſem Fall nicht ſtatt/ wo Gebung

bung oder Confirmierung der Curatorn das Cammergericht / von wegen deren Perſonen / ſo demſelben ohn Mittel zu gethan / angehet / alſo auch mag in [q] compromiſſen per Reductionem, dieweil man ſonſt à laudo nicht zu appelliern / die Sach in Camera doch nicht in allen Fällen anbracht werden / wie auch à laudo Arbitri vel Arbitratoris wider ein Fürſten oder andere Perſon dem Reich ohn Mittel zugethan außgeſprochen / wenn daſſelbig angenommen vnd zu exequiern / gehört ſolche Execution ad Cameram. Dann ein [r] Arbiter für ſich ſelber kein Execution zu thun / ſondern der ordentliche Richter deß Beklagten. Wie dañ auch die Vrtheil / welche [s] durch die Commiſſarien oder denen Richter / ſo die Ordnung gibt / außgeſprochen / allein vnnd ohne Mittel von dem Cammergericht zuexequieren.

[a] Die ſtreitige Religion belangendt.] Conſtitutio Religionis communi Statuum & procerum Imperij conſenſu Auguſtæ Vindelicorum in Comitiis Anno 55. promulgata Cameræ iuriſdictionem immediatè fundat, §. wir befehlen vnnd gebieten / vſq; adeò, vt nulla prorſus fori priuilegia, quæ per iſtum Imperij Receſſum ſublata abrogataque ſunt, attendantur. *Gail. 1. obſ. 2. num. 1. in princ. Chriſtoph. Schvvanman. proceſſ. Cameral. lib. 1. cap. 8. num. 1. 2. 3. Frider. Mindan. lib. 1. de proceſſ. cap. 2. num. 2.* Verùm de conſtitutione hac eiusque proceſſu dicetur *infra part. 2.*

[b] Die Pfändung.] *par. 2. ord. tit. 22. Rubr.* Daß von Pfändung vnd Gefangenen wegen am Keyſerlichen Cammergericht gehandelt werden möge. *Frider. libr. 1. de proceſſ. d. cap. 20. num. 3. Gail. 1. obſeru. 1. num. 6.* Pertinet huc etiam conſtitutio Arreſtorum Anno 70. in Comitiis Spirenſibus promulgata, ex qua etiam Cameræ iuriſdictio immediatè fundatur. *Gail. d. loc. Frider. d. cap. 20. num. 4.* De vtriusque conſtitutionis proceſſu agetur *infr. p. 2.*

[c] Der ſtreitigen Poſſeſſion.] *par. 2. ord. tit. 21. rubr.* Daß die Sachen der ſtreitigen Poſſeſſion zwiſchen den Partheyen / ſo dem Reich ohn Mittel vnterworffen / am Keyſerlichen Cammergericht gerechtfertigt. *Frid. d. cap. 20. num. 5. Gail. 1. obſ. 1. nu. 14. Chriſtoph. Schvvanman. lib. 1. proceſſ. Camer. lib. 1. cap. 7. num. 2.*

[d] Perſonen die dem Reich ohn Mittel vnterworffen.] In commiſſione ſuper teſtibus recipiendis & examinandis ad perpetuam rei memoriam in Camera Imperiali in prima inſtantia impetranda requiritur, vt Reus ſit immediatè imperio ſubiectus, etiamſi Actor ſit Ciuis vel Ruſticus imperio immediatè ſubiectus. *Gail. 1. obſ. 1. nu. 16.* Quòd ſi vterque & Actor & Reus imperio immediatè ſubiecti ſint, non attento Auſtregarum priuilegio ex ſtylo vſitato rectè ſtatim Camera aditur per ea, quæ ſuprà dicta ſunt,

[e] Vom Adel ſo ohne Mittel dem Reich vnterworffen.] Intellige ſi conueniantur vel à ciuitatibus Imperialibus, vel aliis ciuitatibus municipalibus, & iis, qui imperio mediatè ſubiecti ſunt. Tunc enim ſtatim in prima inſtantia conueniri debent: Secus eſt, ſi vel à Principibus, vel à ſui ordinis hominibus, vel Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis imperio mediatè ſubiectis ſint conueniendi. Horum enim reſpectu ordinationis ſiue Auſtregarum, vt loquuntur, priuilegium habent. *p. 2. ord. tit. 3. 4. & 5.*

[f] Daß ſie den Fürſten ein Præeminentz] Principum prærogatiuæ aliquid dandum eſſe apparet *ex l. vnic. ff. de offic. Præfect. prætor.* vbi publicè ſententia principali lecta ab iis appellandi facultatem interdictam fuiſſe refertur. Ratio deſumitur à ſumma ipſorum dignitate & officij excellentia, quâ aliis antecellunt. Credidit enim Princeps, inquit Aurelius Arcadius, eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe fuiſſet iudi-

caturus. Sicut ibidem & alio Præfectos prætorio ſubnixos eſſe priuilegio ſcribit, ne à ſententiis eorum minores ætate, ab aliis Magiſtratibus, niſi ab ipſis Præfectis Prætorio, reſtitui poſſint. Non igitur ratione caret, quòd Principes à mediatè ſubiectis vel ciuitatibus etiam imperialibus non ſtatim immediatè ad Cameram trahi poſſint, ſed primæ inſtantiæ ſiue Auſtregarum priuilegium habeant: Prælati autem, Comites, Barones, Domini, Nobiles imperio immediatè ſubiecti rectà ſtatim via à mediatè ſubiectis & ciuitatibus imperialibus in Camera in prima inſtantia conueniri debeant. Quis enim non credat, à Statibus Imperij in Ordinatione & conſtitutione illius rei ad Principum dignitatem, autoritatem, & præeminentiam, vt loquuntur, quâ Comites & Barones antecedunt, reſpectum fuiſſe? Videmus namque, & generalis totius Germaniæ conſuetudo docet, Comites & Barones eundem Principibus honorem habere cogi, quem alij inferioris conditionis homines. Æquè enim Electores dominos clementiſſimos gnädigſte Herrn & principes gnädige Herrn ſalutare ex prædicta Germaniæ conſuetudine tenentur.

g Ein Fürſt wider ſein eygen Statt.] *Vid. Gail. 1. obſ. num. 18. Frider. li. 1. de proceſſ. cap. 20. num. 18.* vbi Principes, Comites, & alios immediatos contra ſuos ſubditos in Camera agere debere ſcribit. Ita Aſſeſſor Cameræ Imperialis in ſuis obſeruat. *obſeru. 21.* obſeruatum fuiſſe ſcribit in cauſſa Mayntz contra Erffurdt/item in cauſſa Braunſchweig contra die Statt Braunſchweig. Deciſio hæc ſiue Conſtitutio æquiſſimis nititur rationibus, tùm quòd neminem in ſua cauſſa iudicem eſſe debere, & iniquum admodum eſſe licentiam ſententiæ in propria cauſſa alicui tribuere reſcripſerint Imperator. *in l. vnic. C. Ne quis in ſua cauſſa iudicet*: tùm quòd aliàs, ſi Iudex inferior ratione ſuſpicionis vel ex alia quapiam cauſſa inhabilis ſit, ſuperior omiſſo medio adiri poſſit. *Marant. poſt alios p. 6. de ordin. iudic. tit. de appell. numer. 364.*

h Ad effectum agendi] De relaxatione iuramenti ad effectum agendi *dicetur inf. p. 2.* Cæterùm ipſa iuriſdictionem Cameræ non aliter fundat, quàm ſi Reus imperio immediatè ſubſit. *p. 2. ordin. tit. 24. Chriſtoph. Schvvanmann. lib. 1. proceſſ. Cameral. cap. 12. num. 2. Gail. 1. obſeru. 1. nu. 22. & eod. lib. obſ. 22. Frider. lib. 1. de proceſſ. c. 20. num. 14.*

deri poſſit, quòd aliâs præſumtio pro doctore ſit, ipſum eſſe peritum & in legibus verſatum, vt colligitur ex reſcripto *Imperat. Valent. in l. vnic. C. de Profeſſor. qui in ver. Conſt. lib. 12. & in l. 1. §. ſed cum ſit neceſſarium. C. de Iuſtin. Codic. confirm. Maſcard. de probat. concluſ. 592. nu. 3. vol. 2. Pacian. in Tract. de probat. cap. 27. num. 144. Alciat. de præſumt. 19. reg. 3. Menoch. præſ. 86. num. 5. Rulant. in tract. de Commiſſar. & Commiſſ. Camer. Imperi. lib. 1. cap. 14. num. 7.* Verùm huic iudicio & præſumtioni, vt quæ ſæpè fallat, & probationem in contrarium admittat *Maſcard. d. concluſ. 592. num. 7. per l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de munerib. & honorib. Hippol. de Marſil. in tract. in Bannit. in verb. commiſſario. num. 58. Rulant. d. cap. 14. num. 7.* temerè non erit inhærendum. Multi enim hodiè nomine non re Doctores reperiũtur, qui vt ſcribit *Hippol. d. loc.* appellari conuenienter poſſint ſilentiarij legumq; ſecretarij. Habent namq;, inquit, omnia iura in ſcrinio pectoris, ſed ipſa habent in confeſſione, quam nefas fuerit aliis reuelare, qui ẽt Iudices baliſtarij conuenienter vocari poſſint, quia ſententias fulminant ſicut Sagittas, & adhuc hoc vno præcipuè gaudere nomine debent atq; gloria, vt ſigillatim omnes nuncupentur, Domine neceſſitas hoc eſt, nõ habens legem. Rectè igitur rationeq; facit Imperialis Camera, quæ tàm nauiter in illorum, qui Aduocati munere in Camera fungi cupiũt, eruditionem doctrinamq;, vt & in cæteras qualitates, inquirat. Sicut & hoc laudabiliter & tùm ex dignitate tàm auguſti Iudicij, tùm verò etiam ex re & vtilitate publica conſtitutum eſt, vt qui poſtea imperiti, inhabiles & inepti reperiantur Aduocati, ij ab officio ſuo remoueantur. *d. tit. 18. verb.* vnd ſo einer angenommẽ vnd hernach vngeſchickt/ vnfleiſſig/ oder ſonſt vntüglich befunden/ ſoll derſelbige jeder Zeit durch Cammerrichter vnd Beyſitzer wider beurlaubt/ vnnd an ſein Statt ein ander angenommen werden. Quod & iure communi ſancitum eſt. *l. ſed vt reprobari. ff. de Excuſat. Tutor. ibiq́; Nicol. de Neapol. & Bald. Gordian. Imper. in l. 2. C. de Profeſſor. & Medic. Abb. in c. Quoniam. in fin. de Magiſtr. & in c. cum venerabilis. in fin. nu. 55. vbi recentiores de except. Maſcard. d. concluſ. 592. num. 9.* Quod ita ampliatur & extenditur, vt etiam remoueri poſſint, ſi ex poſt facto inſufficientes reperti ſint, etiamſi ab initio fuerint habiles & ſufficientes, vt conſtituerunt *Impp. Valent. Theodoſ. & Arcad. in l. ſi quos Iudices. C. de offic. Præfect. Prætor. & ibi Alber. de Roſat. & Salic. Maſcard. d. concluſ. 592. nu. 10.* Vnde rectè colligitur, indoctos quamuis graduatos non gaudere priuilegiis Doctorum. *Vrſill. ad Conſtitut. Franc. c. 3. in fin.* Ergo neq; Aduocationis, vt in ſimili commiſſionis munere & priuilegio indoctos quamuis graduatos vti fungiuè non debere ſcribit *Rutger. Rulan. in tract. de Commiſſar. & Commiſſionib. Cam. Imper. c. 14. n. 7.* Sicut nec excuſantur à collectis *l. Medicos. C. de Profeſſorib. & Medic. li. 10.* vt docti, qui legendo & Aduocando inſtruunt *Guid. Pap. q. 88. Rip. reſp. 20.* Neq; fabros poſſunt expellere, vt aliâs doctis datum eſt, poſt Alciat. *Rolan. à Vall. conſ. 66. nu. 41. li. 1. & Rulant. d. loc.* Neque nobilium priuilegiis gaudent, cùm aliâs Doctores illi, quos ſcientia comitatur, Nobiliſſimi vocentur. *l. prouidendum. C. de poſtul. l. 2. §. vlt. in fin. ff. de excuſat. Tutor. Et l. 4. in ff. eod. tit.* vſq; adeò vt ex hoc cõſequatur, *ſicut ſcribit ſuprà laudatus Ludouicus Schvvarzmaierus. lib. 1. Miſcellaneor. Iur. cap. 13.* etiam hoc noſtro ſeculo Iuris Doctores nobiles appellandos eſſe, cùm hæ leges non modò abrogatæ non ſint, ſed & Doctorum vxores ex ordinatione Imperij tanquam lege poſteriore priores confirmante genere nobilibus fœminis æquiparentur, & idem veſtitus vtriſque aſſignetur. *Videatur plenius Schvvarzmaier. d. loc. Chaſſanæ. in catalog. glor. mund. p. 8. conſil. 10. Bart. in l. Iudices. C. de dignitat. libr. 12.* An Doctores vel Licentiati bullati in Cameræ Imperialis Aduocatorum collegium admitti debeant, quæritur. Ego fortiter negandum puto, per ea, quæ ſcribunt *Coler. de proceſſ. Execut. part. 2. cap. 3. num. 129. & Rutger. Rulant. d. cap. 14. num. 8. & ſeqq. vſque ad fin.* Cùm enim *ex part. 1. ordinat. tit. 18.* conſtet, Aduocatos illos omninò oportere eſſe tales, vt in examine ſufficientes reperti fuerint, & cum aliis omnibus, tùm verò etiam Iudici & Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis ſuam induſtriam atque eruditionem & iuriſperitiam ſatis pro-

bauerint, vix ac ne vix quidem de *Doctoribus Bullatis.* (*qui propterea Doctores bullati dicuntur, quod Doctoratus gradum habeant ex reſcripto & bulla Cæſaris vel Comitis Palatini*, cui Imperator proprio motu & ex certa ſcientia poteſtatem illam ſpeciatim ſingulari quodam diplomate conceſſit, quòd regalia hæc Imperatoris maiora ſint in ſummam præeminētiam ipſi vni reſeruata, & propterea ſpecialem quandam conceſſionem requirant, vſque adeò, vt in generali conceſſione non veniant, per ea quæ ſuprà de Regalibus copiosè ex iure eiusque interpretibus adduximus) illud affirmandum videtur. *Talem enim ſcientiam, qualem ordinatio requirit, Doctores ibi bullati habere non præſumuntur, quòd non ſint publicè examinati*, examinatio autem, quæ quidem rigoroſa dicitur *Menoch. conſil. 126. num. 18.* ſuper ſcientia requiratur. *argum. l. Magiſtros. C. de Profeſſor. & Medic.* & examen hoc vel per inſtrumenta, vel per teſtes, qui interfuerant publico examini ſiue actui Doctoratus, probatur *Maſcard. de probat. concluſ. 527. vol. 1. Bald. in l. ſi ſolennibus per illum text. C. de fid. Inſtrum. Iaſ. conſi. 179. nu. 12. volu. 4.* Ergo ad Aduocatorum Cameræ collegium Doctoribus bullatis aditus concedi minimè debet, ex quo vel ſolo fundamento concludit *Coler. d. nu. 129.* bullatis priuilegiis Doctorum non gaudere poſt Guid. Pap. *deciſ. 68. num. 3. & Alex. in l. Centurio. nu. 10. 20. & 21. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* Quid? quòd ad creandum Doctorem tanquam neceſſaria & formalia neceſſariò hæc ſubſequentia requirantur, primò vt legitimè examinetur, & optimorum ordinis conſenſu aſpirante approbetur *d. l. Magiſtros. C. de Profeſſor. & Med. li. 10. Abb. in c. 1. nu. 38. extra de Iudic.* Secundò vt promotor ſacroſancta iuriſiurandi religioni interpoſita affirmet, eum ſufficientem eſſe. *Abb. in cap. 1. propoſuiſti. num. 13. extra de probat. per l. Nemini. C. de Aduocat. diuerſ. iudic.* Tertiò vt pileus in ſignum ſplendoris ei imponatur. Quartò, vt ei ꝓ inueſtitura poſſeſſionis cathedra tradatur. Et vltimò, vt liber tanquam materia Doctorandi, in qua ſeſe exerceat, ipſi aperiatur. Hæc autem omnia in bullatis deficiunt *Guid. Pap. 338. num. 1.* Formalibus autem alicuius rei ſiue actus deficientibus ipſam rem ſiue actum deficere indubitatum omninò eſt veriſſimum Logicorum & pronunciatum. Ergò & ipſa Doctoratus dignitas realis propriè ſic dicta in doctoribus illis bullatis deficiet, & per conſequens Doctorum etiam priuilegiis carebunt. Idcircò & Aduocationis, ſicut & Rulant. illos ab officio ſiue priuilegio commiſſionis, vt & ab aliis fauoribus Doctoribus conceſſis excludit *d. cap. 14. num. 10.* ſicut & in ſimili, ſi ſtatutum loquatur, vt non niſi Doctores vel Licentiati in collegium ſiue ordinem Eccleſiaſticum vel ciuilem cooptentur, qualia ſunt multa in Germania & Francia, bullatos admittendos non eſſe certum eſſe ſcribit, ſicut & bullati Doctores non excuſantur à collectis *Guid. Pap. d. deciſ. 388.* à quibus Doctores ritè promoti aliâs excuſari ſolent. *Guid. Pap. d. deciſ. 388. Tiraquel. de Nobilit. cap. 5. num. 3. VVeſenbec. conſil. 40. num. 33. lib. 5.* Eodem etiam modo Doctores publicè deſignati nobilibus æquiparantur. *Tiraquell. de Nobilit. cap. 5. num. 3. Ab hoc autem priuilegio bullati excluduntur Rulant. d. loc.* Vnde efficitur *Doctores vel Licentiatos bullatos in collegium Cameræ Imperialis Aduocatorum recipi minimè poſſe vel debere.*

## XLVI.
## SVPPLICATIO PRO OFFICIO PROCVRATORIS.

Wolgeborner Keyſerlicher Majeſtat Cammerrichter / Amptsverweſer / gnädiger Herr / Nach dem jetzund [b] etlich auß den Procuratoribus von dieſem Keyſerlichen Cammergericht abgeſtan-

geſtanden/ ihr Empter auffgeſagt/ vnd alſo biß in drey Ort/ der Keyſerlichen vnd deß Reichs Ordnungen Anzahl ledig worden/ vnd ich mich aber an diß löblich Keyſerlich Cammergericht verfügt/ allhie in der Practick vnd gerichtlichen Handlungen mich zu vben/ vnd gebrauchen zulaſſen/ demnach ich auch von E.G. zu einem Aduocaten gnädiglich auffgenōmen bin/ langt demnach an E.G. mein vnterthäniglich Bitt/ die wöllen mich an der abgeſtandenen Procuratoren Ort eins gnädiglich kommen laſſen vnd auffnemmen/ will ich mich in Sachen/ ſo mir zu Handen kommen/ trewlich/ fleiſſig/ vnd alſo halten/ daß E.G. ein gnädigs Wolgefallen darab haben ſolle. Hiemit mich E.G. vnterthänig befehlend.

ª Officio Procuratoris] Etſi de iure ciuili officium Procuratoris vile eſt. *l. ſi quis procurationem. C. de decurion. lib. 10. gloſſ. ibid. in verb. vilitatem, ſic vt etiam infamis ex eodem iure poßit eſſe procurator. §. fi. Inſt. de excep. & ibid. plenè. Iaſ. n. 2.* Secus tamen eſt de iure Canonico. *c. 2. 3. q. 7. gloſſ. ibid. in verb. nec procurator. Iaſ. in d. §. fi. Gail. 1. obſ. 43.* Et moribus noſtris in benè cōſtitutis Iudiciis infamis ad procurationis officium non admittitur. Idcircò etiam in Camera Imperiali infames ab illo munere longè arcentur *p. 2. ord. tit. 18. verb.* Redlichkeit rechter natürlicher ehelicher Geburt/ Weſens vnnd Haltens/ & non niſi Doctores vel Licentiati in Procuratorum Cameræ numerum recipiuntur *d. tit. 18. Gail. d. obſ. 43. n. 7. & 8.* vbi officium Procuratoris in Camera non vile, ſed honorabile eſſe ſcribit, tùm ratione perſonarū, quòd nemo ibi in numerum Procuratorum recipiatur, niſi ſit Doctor vel Licentiatus, quàm loci, quia eſt conſiſtorium ſummi Principis ſcilicet Imperatori & ſtatuum. Conſtat hinc, quòd ordinatio tàm præciſè requirat Aduocatos & Procuratores legitimè natos, abſque omni dubio hac de cauſſa, quia infamibus non pateant portæ dignitatum. *l. 2. C. de dignitatibus.* ipſam ſpurios vel illegitimè natos pro infamibus habere. Quòd communiter docuerunt DD. ſaltem hoc de infamia facti intelligentes. *Azo. in ſumm. C. Quibus ex cauſ. infam. irrog. Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iureiu. & in l. Generaliter. §. Cùm autem. C. de Inſtit. & ſubſtitut.* vbi ait idem eſſe ſi legitimentur, & quòd omnes illegitimè nati dicantur infames, dicit idem *in conſil. 375. Incip. prætermittendum eſt. volum. 1. ſequitur Alex. in l. 3. colu. 2. de liber. & poſth. Gulielm. Benedict. in c. Rainutius in verb. Rainutius. num. 28. Abb. in c. per venerabilem. num. 3. Qui filij ſint legitimi. Præpoſ. in c. Naturales. & ibi Matth. de Afflict. in 1. notab. nu. 23. ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ. Iohan. Lup. in c. per veſtras. §. 11. de donat. int. vir. & vxor. Caccialup. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Senatuſc. Orfic. num. 76. & ibi etiam Cagnol. num. 8. vbi ait, idem eſſe in naturali tantùm, quod etiam ſenſit Curt. Iunior. in conſi. 77. & in conſi. 136. Rol. à Vall. in conſi. 79. numer. 4. vol. 2. & hoc Doctores vbique tenere aſſerit Bertrand. conſil. 169. num. 9. 1. part. 2. volum. cum aliis, quos ad hoc propoſitum latè congeſſit Tiraquell. in Tract. de Nobilit. cap. 15. num. 4.* Hanc eandem ſententiam amplexi ſunt Domini Aſſeſſores Cameræ Imperialis, & naturales etiam poſt legitimationem propter remanentem infamiæ notam ad Aſſeſſoris dignitatem minimè admittendos eſſe, concluſerunt, vt teſtatur *Mynſing. cent. 4. obſ. 31.* per ea, quæ ibi allegat. Hanc ſententiam poſt Doctores allegatos ſequitur præſtantiſſimus & nobiliſſimus Saxoniæ Iureconſultus *Hartmann. Piſtor. libr. 1. quæſtion. 30. num. 4.* vbi eleganter decidit, fratrem à ſorore præteritum in teſtamento, inſtituto ſpurio, aduerſus ſororis teſtamentum habere querelam inofficioſi *per text. in l. Fratres. C. de inoffícioſ. Teſtam.* qui quidem textus querelam hanc fratri vel ſorori tùm concedit, ſi hæredes à fratre ſcripti infamiæ vel turpitudinis vel leuis notæ macula aſpergantur, iam verò facti infamia eſt leuis notæ macula, ideoque ab interpretibus receptum eſt, etiam ſolam facti infamiam huic querelæ locum facere. *gloſſ. in §. Soror. Inſt. de inoffic. teſtamen. & ibid.*

*hann.*

*Iohann.Faber.Paulus de Caſtro in d.l.Fratres.C.de Inoſſiciſ.Teſta.* Contrarium, quòd nimirùm ſpurij nec facti infamia laborent, nec, ſi hæredes ſcripti ſint à fratre, aduerſus fratris vel ſororis teſtamentum poſſit inoſficioſi quærela moueri defendunt. *Palaot in tractat.de Noth.& ſpur.cap.55 & Iacobus Thomingius,cuius argumenta recenſet Hartmann. Piſt.d.q.30.à.num.16.vſque ad fin.* Porrò & ipſi Procuratores, priùs quàm ſuſcipiantur, perindè vt Aduocati à Iudice & Aſſeſſoribus Cameræ diligenter examinantur *p.1.ord.tit.18.Receſſ.Viſitat.de Anno 31.*§.Item es ſollen hinfürter.

[b] Etliche auß den Procuratoribus.] Procuratores enim Cameræ ſunt intra certum numerum, neque vltra viginti quatuor ſuſcipiuntur *part.1.ordin.tit.18.d.receſſ.Viſitat.de Anno 31. Ciſner.in addit.ad d.tit.18.*

## XLVII.

## SVPPLICATIO PRO OFFICIO PROCVRATORIS.

WOlgeborner Keyſ. Maj. Cammerrichter/gnädiger Herr/ auch gnädig/ günſtig vnd gebietende Herrn/ ich hab vergangener Zeit/als dazumal etlich Procurator Stände ledig geweſen/an E.G.vnd Gunſten vnterthäniglich ſuppliciert vnnd gebetten/ die wöllen mich an der abgeſtandenen Procuratorn Ort eins gnädiglich vnd günſtiglich annemmen/ dieweil aber erſtlich als ich hieher an diß hochlöblich Key.Cammergericht kömen/allezeit mein Meynung geweſen/ die gerichtliche Händel zu erlernen/ vnd mich darinnen vben/ vnd denſelben ferrner nachzukömen/wo ich durch E.G. vnd Gunſten darzu gefördert werden möcht/noch Willens were/ſo nun abermal als ich bericht werde/ etlich der Procuratorn Ständ vacieren/ iſt nachmals an E.G. vnd Gunſten mein vnterthänig gehorſam Bitt/ die wöllen mich gnädiglich vnd günſtiglich an der einen annemmen/ das will ich vmb E.G.in alle müglich Weg verdienen/vnd darneben mich in Sachen/ſo mir zuvertretten zu kommen/ trewlich vnd mit allem Fleiß/ auch ſonſt aller Gebür halten/ darob E.G. vnd Gunſten ein gnädigs vnd günſtigs Gefallen/ vnd die Parthenen ſich nicht zubeklagen haben ſollen/ E.G.vnd Gunſten mich hiemit vnterthäniglich befehlend.

## XLVIII.

## Supplication an die Stände/ vmb Beſſerung deß Salarij.

HOchwürdigſte/durchleuchtigſte/hochwürdige/ durchleuchtige/ hochgeborne Churfürſten/vnd Fürſten/Ehrwürdige/wolgeborne/ Edle/geſtrenge/ hochgelerte/ ehrſame

vnd

vnd weiſe/ gnädigſte/ gnädige/ vnd günſtige Herrn/ ich ſtelle in keinen Zweiffel/ E. Churfürſt. Fürſt. G. vnd Gunſten tragen gut Wiſſen/ wie daß ein Aduocatus fiſci Cæſarei, biß anher nur mit zweyhundert Gülden järlichs beſoldet geweſen/ vnnd noch/ dieweil aber ich N. Jar allergnädigſt durch die Römiſch Keyſerlich Majeſtat/ meinem allergnädigſten Herrn/ zu ſolchem officio vor andern bin præſentiert vnd gefördert worden/ welches Ampt/ die Zeit ich es getragen/ mit höchſtem Fleiß/ vnnd nach meinem beſten Verſtand (gleichwol nicht mit geringer Beſchwernuß bey ſolcher kleinen Beſoldung in dieſen tewren Jahren) ich vertretten vnd verſehen hab/ bin auch dieſes Ampts weiter vnnd fortan/ (ſo ferrn ich der Römiſchen Keyſ. Maj. vnſerm allergnädigſten Herrn/ vnd den Ständen deß heyligen Römiſchen Reichs/ angenem vnnd gefällig ſeyn würde) mit höchſtem Fleiß zu verwalten vrbütig vnd geneigt. Solchem nach langet an E. Churfürſt. Fürſt. G. vnnd Gunſten mein gantz vnterthänigſt/ vnterthänig vnd hochfleiſſig Bitt/ vnd Begeren/ ſie wöllen neben höchſtgemelter Keyſ. Majeſt. auff jetzigem Reichstag/ ein gnädigſt/ gnädig/ vnd günſtig Eynſehen haben/ vnnd ſolchs järlich Salarium vnd Beſoldung gnädigſt/ gnädiglich vnd G. mir mehren/ beſſern vnd erhöhen/ ſo will ich mit Hülff deß Allmächtigen/ diß Ampt wie bißher von mir beſchehen/ mit ſolchem Fleiß vnd Ernſt verſehen/ darob die Röm. Keyſ. Maj. vnſer allergnädigſter Herr/ ſampt E. Churfürſt. Fürſt. G. vnd Gunſten allergnädigſt/ gnädig vnd günſtiglich Gefallen tragen werden vnd ſollen.

E. Churf. Fürſtlichen G. vnd Gunſten vnterthänigſter/ vnterthäniger vnd gutwiliger N. N.

Fiſcalis à Statibus Imperij in Camera conſtituitur, qui ſimiliter & natalium ſplendore, & morum integritate, & ſcientia doctrinaque conſpicuus ſit, idcoque Doctor vel Licentiatus, *part. 1. ord. tit. 15. verb.* mit einer redlichen/ gelehrten/ verſtändigen/ vnd der Rechten gewürdigten Perſonen: Sic dictus, quòd cauſſas fiſcales ſiue fiſci Cæſarei defendat. Quæ autem fiſcales cauſſæ ſint, & quòd in Camera Imperiali illæ peragi & tractari debeant, *declaratur part. 2. ordin. tit. 20.* Huic Aduocatus peculiaris adiungitur, qui, perindè & vt Fiſcalis ipſe, ſolas fiſcales cauſſas agere & tractare debeat. *part. 1. ordin. tit. 15.* Ad maiorem horum intelligentiam, & quemadmodum fiſcalis nullam, quæ ad fiſcum pertineat, cauſſam ſine duorum peculiariter ad id deſtinatorum Aſſeſſorum Cameræ conſilio agendam ſuſcipere debeat, & quid officium ipſius tàm in iudicio, quàm extra iudicium requirat, *vid. tit. 16. & 17. part. 1. ordin.* Hodiè ex receſſu Imperij de Anno 1570. in Comitiis Spiræ habitis. §. vnſerm Fiſcali ſeptengentorum, Aduocato autem illius quadringentorum aureorum ſalarium à Proceribus & Statibus Imperij deſtinatum eſt.



Digitized by Google

XLIX.

# Supplication vmb Ringerung deß Reichs Anlagen.

HOchwürdige/durchleuchtige/hoch/vnd wolgeborne/Edle/ Würdige/hochgelärte/Erbare vnd veſte/Römiſcher Keyſ. Maieſtat vnd deß heyligen Reichs Commiſſarien / gnädige vnd günſtige Herrn/E.F.G. vnd Gunſten zeigen wir im Namen vnnd von wegen deß ehrwürdigen N.vnterthäniglich an/daß man jhr Ehrwürd Gottshauß/rc.mit dem Anſchlag deß fürgenommenen Türckenzugs vber ſein Vermögen beſchwert / nemlich auff acht Monat lang vier zu Roß vnd ſechs vnd dreiſſig Fußknecht zu beſolden/daß jhr Ehrwürden auch darneben ein ſondere Summa Geldes zum Geſchütz in gemelter Zeit richten ſoll / das aber jhr Ehrwürden ſolchs zuthun vnmüglig/deß vbergeben wir hiemit beygelegt/warhaffte Bericht vnd Vrſachen mit A. vnd nach dem ſolcher Bericht laut auff etliche Keyſerliche vnd Königliche Priuilegien / ſo vbergeben wir gleichlautende collationierte Copeyen / dieſelben bezeichnet mit B. C. D. vnd E. fürder beſchicht Meldung von einem Außzug vnd Anzeig deß gemelten Gotteshauß Auffhebens vnd Außgebens/bezeichnet mit F. ſo nun das Auffheben vnd Außgeben gegen einander abgezogen / ſo bleibet jedes Jahrs gar nichts oder gar wenig vber / wie dann ſolches auch hieuor der Keyſerlichen Regierung zu N. vnd N.glaublich iſt angezeigt worden/ darauff dann Keyſerliche Regierung gnädiglichs Nachlaſſen gethan/alſo daß aufferlegte Summa deß Anſchlags biß auff den fünfften Theil derſelben geringert worden/ deß wir vns referieren vnd ziehen zum Keyſerlichen Fiſcal / den wir darumb zu verhören vnterthäniglich bitten.

Summa Summarum / wo gedacht Gotteshauß die vier zu Roß/ vnd ſechs vnd dreiſſig Fußknecht die acht Monat vnterhalten / darzu das Gelt zum Geſchütz geben müſſen/wird ſich ſolche Summa deß Anſchlags vngefährlich ſo weit lauffen / als das Gotteshauß in anderthalb Jahren auffzuheben hat / müſſen alſo die Abtiſſin ſampt jhren Cloſterfrawen auß dem Cloſter entweichen vnd betteln gehen / daß doch erbärmlich zu hören / vnd ſtracks wider Keyſerlich vnd Königlich Fundation / Priuilegien vnd Confirmation derſelben wer. Iſt demnach an E.F.G. vnd Gunſten / im Namen / wie vor/ vnſer vnterthänig Bitt/ gnädigs Eynſehen zuhaben/daß vielgemelt Gotteshauß vber ſein Vermögen nicht gedrungen / vnd bey Keyſerlichen vnd Königlichen Priuilegien gehandhabt werde / auch dem Keyſerlichen Fiſcal befehlen / daß

er ge-

Digitized by Google

er gegen dem Gotteshauß derhalben procedier / vnnd zu vnmüglichen Dingen zu bringen ſich nicht vnterſtehe. Deß ſollen vnd wollen gemelte Abtiſſin ſampt jhren Cloſterfrawen den Allmächtigen vmb E. G. vnnd Gunſten glückſelig Regierung vnd Wolfart inniglich bitten.

Conſtat ex hac collectarum exactione, Prælatum illum, cuius monaſterio cuidam certæ quædam collectæ, quæ in præſenti ſupplicationis formula nominatim exprimuntur, impoſitæ fuerunt, immediatè Imperio ſubiectum fuiſſe, quòd exactio & ſolutio collectarum, Imperij ſubiectionem immediatè probet. *cap.2.de cenſib.& ibid.Panorm.num.3.l.Nulli.§.quodſi in vico.C.de Epiſcop.& cleric.§.ſi quis igitur.Auth.Quib.mod.natural.efficiant ſui gloſſ.ibid.in verb.perſoluat.Gail.*poſt alios à ſeſe allegatos *obſ.20.n.9.lib.1.* Collectæ namque regulariter non niſi ſubditis imponi poſſunt.*l.Reſcripto.§.fin.ff.de munerib.& honorib.l.Munerum.§.patrimoniorum.ff.eod.& vtrobique Bartol.l.Libertus.§.ſola.ff.ad Municip.l.cum neque.C.de incol.lib.10. Schurff.conſil.59.num.26.cent.1.incip.in præſenti.Bald.in l.vnic.C.de ſentent.* quæ pro eo quod intereſt,proferunt.*Gail.lib.2.obſ.52.num.13.*Porrò quia redditus Monaſterij collectis illis pares non ſunt, vt in ſupplicatione hac narratur, rectè petitur ipſarum moderatio. Cùm enim hæ collectæ ſint munera patrimonialia & perſonis contemplatione rerum,quos poſſident,imponantur *Gail. lib. 2.obſ.52.cum ſeq.& 1. obſ.20.num.19.*per illa iura, quæ iſtic prolixè allegat,ſic vt mutatis perſonis nihilominus,quoniam ex matricula Imperij collectæ ſemper certæ ſint,illæ cum rebus facultatibus ad iſtas perſonas,ad quas vel ex ſucceſſionis vel contractus titulo res eæ perueniunt, deuoluantur, & porrò ab illis tanquam rerum poſſeſſoribus præſtari oporteat.*l.alienatio.ff.de contrah.emt.l.2.& l.fin.C.ſine Cenſ.vel reliq.l.final. §.Lucius.ff.de donat.l.Tutor.§.ſi fundus.ff.de pignor.l.1.§.ſi hæres.ff.ad Senatuſc.Trebell.* vſque adeò, vt cui Comitatus aut Baronatus Imperij iure ſucceſſionis vel ſanguinis ob defectum deſcendentium accedat, eum quoque hæc onera & munera ſiue collectas imperij meritò ſequi pronunciet.*Gail.d.obſer.20.per l.final.C.de exactorib.tributor.lib.10.d.l.2.& d.l.final.C.ſine cenſu arg.c.Qui ſentit.de Reg.Iur.in 6.& l.ſecundum naturam.ff.eod.tit.*ſequetur, rebus imminutis collectas quoque meritò imminui,atque illarum moderationem fieri oportere.Quod multò magis dicendum erit, ſi collectæ redditibus bonorum vt hoc in caſu, ſint maiores, idque propter hanc rationem maximè naturalem, ne onera facultatibus, quarum intuitu ſiue contemplatione præſtantur,maiora ſint.*l.3.C.3.de Anno.& tribu.li.10.*vbi Imperatores Dioclet. & Maxi.indictiones nō perſonis,inquiunt,ſed rebus indici ſolent, & ideò ne vltra modum earundem poſſeſſionum, quas poſſides, conueniaris, Præſes prouinciæ proſpiciet *l.2.C.de Immunitat.nemin.conced.eod.libr.1.C.de Muner.patrimon.eod.lib.Gail.num.19.& 18.d.obſ.20.* vbi ex hoc infert, eum, cui territorium aliquod hoſtiliter vel alio modo decedat, vltra vires rerum ſuarum, quas adhuc poſſidet, collectis Imperialibus grauari non oportere, ideoque meritò remiſſionem collectarum pro rata bonorum amiſſorum habere & moderari debere, ſolle der vorige vñ alte Anſchlag deß Reichs billich moderiert vñ geringert werden/ quæ ſunt ipſa Gailij verba *in d.loc.Add.Mynſing.cent.3.obſeru.34.* Porrò quia in hanc collectarum Imperij materiam delapſi ſumus, quæri poteſt, ſi collectæ ſtatibus Imperij imponantur, (vt hoc quidem exulceratiſſimo mundi ſeculo cùm omnia ad tumultus ſpectant, & Germania, tùm à Turcis infenſiſſimis Chriſtiani nominis hoſtibus, tùm ab Hiſpanis, Turcarum immaniſſimâ gente non multò humanioribus laceſſitur,quotannis ferè fieri videmus,) vtrùm ſtatus ex annuis ſuis redditibus & tributis illis, quæ in ærarium ipſorum ſiue Cameram á ſubditis ſingulis annis inferuntur ſoluere, an verò à ſubditis exigere debeant. Quod poſterius negandum eſt, & contrà affirmandum, de ſuis illationibus ſtatus collectas i-

ſtas expendere debere. *l. fin. C. de priuileg. domus auguſt. lib. 11. tit. 74. verb. excepto patrimonio pietatis noſtra*, cuius quidem redditus neceſſitatibus publicis frequentiſſimè deputamus *Bald. Cyn. & Alberic. in l. Neminem. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Ratio eſt, quòd ſubditi eum in finem ſtatibus annuatim hos ſumtus ſoluant, vt defenſionem ab illis habeant. *Modeſtin. Piſtor. conſi. 9. nu. 8.* vbi ex hac ratione ſententiam hanc confirmat, quòd ſpecialiter in receſſibus Imperij Statibus ſingulariter indultum atque conceſſum eſſe ſcribit, vt ex ſubditis collectas iſtas conficere poſſint, Daß den Churfürſten vnd Ständen des heyligen Reichs dieſe Macht ſonderlich gegeben wird die Reichs Anlage von jhren Vnterthanen eynzubringen / vnnd dieſelb derohalben mit Steur zubelegen / qua quidem ſpeciali conceſſione opus non fuiſſet, ſi ipſis iure communi hoc licuiſſet. *Vide eleganter hac tradentem Frider. libr. 2. de Mandat. Indic. cap. 44.* vbi totam collectarum materiam pulcrè tractat, &, quatenus Principes ſubditos ſuos collectare poſſint, ſtrictim exponit. Occurrit hoc loco valdè difficilis, perplexa, & intricata quæſtio, An forēſes de bonis ſiue rebus in territorio collectātis ſitis collectari poſſint. Quæ diſputatio inter Principes ſeculares & Eccleſiaſticos ſæpè incipit, quando ſeculares Eccleſiaſticorum ſubditos de bonis, quæ in ſuis territoriis habēt collectare conantur. Quòd poſſint, videt' ex ſequentibus fundamentis affirmandum. Primò enim certum eſt, collectas eſſe munera patrimonialia ſiue realia, quæ rebus cohærent, & contemplatione rerum præſtantur, ſicut ſuprà demonſtrauimus. Munera autem patrimonialia ſiue realia non ſolùm à ſubditis, verùm eriam à forenſibus præſtantur, vſq; adeò vt ab his oneribus, quæ poſſeſſionibus vel patrimoniis indicuntur, nulla priuilegia præſtent vocationem nullæ ætatis aut ſcientiæ prærogatiuæ. *l. 2. l. 3. & l. obſiſtere. C. de annon. & tribut. lib. 10. l. 1. C. de indictionib. eod. lib. l. His honoribus ff. de vacat. muner. l. reſcript. §. fin. & l. Munerum. §. patrimoniorum. ff. de munerib. & honorib. & §. ab huiuſmodi.* vbi Arcadius Iureconſultus ab huiuſmodi muneribus, inquit, neque primipilaris, neque veteranus, aut miles, aliusuè, qui priuilegio aliquo ſubnixus, nec Pontifex excuſatur *l. 2. C. de munerib. patrior. lib. 10. & tot. tit. l. fin. C. de exactor. tribut. eod. lib. & l. omnes. C. ſine cenſu vel reliquis. Gail. 2. obſeru. 52. num. 12.* Facit ſecundò textus in terminis terminantibus *in l. Forma cenſuali. 452.* vbi Vlpianus Iureconſultus, Is verò, inquit, qui agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager eſt, agri enim tributum in eam ciuitatem debent leuare, in cuius territorio poſſidetur. *Add. d. l. cum l. ſeq. & l. 2. obſiſtere. 10. C. de annon. & trib.* vbi expreſsè deciditur, eum, qui poſſeſſiones tenet, & fructus percipit annonas & tributum ſoluere debere. Facit tertiò, quòd lege Imperij conſtitutum ſit veluti anno 1500. & anno 1542. vt ſubditi ratione domicilij collectentur de omnibus bonis vbicunque etiam extra territorium collectantium ſitis, daß ein jeder nicht mehr / dann an dem Ort vnd Ende / da er geſeſſen iſt von allem dem ſeinen / es lige / wo es wölle / zugeben ſchuldig ſey / vñ daß kein Stand den andern oder deſſelben Vnterthanen dawider dringe. Facit quartò præiudicium Cameræ, *vt atteſtatur Gail. 2. obſeru. 52. num. 10.* vbi in Camera in cauſſa quadam iudicatum ſe meminiſſe ſcribit, ciues extra territorium ciuitatis ratione bonorum eò loci collectari poſſe, vbi eorum bona ſita ſint. Quintò hanc ſententiam defendunt & ſequuntur. *Andr. de Iſern. in c. 1. Quæ ſint Regal. Baldus col. fin. verſ. Item collecta. Dec. conſi. 644. col. pen. Curt. Iun. conſi. 69. Alex. conſi. 52. circa fin. vol. 5. & in apoſtill. ad Bartol. in l. Reſcripto. §. fin. ff. ad Municipal. Paul. de Caſtr. in l. inter debitorem col. 1. ff. de pact.*

Quòd forenſes non poſſint collectari de bonis in collectantis territorio ſitis, ex eo dicendum aſtruendumque neceſſariò videtur, quòd collecta ſint munera, ſed extraordinaria quæ non habent certam ac determinatam præſtationem, ſed ex voluntate ſuperioris ob neceſſitatem ſuperuenientem imponuntur, & partim perſonalia ſint partim realia, ideoque mixta, quæ principaliter perſonis, ſed contemplatione rerum, imponantur. *Gail. d. obſ. 52. num. 9. & 13.* Tantùm

igitur

igitur perſonis, non autem forenſibus collectæ imponuntur, forenſes de bonis in collectantis territorio ſitis collectari non poſſunt. *l. Reſcripto. §. fin. verb. Munera verò, quæ patrimoniorum habentur, non aliis, quàm municipibus vel incolis. ff. de munerib. & honor. d. l. munerum & patrimoniorum. ff. eod. tit. l. Libertas. §. ſola. ff. ad municip.* vbi ſolam domus poſſeſſionem, quæ in aliena ciuitate comparatur domicilium non facere Papinianus Iureconſultus reſpondet *l. cùm neque C. de Incol. lib. 10. l. Omnes prouinciarum. 12. C. de operib. publ.* vbi ſoli incolæ & ciues ad munera extraordinaria aſtringuntur, per argumentum igitur à contrario ſenſu forenſes ſiue illi, qui non ſunt incolæ vel ciues, ad munera extraordinaria non aſtringuntur. Vnde ſequitur, inquit Gail. *d. obſ. 22. num. 14.* huiuſmodi munera extraneis ſiue forenſibus ſimiliter clericis, cùm ſint à iuriſdictione exemti, pro rebus ſiue poſſeſſionibus in territorio cenſitorum ſitis minimè imponi poſſe.

Secundò idem dicendum videtur ex nouiſſimo iure Conſtitutionum Imperij. Nam omnes Imperij Conſtitutiones de Anno 1544. vſque ad annum 76. vbique diſponunt, collectas Imperij imponi poſſe ſubditis, prout legitimè obſeruatum & iuris eſt, wie rechmäſſige Herkommen vnd Rechtens iſt/ ſed iuris eſt collectas perſonis principaliter imponi, non rebus, per iura ſuprà allegata. Et aliàs conſtitutiones Imperij, niſi expreſsè contrarium ſtatuant, intelligi debent ſecundum iuris communis diſpoſitionem *l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthum. & l. Quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. Gail. d. obſ. 52. num. 8.*

Tertiò hanc ſententiam frequentiùs Doctores ſecuti ſunt, *vt ſcribit & ſequitur Mynſing. cent. 5. obſ. 22. num. 2.* vbi in hanc ſententiam quàm plurimos Doctores citat, & hanc communem, & de iure veriorem eſſe dicit *Rol. à Valle conſi. 32. num. 8. & M. Anton. Natt. conſil. 160. num. 7. & ſeqq. Schurff. conſil. 59. num. 26. cent. 1. incip. in præſenti. Iaſ. in l. placet. C. de Sacroſ. Eccleſ. Natt. conſi. 4. num. 49. vol. 1.* vbi dicit, obligationem ratione collectarũ in perſonam dirigi, ſed cauſſam finalem eſſe rem ipſam. *Gail. d. obſ. 52. num. 14. 15. & 16.* vbi multos Doctores adducit *Mynſing. d. obſ. 22.* vbi hanc opinionem de iure veriorem magisque receptam eſſe ſcribit. Limitationes huius concluſionis, quando nimirum forenſes à collectantibus collectari poſſint ratione bonorum, quæ in ipſorum territorio habent. *Vid. ap. Gail. d. obſ. 52. num. 17. & ſeq. & num. 24. & apud Mynſing. d. obſeru. 22. à num. 6. vſque ad fin.*

*Ego cum Petro Fridero lib. 2. de Mandat. Iudic. cap. 44. num. 10.* Contrarias hanc ſententias, diſtinctionis adhibito fœdere, ſic in concordiam redigi poſſe ſtatuo. Aut enim collectæ principaliter imponuntur perſonis, non rebus, quod fit aut capitatione, aut ſingulorum facultates penſitando, & tunc forenſes collectari non poſſunt à collectantibus propter bona, quæ in ipſorum territorio habent. Ratio hæc eſt, quòd collecta illæ non res, ſed perſonas principaliter, in quas iuriſdictionem nullã habẽt, reſpiciant per ſupra allegata. Aut principaliter imponuntur rebus, & tunc forenſes etiam collectari poſſunt. *d. cap. forma cenſuali. 4. §. 2. ff. de cenſib. d. l. 2. cum l. ſeq. & l. obſiſtere 10. C. de annon. & trib.* Probatur & confirmatur hęc diſtinctio *per. d. l. Reſcripto. §. fi.* vbi Vlpianus Iurecõſultus, ſed enim hæc munera, inquit, quæ patrimoniis indicuntur, duplicia ſunt. Nam quædam poſſeſſoribus iniunguntur, ſiue municipes ſunt, ſiue non ſunt, quædam non niſi municipibus vel incolis. Intributiones quæ agris fiunt vel ædificiis, poſſeſſoribus indicuntur. Munera verò, quæ patrimoniorum habentur, non aliis, quàm municipibus vel incolis *add. l. Munerum. §. patrimoniorum. ff. eod. tit.* Confer, quæ tradit Gail. *obſeru. 52. numer. 11. & 12.* Putârim ego tamen, ad conſuetudinem cuiusque loci potiſſimùm eſſe reſpiciendum. *Gail. d. obſ. 52. num. 18. & 19.* vbi veram interpretationem à practica ſumi, & ab ea non eſſe recedendum ſcribit *per l. ſi publicanus. §. final. & l. illud. ff. de Excuſ. Tutor.* omnium tamen conſultiſſimum foret, ad amputandas lites & controuerſias, quæ inter Status Imperij ſæpè exiſtunt, ſi conſtitutione quadam Im-

perij hæc quæſtio definiretur, & certus collectandi modus præſcriberetur, vt & Gailio placet *1.obſeru.62.num.final.*

Porrò aduerſus ordinis & Status Imperij contumaces in ſoluendis hiſce collectis, tanquã ſuper debitis ex matricula Imperij liquidis, proceſſus ab executione inchoatur ſine aliquo libello vel ſtrepitu iudicij *Gail.1.obſ.20.num.5.6.& 7.* ſicut & ſuper aliis debitis fiſcalibus executiuè ſtatim proceditur. *Coler. de proceſſ. execut.p.3.cap.2.nu.34.per l.pen.C.de conueniend.fiſc.debit.lib.10.l.vn.C.de capiend.& diſtrah.pigno.eod.lib.10.* Quod tamen verum eſt, ſi inſtrumentum à fiſco productum, aut liber rationum ſaltem vi ſtatuti vel conſuetudinis loci, plenè probet *Coler.d.loc.nu.73.* ſin minùs, reo negante ne quidem in fauorem fiſci, executiuè proceditur, ſed requiritur libellus & litis conteſtatio. *Gail.1.obſeru.20.num.8.per l.3.C.de conueniend.fiſc.debitor.lib.10.& l.defenſionis.C.de Iur.fiſc.libr.eod.& l.vn.C.de conduct.& Procurator.lib.1.Coler.d.loc.num.37.*

## L.
# SVPPLICATIO PRO EXAMINE AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

WOlgeborner/ꝛc. Als ſich in dieſem Keyſerlichen Cammergericht ein Rechtlicher Streit zwiſchen den N. als Klägern eins/ vnnd den N. beklagten anders Theils gehalten hat/ vnd von wegen der Beſchädigung jhrer Gnad an dem Gräfflichen Sitz zu N. von der auffrüriſchen Bawerſchafft zugefügt/ welcher Thaten ſich N. wie jme vermeyntlich zu gemeſſen will/ theilhafftig gemacht/ jhre Statt geöffnet/ die auffrüriſchen geetzt/ getränckt/ ſelbſt perſönlich bey der That geweſen/ꝛc. Wie dañ alles in etlicher vnlautern vnd gantz gemeinen poſitionen im Namen vnd von wegẽ obgemelter meiner gnädigen Herrn/ von N. vermeynter Weiß fürgetragen vnnd vielleicht alſo ſtillſchweigend/vnd mit Eynziehung vielerley Partheyen in ſolcher vnlautern Generalitet auff N. wie gemelt/ auch gezogen werden will/ vnd aber N. ſich dieſer vnerfindlicher Aufflage/ wo die anders auff ſie gedeut vnd gezogen wird/ vnſchüldig/ vnd ein ſolche Vnſchuld/ wie N. verhofft/ vnd zu Recht gnug iſt/ doch außgeſchloſſen den Vberfluß wie ſich gebürt/ zubeweiſen vnd außzuführen wiſſens/ nach dem aber N. viel Zeugen hat/ die ſolcher Sachen gut Wiſſen tragen/ [a] doch mit Schwachheit vnd mercklichem Alter beladen ſeyn/ alſo daß zubeſorgen vnd nicht verſehlich iſt/ daß dieſelben Zeugen angezeigter Meynung halben ſo lang biß in der Hauptſachen ad terminum probatorium gehandelt wird/ leben möchten/ wie dann zum Theil geſchehen/ vnd dann N. etlich ſtattlich/ vnd der fünembſten Zeugen allein biß zu dieſer Zeit abgefallen/ vnnd mit Todt abgangen ſind/ vnd aber N. an ſolcher Beweiſung nach Gelegenheit der Sachen mercklich gelegen iſt/ vnd der Weg der Beweiſung nicht ge-

engt

engt werden ſoll/damit auch dem N. an ſeiner Zeugſchafft nicht abgehe/ ſondern die Warheit an Tag gebracht werden mög/ſo vbergibt Syndicus Anwald im Namen vorgemelter ſeiner Principal N. zu N. zu Offenbarung der Warheit in beſter Form / wie das von Rechtswegen geſchehen ſoll/nachfolgende Artickel (oder beyligend) mit A. bezeichnet/vnterthäniglich bittend/E. G. wöllen dieſelben ad perpetuam rei memoriam zubeweiſen zulaſſen / vnd durch ein Commiſſion von dem Keyſerlichen Cammergericht befehlen/ dieſelben mit Eyd zu beladen vnd zuhören/ ihre Sag auffzuſchreiben / zu verſchlieſſen / vnd verſchloſſen behalten/ ſo lang vnd viel dieſelben von ſeinen Principaln zueröffnen gebetten werden / E. G. Richterlich Ampt demütiglich anruffend : Sequuntur Articuli, vel ſeorſim poſiti, vel hic inſerti, hoc modo: Erſtlich ſetzt vnd ſagt Anwald N. war ſeyn/ꝛc.

Etſi teſtes regulariter ante litem negatiuè conteſtatam recipi & examinari non poſſunt, *vt notant. gloſſ. & DD. Iohann. And. Innocent. Hoſtiens. Ant. de Butr. Iohan. de Imol. in c. Quoniam frequenter, vt lit. non conteſtat. non proced. ad teſt. recept. Bart. in l. De ætate. ff. de Minorib. & in Authent. Sed & ſi quis ab aliquo. C. de teſtib. & ibi DD. Gail. 1. obſer. 92. nu. 1. Mynſing. cent. 4. obſeru. 71. num. 1. VVeſenbec. in paratitl. Digeſt. de teſtib. numer. 5. Godofred. ad l. in lege Aquilia 40. ff. ad l. Aquil. Chilian. König in Practic. Iur. cap. 85. num. 1. Rutger. Rulant. in tractat. de Commiſſar. & Commiſſ. part. 2. lib. 1. cap. 1. num. 2. per l. 2. de iureiur. propter calumn. dand.* vbi dicitur, ante iuramentum calumniæ præſtitum, allegationes prohibitas; Hoc tamen fallit in examine ad perpetuam rei memoriam, *DD. in præalleg. loc. & in aliis caſibus, quos Doctores tradunt in d. c. Quoniam. & plenè illos perſequitur. Rulant. d. lib. 2. cap. 1. poſt Nell. à ſanct. Geminian. in 2. part. tracta. de Teſtib. Damhud. in prax. rer. ciuil. cap. 162. Hartman. libr. 2. obſeru. 10. tit. 15.* ſicut *& in caſu. d. l. in l. Aquilia in caſu c. ſignificauit. &c. Albericus extra de teſtib. Gail. d. obſeru 92. numer. 3. & Mynſing. d. obſeruat. 97. num. 1.* Hoc autem ideò fit, quia periculum aliquod ſubeſt, quod per huiuſmodi examen euitatur. Sicut enim aliàs, quando periculum in mora eſt, à regulis iuris communis receditur. *l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de oper. nou. nunciat. l. ſi quis filio. 6. §. quid autem 9. ff. de iniuſt. rup. teſtam. l. Diuus. 5. in fin. ff. de petit. hæred. l. 1. ff. de dam. infect.* Sic quoque in hac teſtium ad perpetuam rei memoriam receptione. *Rulant. lib. 1. cap. 1. num. 5.*

Cæterùm hic inter Actorem & Reum differentia conſtituenda eſt. Actor non niſi propter inſequentes cauſſas, ad hanc ante litis conteſtationem ad perpetuam rei memoriam probationem peruenire poteſt, quas quidem cauſſas ſemper in ſupplicatione pro hoc examine ſiue commiſſione illius impetranda allegare cogitur. *Gail. d. obſeru. 92. numer. 3. Rulant. d. libr. 1. cap. 5. num. 5.* veluti prima cauſſa eſt ſenium teſtium *d. c. Quoniam frequent. vt lit. non conteſt.* ibique communiter Canoniſtæ *Spec. in tit. de teſte. § regulariter. Corn. conſi. 172. nu. 2. volum. ſecund. Franciſc. Rip. in tractat. de Peſt. tit. de priuil. indic. poſt numer. 44. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1367. num. 4. Gail. d. obſeru. 92. num. 3. Mynſing. cent. 4. obſeru. 71. numer. 4. Rulant. d. lib. 1. cap. 6. in princ.* Quomodo autem ſenium in hoc puncto determinetur, etſi variè diſcurrat *Rulant. d. cap. 5. & Gail. d. obſeru. 92. num. 7. ſcribat*, quinquagenarium in Camera pro ſene reputari, & vt teſtem ad perpetuam rei memoriam admitti, communis tamen opinio eſt, Iudicis arbitrio hoc relinquendum eſſe. *Gail. d. obſeru. 92. num. 7. Rulant. d. cap. 6. num 4. Iohann. Andr. in d. c. Quoniam frequenter. ibique etiam Marian. Socin. Menoch. de arbitrar. Iud. Quæſt. caſu 59. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1295. num. 8.*

Porrò diligenter hoc loco notandum eſt, quod monet *Rulant. d. cap. 6. nu. 5.*



Digitized by Google

cauſſam hanc in ſpecie eſſe allegādam ita vt numerus annorum exprimatur, nec ſufficere, ſi in genere dicatur, teſtes eſſe ſenes, aliâs futurum, vt proceſſus denegetur, quod duob. Cameræ præiudicis firmat, & in cauſſa Roſenberg cōtra Teutſchmeiſter / & in cauſſa Abell von Eſſen contra Goningen hoc ſeruatum fuiſſe ſcribit, vbi etiam ſubiicit, non ſufficere ſolam ſpecificam hanc allegationem, ſed requiri inſuper, vt ſenſum etiam ab allegante probetur. *arg. l. Actor. de probat. vt & in ſpecie tradit. Hartman. obſeru. 10. lib. 2. tit. 15.*

Secunda cauſſa eſt morbus contagioſus, qui in aliquo loco graſſatur. *d. c. Quoniam frequenter. Rulant. d. lib. 1. c. 7. nu. 1.*

Tertia cauſſa eſt, quando teſtes ſunt valetudinarij, vel aliâs graui quodam morbo detinentur. *d. c. Quoniam. Rulant. d. c. 8. nu. 1. Gail. d. obſeru. 92. num. 3.* vbi valetudinarium ita conſiderat, vt mortis ſubſit periculum. *Mynſing. d. obſeru. 71. nu. 4. Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1367. num. 4.* Qui autem ita valetudinarij ſint, & tali morbo laborent, vt nō expectato regulari tempore ſiue ordinario proceſſu examinari debeant, variè diſcurrit *Rul. d. c. 8.* vbi cum Gailio talem morbum intelligit, vnde mortis periculum immineat, idq. Medici ex vrina vel aliis indiciis colligant. *num. 4.*

Quarta cauſſa eſt diuturna abſentia; *d. c. Quoniam frequenter. Gail. d. obſeru. 92. num. 3.* vbi hanc rationem adducit, quòd mors & longa abſentia æquiparentur, *per tex. in c. præſentata de teſtib.* Interdum tamen abſentia etiam non diuturna ſufficit, veluti ſi quis periculoſum iter ſuſcipiat, aut mare conſcendat. *l. 3. cum l. ſeq. de donat. cauſ. mort. Rulan. d. lib. 1. c. 9. nu. 6.* Quod autem de futura teſtium abſentia diximus, intelligendum eſt, ſi teſtis poſt litem conteſtatam tempore probationis commodè haberi non poſſit per ea, quæ notat *Abb. in d. c. Quoniam frequenter. n. 1. & Felin. ibid. col. 5. Rulant. d. c. 9. num. 8.* Si verò teſtes illi ordinario probationis tempore ſuperuenirent, euaneſcere ipſorum receptionem affirmant Rot. *deciſ. 109. in antiq. Maſcard. poſt alios à ſeſe allegatos. dict. concluſ. 1367. numer. 10. Rulant. dict. c. 9. num. 7.*

An ex periculo obliuionis teſtes ante litem conteſtatam ad perpetuam memoriam examinari poſſint, ambigitur. Quod affirmant nonnulli, quos adducit *Rulant. d. lib. 1. c. 10. num. 1. quibus adde Dionyſium Godofredum ad d. l. In l. Aquilia, in verb. addamus, & de eorum obliuione & leuitate. Verùm Rulant. d. c. 10. num. 4.* ex duabus rationibus, tùm quòd nihil quippiam de hoc leges affirment, ſine quibus loqui Iureconſultus erubeſcat. §. *Conſideremus in Auth. de Trient. & Semiſſ.* tùm verò etiam, quòd, ſi ex periculo obliuionis teſtes examinarentur, futurum eſſet, vt perpetua quadam confuſione & diſputatione & Iudices & partes diuexarentur, propter obliuionis periculum examini teſtium ad perpetuam rei memoriam locum eſſe negat, & hanc ſententiam in Camera obſeruari ſe putare ſcribit.

Ad hæc Actor ſupplicans pro Examine hoc ſiue commiſſione illius ſubſequentia capita ſupplicationi inſeret.

Primò cauſſas prædictas, quare Examen ſiue commiſſio petatur; Secundò ſpecialem deſignationem ætatis teſtium, vt dictum eſt.

Vtrùm cauſſas illas ſufficiat allegare, an verò etiam probari oportet, ab Interpretibus diſputatur. Communis Doctorum concluſio eſt, vt ſcribit *Rulant. d. lib. 1. c. 13. num. 5.* ſummariam cognitionem & ſemiplenam ſaltem probationem Iudici faciendam eſſe, qualiter teſtes illi ſenes & valetudinarij ſint, & quotidiè mors ipſorum ſit pertimeſcenda, quòd ad loca longinqua vel periculoſa abire cogitent. Vide autoritates & rationes quas ibi *Rulant. adducit num. 5. 6. & 7.* vbi, ſi aliter Iudici fides fieri non poſſit, iuramentum teſtis examinandi poſt alios à ſeſe allegatos exigit. *Vide Ferarienſ. in forma capitul. Quomodo teſtes producuntur ad ætern. memor. in verb. timor.* In quam etiam ſententiam in Camera olim fuiſſe iudicatum ſcribit *Rulant. d. c. 10. num. 8.* Alij Doctores ſuſpicionem vel præſumptionem ſufficere

Digitized by Google

cere tradunt, quos allegat *Rulant. d. c. 10. num. 3.* vbi hanc ſententiam ſæpiſſimè obſeruatum fuiſſe in Camera, & quotidiè obſeruari ſe ſcire ſcribit.

Tertiò Articulos, vt cognoſcat Iudex, an ſint admittendi & releuantes.

Quartò deſignationem Teſtium *Rulant. d. libr. 1. numer. 5. Gail. dict. obſeruat. 92. num. 3.*

Porrò conceſſa commiſſione & teſtibus ritè examinatis neceſſe eſt, vt Actor intra annum actionem inſtituat. *d. c. Quoniam frequenter*, qui quidem annus non currit, niſi à tempore, quo potuit agere. *Gail. d. obſer. 92. num. 5.* vt fraus omnis atque dolus excludatur, aliàs enim, ſi intra annum non agat, præſumptio iuris eſt & de iure, examinationem in fraudem eſſe factam. *d. c. Quoniam. gloſ. ibi in verb. fraudem. Gail. d. obſ. 92. num. 6.*

Hæc de Actore petente commiſſionem: Nunc de Reo, quem etiam Commiſſionem ad perpetuam rei memoriam petere poſſe tradunt *Doct. in ſuprà allegatis locis.*

De Reo autem pro regula traditum eſt, quòd ille, nulla habita ætatis, valetudinis, aut abſentiæ ratione teſtes producere poſſit, *l. in l. Aquilia. 40. ff. ad l. Aquil. c. ſignificauit, & c. Albericus extra de teſtib. Gail. d. obſeru. 92. num. 19. Hartmann. Piſtor. p. 1. q. 39. num. 15. Rulant. d. lib. 1. c. 3. num. 4.* Quę quidem iura ad Reum tantùm poſt alios à ſeſe allegatos ibidem reſtringunt, &, cur ita indiſtinctè Reus teſtes producere poſſit, rationem hanc aſſignant, quòd Reus incertus ſit, vt in cuius id poteſtate poſitum non ſit, quando conueniatur. Ne igitur facultas probationis ipſi interim magno ſuo cum damno pereat, hoc remedio iura prouiſum ipſi eſſe voluerunt.

Quæ concluſio ita limitatur, vt non procedat, quando Actor aduerſus Reum actionem ſuam ſemel intentare cœpit, veluti ſi ipſum in iudicium vocauit, aut lis de proximo ſperatur. Tùm enim Reus ante litis conteſtationem ex remedio c. Significauit teſtes ad perpetuam rei memoriam producere nequit, verùm *ex d. c.* Quoniam eadem teſtium requiſita, quæ actor, adhibere & ſupplicationi inſerere tenetur, allegando nimirum & ſaltem præſumtiuè docendo, teſtes aut valetudinarios eſſe, aut morbum contagioſum in illo loco graſſari, aut ſenes eſſe, aut diſceſſum ipſos longinquum vel periculoſum parare. *Abb. in d. c. Significauit, num. 3. Mynſing. centur. 4. obſer. 71. Hartmann. Piſtor. d. q. 39. nu. 17. Rulant. d. lib. 1. c. 3. num. 9. & 10.*

Traditur etiam hæc concluſionis ſuprà de Reo poſitæ limitatio, quòd non habeat locum in exceptione, quæ à Reo per modum ſiue viam actionis proponi poteſt, ſiue quando Reus tàm Actoris, quàm Rei vicem obtinet, quoniam tunc ceſſet ratio illius diſpoſitionis inductiua, quòd in arbitrio Rei poſitum non ſit, quando ab Actore conueniatur. Ideoque hoc caſu *Innocen. remedium. d. c. Significauit locum habere negat. Sequitur Gail. d. obſeru. 92. nu. 11. Idem tenet Lanfranc. de Orian. in tractat. de teſtib. num. 34.*

Verùm hæc opinio communiter à Doctoribus reprobatur, ideoque communis concluſio eſt, etiam illum Reum, cui ſimul ius agendi competit, hoc remedio vti, atque teſtes ante litis conteſtationem ad perpetuam rei memoriam producere poſſe. *Bart. Bald. & Salic. in d. Auth. ſed & ſi quis. Abb. Imol. & Felin. in d. c. ſignificauit.*

Non obſtat allata ratio. Quoniam enim etiam Actori integrum fuit agere, ſibi imputare debebit, cur facta ſibi à Reo denunciatione de teſtibus examinandis, non mox actionem ſuam inſtituerit, atque illa ratione examen iſtud impediuerit. Nam ſi ageret, ait Imola, impediret receptionem, & faceret illam differre poſt litis conteſtationem, *Hartman. Piſtor. d. q. 39. num. 16. Rulant. d. libr. 1. c. 3. num. 9.*

Quæ autem hactenus de teſtium ad perpetuam rei memoriam receptio-



Digitized by Google

ne dicta à nobis ſunt, ea tantùm in ciuilibus non autem in criminalib. obtinent, intellige ex parte actoris, tùm quòd in criminalibus liquidiſſimæ & luce meridiana clariores requirantur probationes. *l. final. C. de probat.* tùm verò etiam quòd pœnarum executiones odioſæ, non autem fauorabiles eſſe ſoleant. *l. Auxilium. ff. de Minorib. Ita tradit Bal. in d. c. Quoniam frequenter, col. 3. Florian. in d. l. in l. Aquil. §. delictum. colum. fin. in fin. Gomes. in ſuo Tractat. variar. reſolut. tit. de delict. num. 21. Gail. d. obſeru. 92. num. 13. Hartman. Piſtor. d. q. 39. num. 10. Rulant. d. lib. 1. c. 4. num. 1. & ſeq.* Dixi hoc ita eſſe quo ad Actorem. Reus enim fauore innocentiæ, ne illius probandæ ipſi facultas auferatur, teſtes ad perpetuam rei memoriam producere, atq; examinandos curare poteſt. *Doct. in praallegatis locis. Hartman. Piſtor. d. q. 39. nu. 10. Gail. d. obſeru. 92. num. 15. Rulant. d. c. 4. num. 6. Vnde ibidem infert num. 7.* ex parte Rei in cauſſis fractæ pacis, quando agitur ad pœnam banni, poſſe impetrari commiſſionem ad perpetuam rei memoriam, vt & tradit *Mynſing. cent. 3. obſeru. 11.* & docet hæc auctoris noſtri formula, in qua Reus in cauſſa fractæ pacis pro impetranda commiſſione examinis teſtium ad perpetuam rei memoriam ſupplicat. Intelligitur ex his omnibus, quæ hactenus de diuerſis illis *c. Quoniam extra vt lit. non conteſtat. & c. ſignificauit ac c. Albericus extra de teſtib.* remediis commemorauimus, magnam inter duo illa remedia eſſe differentiam. Nam primo *d. c. Quoniam frequenter,* potiſſimum de actore loquitur, *text. verò in c. ſignificauit ſaltem* in Reo procedit. *Hartman. Piſtor. d. q. 39. num. 20. & Gomes. libr. 1. variar. reſolut. num. 19. & 21. ſuprà citat. loc. Rulant. d. lib. 1. cap. 3. qui iura in d. c. ſignificauit & d. c. Albericus extra de teſtib.* prodita tùm ad Reum aſtringenda eſſe diſertè ſcribunt.

Secundò ex remedio illo teſtes ſaltem ſenes valetudinarij, & alij, de quibus ſuprà dictum eſt admittētur; ex hoc verò omnes indifferenter recipiuntur. *Hartmann. Piſtor. d. num. 20. & per ea, quæ ſupra adduximus.*

Tertiò remedium *d. c. Quoniam etiam lite cœpta* locum habebit, remedio autem c. ſignificauit, non niſi antequam lis ab Actore moueatur, Reus ſeſe tueri poteſt. *Hartman. Piſt. d. num. 20. & per ea quæ ſuprà adduximus.*

Quartò teſtimonia *ex c. ſignificauit* ſuſcepta ſtatim publicantur, neque publicatio hæc vlteriorem productionem impedit; *ex c. autem quoniam* recepta teſtimonia penes Iudicem conſignata manent, nec niſi cum aliis teſtibus poſtea receptis publicantur, *ſicut poſt Butr. Panorm. & Imol. in d. c. ſignificauit. Bart. in Authen. Sed & quis. C. de teſtib. Iohann. Andr. ad Spec. in tit. de Teſte. §. Nunc tractemus. tradit. Mynſing. d. obſeru. 71. num. 5. Hartmann. Piſt. d. quæſt. 39. num. 20.*

Quintò teſtes *ex c. ſignificauit* recepti perpetuò valent tanquam publicum inſtrumentum, teſtimonia autem *ex c. Quoniam frequenter* ſuſcepta poſt annum concidunt. *Mynſing. d. obſeru. 71. num. 6. & per ſuprà allegata.*

a Doch mit Schwachheit vnd mercklichem Alter.] Conſtat hinc illorum praxis, quæ ſuprà tradidimus, quod nimirùm Reus lite iam cœpta non aliter poſſit teſtes ad perpetuam rei memoriam producere, quèm in iis qualitatibus, in quibus Actor illos producere tenetur, nempè ſi ſint ſenes valetudinarij, vel aliqua illarũ qualitatum, quas ſuprà recenſuimus, affecti. Hîc autem & reum & lite quidem iam cœpta commiſſionem petere ex tota ſupplicationis formula conſtat.

SVPPLI-

## LI.

## SVPPLICATIO PRO MANDATO POENALI AD IVDICES INFERIORES, VT LATAM PER EOS SENTENTIAM executioni mandent.

WOlgeborner / ꝛc. Wiewol in Keyſerlichen gemeinen beſchriebenen Rechten heilſam vnd gnugſam verſehen / daß die Richter ſo anders ordentlich vnd competentes jhren geſprochenen Vrtheilen Volnziehung vnd Execution thůn ſollen / ſonderlich ſo die ergangene Vrtheil jhr Endſchafft erreicht / vnd in rem iudicatam ergangen / ſo haben doch / ſolches alles vnangeſehen / ein ehrſamer Rhat der Statt N. in meiner Sachen / ſo ich wider N. gehabt / in welcher vormals von jhnen ein Endvrtheil vor mich ergangen / davon dann der Gegentheil vermeyntlich an diß Keyſerlich Cammergericht appelliert / aber durch E. G. die Appellation nicht angenommen / vnnd die Sach vorn Richter voriger Inſtantz gewieſen / welcher Vrtheil ich ein glaubwürdig Copey auß dem Keyſerlichen Cammergericht allhie erlöſet / vnd folgends obermelter Raht der Statt N. anzeigt / vnd mit gröſſerem Koſten inſinuieren laſſen / vnd vmb Execution angehalten / die dann auff ein vermeynte Proteſtationſchrifft / ſo ich E. G. hiemit mit B. ſigniert vbergib / darinn gedachter mein Gegentheil anzeigt / wie von E. G. pro reſtitutione contra ſententiam angehalten / vnd alſo die Sach noch der Reſtitution halb ſchweben ſoll / welches ohn allen Grund vnd Warheit / wie auch E. G. ſolchs auß Beſichtigung der Protocoln ohn Zweiffel befinden werden / mich armen Mann in groſſen Koſten zuführen / widerumb hieher gewieſen haben / dieweil nun ſolches meines Gegentheils Angebē / durchauß die Vnwarheit / vnd mir Armen von einem ehrſamen Rhate laut hiebeygelegtes Inſtruments proteſtationis mit B. ſigniert / Volnziehung jhrer eygen Vrtheil / wider Recht vnd alle Billigkeit abgeſchlagen. So iſt mein vnterthänig Bitt / Ewer G. wöllen mir armen Mann Mandatum pœnale, bey einer groſſen Gelt Peen / wider offtgemelten einen ehrſamen Rhat / als dem heyligen Reich ohne Mittel vnterworffen / gnädiglich erkennen / darinn jhnen gebotten werde / daß ſie jhrer geſprochen Vrtheil ein Gnügen thun / hierinn E. G. hoch Adelich milt Richterlich Ampt vnterthänig anruffend.

Fruſtra feruntur leges & ſententiæ, pacta & tranſactiones inutiliter ineuntur, niſi iudicata & conuenta itemque executioni mandentur. *c. quoad conſultationem. verſ. ſed nec executionem. & c. cum aliquibus, extra de re iudicat. l. cùm quædam puella in verb. ſententia ſemel dicta executari debet. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. Poſt rem iudicatam. & l. à Diuo Pio. in princ. & per tot. ff. de re iudicat. l. ſi cauſſa cognita*, ibi, Præſes prouinciæ, vſitato more legum rebus pridem iudicatis effectum adhibere curabit. *C. de Tranſact. l.*

*act. l. Legitima conuentio. ff. de pact. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſ. l. cum te tranſegiſſe*, ibi, fruſtra deſideras, vt à placitis recedatur *l. fratres*. ibi nullus erit litium finis, ſi à tranſactionibus bona fide interpoſitis cœperit facilè diſcedi, *l. cauſſas vel lites. l. Non minorem. C. de Tranſact.* Et Philoſophus *in 6. Politicor.* præclarè ſcriptum reliquit, nihil prodeſſe rebus iuſtis iudicia dare, vel ſententias ferre, niſi ſint, qui hæc ipſa legum imperata ad effectum deducant. *Et in l. 2. §. poſt originem. ff. de origin. Iur.* ſcriptum extat, quòd non ſufficiat, iura in ciuitate extare, niſi ſint, qui ea exequantur. *Add. l. Minor annis viginti quinque. ff. de Minorib. c. cum aliquibus de ſentent. & re iudicat. l. 2. & tot. tit. C. de execut. rei Iudicat. c. 1. de dol. & contumac. c. Quoniam frequenter. §. in aliis vt lite non conteſta. c. de cauſis. §. de offic & poteſt. iudic. ord. p. 3. Ord. Cam. tit. 41.* vbi paſſim dicitur rem iudicatam omni merito paratam executionem habere debere, ne iudicia reddantur eluſoria, & ſententia ſit inanis & fruſtratoria. Ratio eſt, quòd res iudicata pro veritate habeatur *l. Res iudicata. ff. de Reg. Iur.* veritas igitur executioni mandari debet. Magiſtratus igitur, ne ſit campana ſine piſtillo vel clypelo, ſententias per ſe latas executioni mandabit. *l. Executorem. C. de execut. rei iudicat.*

Sed quia ſæpè contingit Magiſtratum, qui ſententiam tulit, quæ etiam in rem iudicatam tranſiit, nullaque vel appellatione, vel reiteratione (quæ extra forum Saxonicum de iure ciuili prorſus eſt incognita,) vel reuiſione, vel denique reſtitutione in integrum (quæ duo tantùm poſteriora ſuſpenſiua remedia aduerſus ſententias in Camera latas conceduntur. *part. 3. Ordin. Cam. tit. 52. & 53.*) fuit ſuſpenſa, executionem rei iudicatæ cum magno victoris damno in multos menſes, menſes autem? immò in multos ſæpè annos, in gratiam alterius partis nequiter & malitioſè differre, poterit pars, quæ hunc admodum procraſtinatur, & de die in diem vanis pollicitationibus ac promiſſis extrahitur, Iudicem illius Magiſtratus, qui executionem ita differt, proximè ſuperiorem adire, ab eoque aduerſus ipſum promotoriales, vt loquuntur, ſiue mandatum pœnale ad exequendam ſententiam latam petere, ideoque ſi Iudex, qui executionem rei iudicatæ differt, Cameræ immediatè ſuppoſitus ſit, à Camera ſtatim, remoto primæ inſtantiæ priuilegio, ſi ille, qui ita imperio immediatè ſubiectus eſt, Auſtregas habeat; vt ſuprà diximus, promotoriales ſunt impetrandæ, ſicut ex hac ſupplicationis formula conſtat, & ſuprà de promotorialibus docuimus, ac docebitur infrà plenius. *Gail. 1. obſeru. 1. numer. 26. Chriſtoph. Schvvanmann. libr. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 19.*

## LII.

## SVPPLICATIO PRO DEPVTATIONE EXECUTORUM, auff erlangt Recht vnd Immiſſion etlicher der Echters Gütter.

Allerdurchleuchtigſter / groſzmächtigſter / Römiſcher / Vngeriſcher vnd Böhemiſcher König / allergnädigſter Herr / E. Königliche Maieſt. ſeyn mein gantz vnterthänig willig Dienſt mit ſchüldigem bereitem Fleiſz vnd Gehorſam / ꝛc. Der durchleuchtigſt vnd hochgeborn Fürſt vnd Herr / N. zu N. iſt mir erſtlich von wegen einer geringen Geltſchult / die ich gegen ſeiner Gnaden mit ſawrem Koſten vnnd Vnſtatten an dem hochlöblichen Keyſerlichen Cammergericht mit Vrtheil vnd Recht erſtanden / von wegen

gen ſolchs ſeins Vngehorſams deß Keyſerlichen Executorial vnnd Gebottsbrieff bewieſen / in ein genannt Gelt Peen condemniert / vnd dann auff mein ferner Rechtlich Anſuchen / Anruffen vnd Anklagen / ſolchs Vngehorſams halb in Römiſcher Keyſ. Maj. vnd deß heyligen Reichs Acht vnd Aberacht / geſprochen / erkannt / erklärt / vnd offentlich denunciert / vnnd wie ich demnach in Krafft ſolcher Acht an berürtem Keyſerlichen Cammergericht in etlich Stück vnd Gut hochermelds Hertzogs / als dem Echter zugehörig / als in die fünff Pfarrdörffer mit Rechtlicher Erkänntnuß jnueſtiert vnnd eyngeſetzt / vnd folgends auff mein ferner vnterthänigs Anruffen der Execution halb zu wircklicher Volſtreckung ſolcher erlangten Acht vnd Immiſſion / an die Röm. Keyſ. auch E. König. Majeſt. meiner allergnädigſten Herrn / vermög deß heyligen Reichs Ordnung / remittiert / vnd gewieſen bin worden / das alles haben E. Gn. auß hiebeygelegter beſiegelter Vrtheil vnd Executorial Brieff gnädiglich anzuhören / zuvernemmen / darumb vnd dieweil dann je billich vnd recht / auch ſonder Zweiffel E. König. Majeſt. für ſich ſelbſt / deß gäntzlichen geſinnet vnd geneigt ſeyn / das geſprochen Vrtheil zu vrtheilicher Wircligkeit gebracht vnd voluzogen / vnd dargegen die freuentlich Vngehorſamb / zu Erhaltung Keyſerlicher Hochheit vnd Obrigkeit / der Gebür nach geſtrafft / vnd alſo mit nicht geſtattet werd / das Keyſerlich gevrtheilt Recht dermaſſen zu einem ärgerlichen Exempel vnd Beyſpiel / durch eygentlichen Gewaldt / vnd Widerſpennigen Gehorſam / ſo ſchimpflicher vnd verächtlicher Weiß zu vntertrücken / vnd dann die Warheit daß hochernannter Hertzog / dem doch ein ſolchs als auſſerhalb dieſer Acht einem Fürſten vnd Gliedmaß deß Reichs / viel weniger dann eim andern geringes Stands vnd Weſens gebürt / nachmals berürt Keyſerlich Vrtheil / Executorialn vnd Gebottsbrieffen mit Nutz vnd Gewalt vor zuſeyn / vnd ſich deren wircklicher Volnſtreckung / mir vnd dem meinen zu endlichem verderblichen Schaden noch länger auffzuhalten vnterſtehet / dardurch nun ich darauff ſo viel Mühe vnd Arbeit vnnd Koſtens gewend / daß ich zu letzt ein wircklich Execution empfing / vnd darneben auch auß dem / daß ich meines Ampts halben auß ſchüldiger Pflichten Keyſerliche Hoch vnd Herrligkeit dermaſſen illudiert vnd veracht zu werden / ein ſonderlich Beſchwerung trag / gedrungen vnd verurſacht worden / mein Hauß vnd Haab / auch Weib vnd Kind / vnd darzu den Verdienſt meines Bottenampts / dabey ich nun ſo viel Jahr vnd Zeit / auch bey weyland hochlöblicher Gedächtnuß Maximiliano nicht ohn Ruhm vnd Ehren erhalten / dißmals zulaſſen vnd zurück zuſchlagen / vnd alſo E. Keyſ. Majeſt. auff hierob angeregte Keyſerliche Remiſſion begert / Execution vnd Vollſtreckung halber hinfür der nachzufolgen / ſo iſt dem allem nach an E. Keyſerliche Majeſtat mein gantz vnterthä-

thänigſt fleiſſig Bitt / vnd tröſtlich Zuverſicht / ſie wöllen vnd werden für ſich ſelbſt / auch an ſtatt vnd von wegen hochermelter Röm. Keyſerl. Maj. meines allergnädigſten Herꝛn / mich als ein alten erlebten Diener / ſolcher meiner langwirigen getrewen Dienſten / vnd bevorauß meines vielbenannten Rechtens halben / in dieſem meinem billigen vnnd rechtmäſſigen Anruffen / gnädiglich bedencken vnd erhören / vnd alſo zu Executorn vnd Volſtreckern gemelter Peen der Acht / auch mir darüber zu ertheilt Eynſatzung / meine gnädigſte / gnädige vnnd gebietende Herꝛn / den Ertzbiſchoff vnd ein Ehrwürdig Thumcapitel zu N. den Biſchoff N. auch Bürgermeiſter vnd Rhat der Statt N. vnd N. vnd dann darneben / dieweil ſich das hieobbeſtimbt Keyſerl. Maieſt. Executorial / auch auff jhr Keyſerlich vnnd E. Königlichen Maieſtat Erbland erſtreckt / die durchleuchtigſte hochgeborne Fürſtin vnnd Fraw / N. Königin zu N. vnd N. Regentin der Keyſerlicher vnd E. Königlicher Maieſtat der Niderländiſchen Erbländer / ꝛc. meiner allergnädigſten Frawen / vnd dann dem wolgebornen meinem gnädigen Herꝛn / Herꝛn N. Graffen zu N. ꝛc. ſampt vnd ſonder gnädigſt Vermögen verordnen / vnd alſo der Gebür nach verfügen / daß ich in die obberürte / auch ſonſt in alle andere Echters Haab / Gut vnd Gerechtigkeit / darzu ich in Krafft erlangter Acht Eyn vnd Zugang habe / wircklichen vnd vrthätlich eyngeſetzt / vnd dabey vor Gewalt vnd Vnrecht behalten vnd gehandhabt werde / mit der weitern Verſicherung / daß ich ſolche erlangte vnnd eyngeantworte Gütter verkauffen / vnd ſonſt völliges Gewalts damit handlen / thun vnd laſſen möge / wie mir daſſelb nutz vnd not ſeyn wird / alles in beſter vnd fürträglichſter Form vnd Maſſen / wie mir daſſelb nach geſtalt aller Handlung zum beſten gedeyen ſoll / kan oder mag. Ich bitt auch darneben gantz vnterthäniglich / damit ich mich ſolches meines behaltenen Rechtens deſto tröſtlicher erfrewen vnd gebrauchen möge / mich vnd die meinen / auch vnſer Leib / Haab vnd Gütter / in Schirm vnd Verſpruch gnädiglich auffzunemmen / vnd ſich auß höchſt angeborner Königlicher Milte vnd Gütigkeit ſo gnädiglich gegen mir erweiſen / daß ich meiner langwirigen Dienſt / vnd zu förderſt meines ſo ſchwerlichen erlangten Rechtens genoſſen habe / vnd mein Widertheil je zu letzt ſeiner freuentlichen verachtlichen Vngehorſam gebürliche Straff empfinden möge / daran erzeigt E. Königliche Maieſtat ein löblich Werck der Gerechtigkeit mit meinen gefliſſenen gehorſamen Dienſten meines geringen Vermögens in aller Vnterthänigkeit zubeſchulden.

Diximus antea, fruſtra leges condi, fruſtra ſententias ferri, ſuperuacaneum omninò eſſe, res iudicatas extare, niſi executioni eæ conuenienti modo mandentur. Quam quidem Executionem ſi Magiſtratus, qui ſententiam tulit, facere vel detrectet omninò, vel diu differat, quo remedio parti victrici aduerſus ipſum conſuli poſſit & debeat, diximus in præcedenti formula.

Verùm in Iudice interdum nulla prorſus culpa hæret. Sæpè pars victa ita contra-

Digitized by Google

contumax eſt, vt iudicatum ſoluere detrectet, quod mihi quidem extremum in iuriſdictione eſſe videtur, de quo dicit Iureconſultus *in l. vnic. §. final. Si quis ius dicent. non obtemperau.* eum videri ius dicendi non obtemperâſſe, qui, quod extremum in iuriſdictione eſt, non fecit. Variæ ſunt contumaciæ pœnæ, quas recenſent *Doct. in d. l. vnic. ff. ſi quis ius dicent. non obtemperau. & in l. Contumacia. ff. de re iudic. Bar. in l. Magiſtratibus, num. 2. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & in l. illicitas. §. final. num. 1. ff. de offic. Præſid. Afflı. in c. 1. §. ſi quis hominem, verſ. Nonò nota. n. 2. de pac. tenend. Marant. p. 6. de ordin. iudic. tit. de contumac. viginti quatuor contumaciæ pœnas recenſet.* Hi omnes etiam bannum contumaciæ pœnam faciunt, *& Marant. d. loc. num. 20. Idem eleganter & prolixè conſtituit. Ordin. Camer. par. 3. tit. 43. §. 1. & part. ead. tit. 48. & 49.* & quomodo aduerſus Principem vel Statum Imperij (in quo quidem caſu hæc ſupplicationis formula loquitur) iudicatum ſoluere detrectantem quo ad pœnam Banni ſiue potiùs executionem illius procedatur, prolixè definit Ordinatio, *d. tit. 49. in* §. Nemlich. Colligitur hinc, pœnam banni non ſolum ex crimine fractæ pacis, verùm etiam propter contumaciam infligi. *Vide Gail. lib. 2. de pac. public. cap. 5. num. 1. & ſequentib.*

LIII.

# Supplication vmb Schutzherrn auff geſchehene würckliche Immiſſion etlicher Gütter.

DVrchleuchtiger / ꝛc. Nachdem hievor auff mein Anruffen / ſo ich von wegen deß Edlen geſtrengen Herꝛn N. gethan hab / Executoriales vnnd Gebottsbrieffe an die hochwürdigſten / ꝛc. erkännt worden ſeyn / darinn jhren Churfürſtlichen G. gebotten worden iſt / daß jhr Churfürſtlich Fürſtlich G. auff die ergangene Vrtheil / auch auff außgangen Vrkund vnnd widerumb reproduciert Executoriales vnd Mandat / gedachten Herꝛn N. oder ſeinen vollmächtigen Gewalt / in die nachbeſtimbte Lehenſtück vnd Gütter / nemlichen N. N. ꝛc. ſo weyland Herꝛ Johann Freyherꝛ zu N. beſeſſen / durch ſein abſterben dem heyligen Reich heimgefallen / vnd dem von N. neben andern Lehenſtücken vnd Güttern leiblich weiſen oder eynſetzen ſolten / alles Innhals deſſelbigen Mandats: Darauff dann gemelter Herꝛ Hanß auß ſonderm Befehl hochgedachts meines gnädigſten Herꝛn von N. Churfürſten / durch Schultheiß vnd Schepffen deß Gerichts zu N. in die beſtimbte Lehenſtück vnd Gütter / nach Gebrauch vnd Gewöhnligkeit derſelbigen Gericht / in leiblich Poſſeſſion vnd Gewähr eyngeſetzt vnd eyngewieſen worden / die er Herꝛ Hanß auch perſönlich / Innhalts der hiebeygelegten offenen verſiegelten Vrkund / alſo eyngenommen hat: Dieweil aber nach Vermög der Rechten jeder bey ſeiner Poſſeſſion / Eynſetzung vnd Gewähr / beſchützt vnd beſchirmt werden ſoll / damit dann Herꝛ Hanß ſolch Eynſetzung vnnd leiblich würcklich Eynweiſung gebrauchen / auch derſelben Lehenſtück vnd Gütter ſeines Gefallen

nutzen/nieſſen/eynnemmen/ empfahen/ auch andern Leuten verleyhen/ verſetzen oder verkauffen/vñ damit als mit ſeinen eygen Gütern vmbgehen möge. So iſt an E. G. mein gantz vnterthänig Bitt/die wöllen darüber gedachten Herrn Hanſen von N. auff gemelte von N. Schirmsherrn geben/ vnd ſo viel ſein G. vnd deren von N. ſamptlich vnd ſonderlich an ſtatt der Röm. Keyſ. Majeſt. befehlen/ daß ſie den von N. bey ſolcher Eynſatzung/ Eynweiſung/handhaben/ſchützen vnd ſchirmen/auch jhm oder ſeinen Befelchhabern/ ſo er zu jederzeit verordnen oder Befehl thun wirdt/ befohlen ſeyn/ daß ſie ſich derſelben Lehenſtück vnd Gütter jhrem Gebrauch/ auch die Früchten vnnd Nutzung davon/ zu jederzeit eynnemmen/ empfahen/ vnd jhres Gefallens damit handlen mögen/ vnverhindert Männiglichen/alles in der beſten Form. In dem allem E. G. hoch Adelich Richterlich Ampt vnterthäniglich anruffend.

Non ſufficit, aliquem à Prætore in poſſeſſionem mitti, id quod variis ex cauſſis contingere ſolet, de quibus *in tit. Digeſt. Quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. & tit. de rebus autorit. Iudic.* poſſidendis, verùm Prætori etiam conuenit, quem in poſſeſſionem miſit, eundem quoque in illa tueri. Vnde hoc interdictum, ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt, ab illo proditum habemus *tit. Ne vis fiat*, vbi Iureconſult. *in l. 1. §. 1.* Hoc, inquit, interdictum ſumma prouidentia Prætor propoſuit, fruſtra enim in poſſeſſionem mitteret rei ſeruandæ cauſſa, niſi miſſos tueretur, & prohibentes venire in poſſeſſionem coerceret. Interdictum autem Prætoris tale eſt: Ait Prætor, ſi quis dolo malo fecerit, quò minùs quis permiſſu meo eiuſuè, cuius ea iuriſdictio fuit, in poſſeſſione bonorum ſit, in eum factum iudicium, quanti ea res fuit, ob quam in poſſeſſionem miſſus erit, dabo *d. l. 1. in princ.* Et hoc quidem interdictum generale eſt. Pertinet enim ad omnes, qui in poſſeſſionem à Prætore miſſi ſunt. Conuenit enim Prætori omnes, quos ipſe in poſſeſſionem miſit, tueri. Sed ſiue rei ſeruandæ cauſſa, ſiue legatorum, aut ventris nomine in poſſeſſionem miſſi fuerint, habent ex edicto in factum actionem. Praxin huius Interdicti vide apud *Oldendor. claſſ. 2. action. 5.*

## LIIII.

# SVPPLICATIO PRO CITATIONE AD VIDENDVM IN SALVÆ GVARDIÆ POENAS SE INCIDISSE.

WOlgeborner/ꝛc. Wiewol Keyſerliche Majeſtat vnſer allergnädigſter Herr/ dem ehrwürdigen vnnd Edlen N. von N. Thumdechant zu N. ein Keyſerlich Priuilegium vnnd Begnädigung gnädiglich geben/ [a] laut hiebeygelegter collationierter Copey/ dariñ außtrückentlich angezogen/daß bemelds Thumdechands Leut/ Vnterſaſſen/ Vögt vnd Diener/ auch alle derſelben Haab vnnd Gütter/ allenthalben im heyligen Reich frey Sicherheit vnd Geleit haben/ alſo daß ſie wider Recht nicht vergewaltiget/ arreſtiert/ vnd auffgehalten werden ſollen/ [b] welche Keyſerliche Freyheit vnd Priuilegium

dann auch inſonderheit der von N. Bürgermeiſter vnd Rhat angezeigt vnd erkündigt/ deß auch gut Wiſſen tragen/ ſo haben doch bemelte Bürgemeiſter vnd Rhat zu erſten N. vnd obgenannts Thumdechands Vnterſaſſen jhres vielfältigen Rechterbietens vnangeſehen gewaltiglichen vnnd thätlicher Weiß in einen Thurn oder Gefängnuß gelegt / darinn etlich Tag enthalten / mit der Verhafftung oder Verſtrickung/ ob ſie gemant würden / ſich wider in ſolch Gefängnuß zuſtellen. Demnach vnd dieweil in ob angeregten Keyſerlichen Priuilegien/ deß ſchutz vnd ſchirms Begnadigung/ ſolche thätliche Verhändeler/ die Straff vnd Peen darinn verleibt / halb Keyſerlicher Majeſtat Cammer / vnd der ander halb Theil dem obgenannten Herrn N. von N. Thumdechant Klägern / vnabläßlich zuerlegen verfallen ſeyn / vnnd Keyſerlich Majeſtat gegeben Priuilegium gehandhabt / auch niemand wider Recht beſchädigt werden ſoll. Bitt ich derhalben in Krafft deß Gewalts / ſo ich mich cum reproductione executę citationis eynzubringen erbeut / mir Ladung wider obgemelte Bürgermeiſter vnd Rhat / daß ſie ſehen ſich in die Peen deß Schutz vnd Schirmbrieffs gefallen ſeyn vnd verwirckt habē / declarieren / vnnd die ermelte gefangenen jhrer Widerrecht abgedrungener Pflicht vnentgeltens ledig vnnd frey zehlen / auch was fermer meiner Parthey zu gutem erkennt werden mag / gnädiglich mitzutheilen / E. G. hoch Adelich Richterlich Ampt vnterthäniglich anruffend.

Hæc ſupplicationis formula rectiùs inſcribi potuiſſet: Supplicatio pro citatione ad videndum ſe incidiſſe in pœnas Cæſarei priuilegij, in quo ſalua guardia conceſſa erat, quòd ſalua guardia propter priuilegium ſit violata, & ita principaliter priuilegium ipſum ratione conceſſæ in eo guardiæ. Dictum autem eſt ſuprà *in nu.7.* ratione priuilegiorum Cæſaris violatorum poſſe quem ſtatim immediatè, neglecto primæ inſtantiæ priuilegio, ad Imperatorem vel Cameram, quæ Cæſarem quo ad contentioſam iuriſdictionem repræſentat. *Gail.1.obſeru.1.num.6.* adire, ibique aduerſus violatorem Cæſarei priuilegij citationem ad videndum ſe incidiſſe in pœnas illi priuilegio inſertas petere & impetrare. Et huius quidem theoriæ praxis hoc loco indicatur.

[a] Laut hiebeygelegter collationierter Copey.] Diximus ſuprà *d.num.7.* vt quis citationem ad videndum ſe incidiſſe in pœnas priuilegio inſertas aduerſus violatorem Cæſarei priuilegij in Camera obtinere poſſit, oportere priuilegium illud tùm Cameræ tùm parti eſſe inſinuatum, vt ſcientiam illius habeant, quòd ſcientia facti alieni, cuiuſmodi eſt priuilegium, *c.1.de conſtit.lib.6.non præſumatur.l. Plurimum.ff.de Iur.& fact. ignorant.* Quod ſi Cameræ inſinuatum non ſit, neceſſe eſſe, vt ipſum originale vnà cum ſupplicatione exhibeatur. Iam verò hîc tantùm exemplum ſiue tranſumptum fuit exhibitum, non autem originale. Et non creditur exemplis ſiue tranſumptis priuilegiorum, ſi originale non ſit legitimè Cameræ præſentatum, vt diximus ſuprà, & tradit *Gail.1. obſeru.1.num.6.* Verùm quoniam de collationata, vt hac practicorum loquendi formula vtar, copia loquitur, coniecturam inde facio, ſimul originale cum collationata copia Cameræ fuiſſe exhibitum, ſed ita, vt Camera copiam in iudicio & penes acta facta collatione reſeruauerit, originale autem ſupplicanti, cuius magnoperè intereſt ad docendam Principis conceſſionem, quæ per ſcripturam propriè docetur. *l.1.C.de Mandat.Princip.* id penes ſe habere, poſteà reſtituerit.

b Welche Keyſerliche Freyheit vnd priuilegium dann auch inſonderheit den von N. Bürgermeiſter vnd Rhat angezeigt vnd verkündigt/das auch gut Wiſſen getragen.] Diximus ſuprà *d.n.7.* ad obtinendos proceſſus ſiue citationem ad videndum, ſe incidiſſe in pœnas Cæſareo priuilegio inſertas, alterum requiſitũ eſſe neceſſarium, vt priuilegium parti fuerit inſinuatum vel ſaltem in ſupplicatione narretur, priuilegium ad partis notitiam perueniſſe. *Gail.d.obſeru.1.num.9.* ideoq́; autor hoc requiſitũ pulcrè hoc loco obſeruauit. Et hæc quidem, quæ hactenus recenſuimus requiſita, ſi non obſeruentur, fruſtra ſupplicabis, & proceſſus tibi denegabuntur. *Gail.d.loc.*

Cæterùm quia in ſaluæ guardiæ mentionem hac occaſione delapſi ſumus, & materia illius in praxi admodum frequens eſt & quotidiana, operæ precium me facturum putaui, ſi ex potiſſimis & præcipuis capitibus ſuis hoc loco tractandam ipſam ſuſciperem. Quia verò omnis, quæ de re aliqua ſuſcipitur, inſtitutio, Cicerone teſte, à definitione proficiſci debet, definitio ſaluam guardiã, quæ etiam ſaluus conductus, fidantia, publica ſecuritas, publica fides, ſaluus commeatus, germanicè ein ſicher Geleit dicitur, legitimum præſidium, quod proditum eſt citato ad certum locum, pro auerſione periculi carceris, aut alterius offenſionis in corpus, quod probabiliter timetur à perſona Iudicis vel aduerſarij, præſtaturq́ue officio præſidentis vel ius dicentis, coram quo lis pendet. Ita definit ad verbum *Matthias Colerus de Proceſſib. Executio. part.4.c.1.num.170. & colligitur ex illis, quæ poſt Guil. de Cun. in tractat. Securitat. Bartol. in l. illicitas. §. ne potentiores num. 2. ff. de offic. Præſid. Salicet. in l. Denunciamus. num.1. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* pleniùs ibidem tractat, & quæ non minùs latè, quàm eleganter de hac publicæ fidei ſecuritate docet *Proſper. Farinacius Iuriſconſultus Romanus, in Prax. & Theor. criminal. tit. 4. quæſt. 29.*

Quis autem hanc publicæ ſecuritatis teſſeram ſiue ſaluum conductum concedere poſſit, omnium primò diſcutiendum venit.

Et dicendum adeoque ſine omni hæſitatione conſtanter pronunciandum videbatur, ſolum Imperatorem Romanum ſiue ſummum Principem, quem κατ' ἐξοχὴν leges Principem appellant, ſaluum conductum concedere poſſe, ideoque ab ipſo vno petendum eſſe, per text. *in l. Relegati. 4. in fin. ff. de pœn. verb.* ex prouincia in prouinciam tranſduci damnatos ſine permiſſu Principis non licere, *Diu. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.* Hanc ſententiam defendunt Catald. *in tract. Syndic. quæſt.155. num.92. verſ. & nota quæ ſecuritas. Nell. de bannit. in 2. part. 2. temp. q. 16. verſi. ad ſecundum reſpondeo. Iodoc. in Pract. crimin. cap. 26. tit. de public. fid. ſiue, vt vocant, ſaluo conductu num. 2. vbi alios adducit. Franciſc. Herculan. in Tract. de caution. de non offendend. c. 37. rubr. de Salu. conduct. num. 18. vbi ex Bald. in c. 1. §. ſacramenta, de pac. iuram. firmand.* inquit, ſaluum conductum ab alio, quàm à Principe conceſſum non valere etiam iuramento firmatum. *Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſ. 336. ſub nu. 23. verſ. cùm ſolus Princeps poſſit. Nicol. Moron. in tractat. de fid. treg. & pac. q. 115. num. 8. & num. 11. vbi plures allegat. Angel. in l. vtimur. num. 4. ff. de pœn. Boer. deciſ. 179. num. 1. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 68. num. 6. part. 1. Cephal. conſ. 304. num. 103. lib. 3. Decian. conſ. 18. nu. 120. lib. 1. & 96. num. 1. volum. 3.*

Neque verò ſententia hæc præter allegatos textus & autoritates ratione caret, ſed in hoc admodum valido, vt apparet, fundamento etiam innititur. Si enim offendens eum, qui ſaluum conductum habet, incurrit crimen læſæ Maieſtatis, *l. 1. § 1. verb.* Maieſtatis crimen illud eſt, quod aduerſus populum Romanum vel aduerſus eius ſecuritatem committitur. *ff. ad l. Iul. Maieſt. gloſſ. in d. verb. ſecuritatem. Bart. in d. l. 1. num. 6. ff. ad l. Iul. Maieſt. Gig. in tract. de crim. læſ. Maieſt. lib. 1. tit. Qualiter & à quib. crimen læſæ maieſtatis committ. q. 18. nu. 1. & ſeq. & q. 33. in princ. Matth. de Afflict. in c. 1. §. & bona committentium. num. 58. tit. Quæ ſint regal. Menoch. de arbitrar. quæſtion. caſ. 336. num. 1 lib. 2. Boſſ. in tit. de crimin. læſ. Maieſt. num. 10. Franciſc. Herculan. de*

Caut.

*Caut. de non offend. c. 37. rubric. de Saluo conduct. nu. 18. & alij quàm plurimi, quos citat Farinac. d. q. 29. nu. 12.* Et verò crimen læſæ Maieſtatis aduerſus ſolum Imperatorem ſiue ſummum Principem committitur. *d. l. 1. §. 1.* allegatis verbis, Maieſtatis crimen illud eſt, quod aduerſus populum Romanum vel ſecuritatem eius committitur: populus autem Romanus omnem vim ac poteſtatem ſuam, omne Imperium, omnem denique maieſtatem in ſolum Principem ſiue Imperatorem tranſtulit lege Regia, § *Sed & quod Principi. Inſtit. de Iur. Natur. Gent. & ciuil.* hoc eſt, lege quadam, quæ regia nuncupata eſt, quòd de regno ſiue Imperio Principis ageret, & ideò ab Alexandro Imperatore lex Imperij dicitur, *in l. 3. C. de teſtam.* & credibile eſt, legem Regiam de Octauij Auguſti imperio latam eſſe, quoniam à Paulo Iuriſconſulto lex Auguſti appellatur, *in l. apud eum de manumiſſ. Eguinar. Bart. in leg. Princeps de legib. Borch. in c. 1. Quæ ſint regal. num. 89.* Hanc ſententiam, quòd aduerſus ſolum Imperatorem, & non in cæteros principes ſuperiorem recognoſcentes, committatur crimen læſæ Maieſtatis, amplectuntur *Cyn. & Salicet. in l. Quisquis. C. ad l. Iul. Maieſt. Bart. in Conſtit. Qui ſint rebelles in med. verb. contra noſtrum honorem, Angel. in l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt. Auguſtin. Ariminens. in Not. ad Angel. ſuper maleſ. in verb. & hai tradito, num. 5. VVeſenbec. in paratil. Digeſt. ad l. Iul. Maieſt. num. 4.* vbi diſertis verbis ita ſcribit: Quia ius populi Romani in Imperatorem, quo nihil in terris habetur ſanctius, translatum eſt, ideò in hunc ſolum eiuſque ſecuritatem crimen læſæ Maieſtatis committitur, non contra inferiores. *Borch. in d. cap. vnic. Quæ ſint regal. num. 89.* Confer, quæ ſcribit & prolixè diſputat *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 8.* vbi iura Maieſtatis Imperatori tantùm tribuit; efficietur hinc, neminem niſi ſolum Imperatorem ſaluum conductum concedere poſſe. Non igitur poterunt concedere inferiores à Principe, qui Imperatorem ſuperiorem recognoſcunt.

Verùm his minimè obſtantibus communior & in praxi recepta concluſio eſt, quod Principes omnes etiam ſuperiorem recognoſcentes qui in ſuis regionibus, ciuitatibus, & oppidis iura imperij obtinent, ſaluum conductum cōcedere poſſint. *Menoch. conſi. 100. num. 166. lib. 1. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pac. quaſt. 105. num. 9. Farinac. d. q. 29. nu. 109. Iohann. Sichard. in conſiliis ſuis Anno 99. opera & ſtudio Magnifici & Nobilis Iureconſulti Domini Iohannis Georgij Gödelmanni Electoralis aulæ Saxonicæ Conſiliarij, Domini & amici mei ſingulariter honorandi in lucem editis, conſi. criminal. quint. num. 20,* vbi ad temporalem ſecuritatem reſtringit. Et quoniam etiam ciuitates imperiales iura imperii, perinde vt principes, in ditionibus ſuis obtinent, has quoq; ſaluum conductum concedere poſſe inde manifeſtum euadit. Ratio ex eo dependet, quòd quilibet princeps ſit Imperator in ſuo territorio, & in eo facere poſſit omnia, quæ Imperator in vniuerſo orbe facere poteſt, & hæc eſt communis Doctorum ſententia, vt tradit *Laurent. Kirchou. cent. 6. commun. opinion. concluſ. 58. Roland. à Vall. conſil. 91. num. 17. in 1. volum. Tiber. Decian. reſp. 10. num. 4. in 1. volum. Cacheran. deciſ. 88. num. 17. Paul. de Caſtr. conſil. 34. num. 2. vol. 2. Borch. de feud. cap. 5. num. 37. & cap. 1. num. 8. Quæ ſint. regal. Bruckmann. in tractat. de Regalib. §. ſoluta poteſtas. cap. 4. membr. 3. effect. 1. num. 22.* vbi Duces, Marchiones, reliquosque Principes, quibus perpetuò dignitas regalis eſt, in ſuo principatu iura imperatoris habere ſcribit, *& num. 23.* vbi illos ab Imperatore non niſi ambitus ratione ceu ſcapham à naui differre tradit. Quod idem & de Ciuitatibus imperialibus verū eſt. Nam & hæ iura principis in ſuo territorio obtinent. *Gail. lib. 2. practic. obſeru. 57. num. 7. & lib. 1. obſeru. 21. Dixi in Idea Studij politici pag. 65. §. Hæ ciuitates imperiales.*

Non obſtant ſuprà allegati textus. Loquuntur enim de condemnatis à Principe. Hos enim ab inferioribus principibus, qui ſummum principem recognoſcunt, reſtitui non poſſe, vel etiam ſaluo conductu donari, ex eo certum eſt, quòd inferior non poſſit contra factum ſuperioris diſpenſare. *c. inferior. 21. diſtinct. l. penult. §. pen. ff. de aqua pluu. arcend. cap. cum veniſſent de iudic. cap. vt noſtrum de appell.* Et ſuprà allegati Doctores expreſsè loquuntur de bannitis, quos aſſecurandi ſoli

M 3 princi-

principi facultatem reſeruatam eſſe per allegatos textus in prædictis locis affirmant, ſicut etiam intelligit *Farinac.d.q.29.num.80.* vbi certum eſſe ſcribit, quòd facultas concedendi ſecuritates & ſaluos conductus bannitis ac condemnatis, ſoli Principi ſit reſeruata. Quod ego tùm demum verum puto, ſi ab Imperatore fuerint proſcripti, vel, vt explicatiùs dicam, ſi potero, intelligendum hoc eſt de banno Imperij. Bannum autem Imperij vt à nemine niſi ab Imperatore vel Camera irrogatur, ſic quoque nemo niſi per Imperatorem vel Cameram ab eo abſoluitur. *Gail. libr.2. de pac. publ. cap.18. part.2. ord. tit.18.* §. So auch, *in fin.* vbi expreſsè habetur, quòd Iudex & Aſſeſſores Cameræ in grauioribus delictis bannitos ſine Cæſareæ & Regiæ Maieſtatis abſoluere non debeant.

Neque obſtat allata ratio; Nam ſuprà allegati Doctores in eo ſenſu loquuntur, quòd nimirùm crimen læſæ Maieſtatis propriè & principaliter aduerſus Imperatorem, impropriè & ſecundariò contra Principes ſuperiorem recognoſcentes committatur, ſic vt in illo caſu etiam delinquentium filij, in hoc verò tantùm delinquentes puniantur. *Cyn. & Salicet. in d. l. Quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. Angel. ſup. maleſic. in d.* §. *Et hai tradito. num. 4.* Et ſuprà tradita Concluſio, quod offendens eum, cui publica fide cautum eſt, crimen læſæ Maieſtatis incurrat, variè limitatatur & ſublimitatur à Doctoribus, vt prolixè receſet *Farin. d. q. 29. à n. 14. vſq. ad n. 16.* Farinacij diſtinctio, quatenus nimirùm offendens, habentem ſaluum cõductum in crimen læſæ Maieſtatis incidat, omnium veriſſima eſt. Sic autem diſtinguit. Aut offenſus habet ſecuritatem à priuato, id eſt, ab offendente, aut à Principe. Primò caſu non incurrit crimen læſæ Maieſtatis, ideoque nec pœnam mortis, niſi ex illa offenſione mors ſubſecuta fuerit. *Farinac. d. q. 29. num. 16.* per ea, quæ ibidem allegat. Secundo caſu offenſus habet ſecuritatem vel à Principe, vel ab alio inferiori à Principe. Et tunc ſi illam habet ab inferiori, vel ab alio, quàm à Principe ipſo, vel eius conſilio aut locum tenente, offendens non aliter mortis pœna afficietur, quam ſi offenſo quoque per iſtam ſalui conductus violationem necem attulerit. *Fari. d. q. 29. nu. 17.* Si verò offenſus habet ſaluum conductũ à Principe, vel eius conſilio, aut locum tenente, & tunc offendens, propter priuatam inimicitiam principaliter, quam habet aduerſus offenſum, ipſum offendit, atque hoc caſu pœna erit arbitraria, *Farinac. d. q. 29. nu. 18. vbi multos adducit.* Si verò hanc offenſionem offendens ſuſcipit in dedecus Principis, eoque animo, vt Principi iniuriam inferat, & tunc ſiue mors ſubſecuta fuerit ſiue non, mortis pœnam infligi poſſe, quòd tunc in crimen læſæ Maieſtatis incurratur, quòd mortis pœna mulctari *conſtat ex l. 3. ff. ad l. Iul. Maieſt. atque ita ſupra allegatam. l. 1. §. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt. accipiendam eſſe ſcribit Farinac. d. q. 29. num. 18.*

Quibus ita traditis concludo, non ſolùm Principem ſummum, ſed etiam Principes & Ciuitates ſuperiorem recognoſcentes ſaluum conductum concedere poſſe, quod idem de nobilibus, quibus conceſſum eſt merum & mixtum imperium & omnimoda iuriſdictio, affirmo argumento illorum, quæ tradit *Farinac. d. q. 29. num. 110.* & de iudicibus, qui vicem gerunt ipſius Principis per ea, quæ ſcribit idem *Farinac. d. q. 29. num. 109. & 92.*

Denique ne aliqua dubitandi occaſio remaneat, ſic ego diſtinguendum eſſe putauerim. Aut in ciuilibus cauſſis ſaluus conductus petitur, aut in criminalibus. Si in ciuilibus, ſicut debitori quoq; pecuniæ vel ex alia quadã cauſſa ciuili, ſaluum conductum concedi poſſe tradit *Farinac. d. q. 29. nu. 20.* Magiſtratum eum, qui iuriſdictionem ſimplicem vel mixtum imperium habet, ſaluum conductum concedere poſſe ſtatuo. *arg. l. 1. § final. l. fin. §. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſd.* Videmus enim, ex hac ſecuritate impetrata debitores propter debita pecuniaria in carcerem coniici non poſſe, & hoc quoque in caſu fidem ſeruari, nec debitorem ſub ſecuritate ſibi conceſſa decipi oportere tradit *Farinac. d. num. 20. per d. §. ſed neque in Auth. de Mandat. Princip.* Carcer autem, qui fit gratia cuſtodiæ in cauſ-

ſa pe-

Digitized by Google

ſa pecuniaria eſt tantùm ſimplicis iuriſdictionis, vt ex Bartolo tradit *Iohannes Sneiduin. in Epit. feud. part. 2. num. 70.* Si verò ſaluus conductus in criminalibus petitur, tunc neminem niſi eum, qui criminalium poteſtatem, atque ita merum imperium habeat, ſaluum conductum concedere poſſe intrepidè affirmo per Meri Imperij definitionem, quæ traditur *in l. Imperium. 3. ff. de Iuriſdict.*

Vtrùm autem ſaluus conductus alicui conceſſus ad locum Iudicij, etiam ad loca intermedia, per quæ eundum ei eſt, qui ſaluum conductum impetrauit, extendi debeat, haud abs re quæritur.

Et primo quidem intuitu ſecuritas hunc ad modum conceſſa, eò vſque extendi nō poſſe videri queat, quòd huiuſmodi ſecuritates datæ malefactoribus ex gratia ſint diſpenſationes quædam, quæ interim, dum conceduntur, delicta foueant, vt decidit *Bald. in conſil. 446. in 3. volum.* & hanc rationem accuratè conſiderat *Iohann. Sichard. d. conſil. criminal. 5. num. 25.* At verò tales diſpenſationes vtpote odioſæ, quantum fieri poteſt, reſtringi, atque ſtrictiſſimè intelligi debeat. *c. 1. de filiis presbyter. lib. 6. c. odia, de Reg. Iur. in 6.*

Deindè ſicut ſaluus conductus datus ad eundum & redeundum tantùm pro vna vice datus intelligitur, vlteriùs autem tanquam non datus minimè ſeruari debet. *Magolott. in tractat. de Securit. & Salu. conduct. 3. part. columnn. 14. verſ. præterea dubitatur. Franciſc. Hercul. in tract. de Cauc. de non offendend. cap. 37. rubr. de ſalu. conduct. num. 1. & num. 4. in fin. vbi & alios plures concordantes adducit Proſper. Farinac. d. q. 29. num. 67. vbi quàm plurimos Doctores citat. Coler. de Proceſſ. Execut. part. 4. cap. 1. numer. 199. Iohann. Sichard. d. conſil. crimin. 5. num. 30. 31. 32. 33. & ſeqq. vbi ſpecioſè & eleganter hæc declarat.*

Quod vſque adeò verùm eſſe ſtatuunt nonnulli, quos adducit *Farinac. d. q. 29. num. 68.* vt etiamſi in literis ſecuritatis alicui ſit data facultas & poteſtas ſemper eundi & redeundi, illa dictio ſemper iſto caſu non ſignificet perpetuitatem ac continuitatem temporis, nec referatur ad plures & multiplicatas vices aduentus & regreſſus: Ita etiam ſaluus conductus alicui conceſſus ad locum Iudicij ad illum ipſum tantùm iudicij locum reſtringendus, & non ad loca intermedia, per quæ ad iudicium iri ſolet, extendendus eſſe videtur. Valet enim argumentum à tempore ad locum. *Euerhard. in Topic. Legal. loc.* à Tempore ad locum, vbi illud probabile, frequens, & vtile eſſe ſcribit.

Tùm ſicut ſecuritas pro certis rebus vel perſonis conceſſa vltra res & perſonas illas nequaquam extenditur, *vt dicit Vital. de Canib. in Clauſul.* Nihil nouandum pendente ſecuritate. Hinc ſaluus conductus debitori alicui conceſſus, ne intra certum tempus à creditoribus ſuis moleſtari poſſit, non extenditur ad debita iurata, ſiue vt clariùs dicam, ſi potero, ſecuritas hunc ad modum debitori conceſſa, eò vſque non extenditur, vt ſecurum ipſum aduerſus obligationes iuratas faciat *Franciſ. Herculan. in tract. de Cauc. de non offendend. c. 37. rub. de ſalu. conduct. nu. 10. Iaſ. in l. 2. poſt principium. nu. 2. verſ. & iſto caſu. C. de precib. Imperator. offendend. l. fi. colu. fin. verſ. facit quod dixi. C. Si contra ius vel vtilit. publ. Boër. in tractat. de iuram. in 2. q. princ. Proſp. Farinac. d. q. 29. num. 22. vbi quàm plurimos Doctores adducit Iohann. Sichard. d. conſi. criminal. 5. nu. 31.* Sicut nec extenditur ad debita priuilegiata *Farinac. d. q. 29. num. 34. vſque ad num. 38.* incluſiuè cum ibi allegatis, vel fiſcalia. *Farinac. d. loc. nu. 24. Sichard. d. loc. num. 32.*

Hinc ſecuritas conceſſa per Principem, per Iudicem, ſiue etiam per Creditorem debitori minimè extenditur ad eius fideiuſſorem *Menoch. de arbitrar. q. caſ. 337. in fin. num. 21. verſ. declaratur octauò. & alii, quos refert & ſequitur Farinac. d. q. 29. num. 25. Sichard. d. conſil. criminal. 5. num. 26. & 27. & idem Farinac. d. loc. num. 26. ſcribit.* ſaluum conductum à Iudice vel Principe conceſſum non prodeſſe fideiuſſorib. niſi de illis ſit facta ſpecialis mentio, quòd conceſſio ſeu priuilegium perſonale ſit, ideoque ad aliam perſonam non extendatur, *l. Exceptiones quæ perſonæ. ff. de ex-*



Digitized by Google

*tept.l.1.C. Fideiuſſ.Tutor.cum ſimilib.* Hinc ſecuritas contra omnes officiales conceſſa non extenditur ad priuatos. *Nell.de S.Gemin.in Tracta.de Bannit.in 2.p.2.temp. verſ.decimoquinto quæritur per l. Si vnus.§.ante omnia.ff.de pact. l.ſimpliciter iſta in princ. & l. Quicquid aſtringendæ.ff.de verb.oblig.* Sic etiam ſaluus conductus alicui conceſſus ad locum iudicij non videtur extendendus ad loca intermedia, per quæ ad iudicium iri ſolet. Valet enim argumentum à perſona ad locum, quod probabile, frequens, & vtile eſſe ſcribit *Euerhard.in loc.legalib.per text.notab.in l.1.§. Offilius. ff.Ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi eximat.* Procedit etiam argumentum à re ad locum *Iaſ.in l.Vinum,in 4. colum.ff.ſi cert.petat.l. ſi quis ita legauerit.ff.de aur.& argent. legat.Petr. de Anchar. in pulchra quæſt. in conſilio ſuo 163. incip. in Chriſti.* quem omninò videri iubet *Euerhard.in loc.à Re ad locum*, vbi eandem ſententiam comprobat.

Quid? quòd ſæpenumero ita comparatum ſit, vt Iudex citans, qui ſaluum conductum conceſſit, nullam prorſus in ijs locis intermediis, per quæ Citato eundum eſt, iuriſdictionem habeat. Itaque ſaluus conductus ab eo conceſſus eò vſque ſe extendere non poteſt. *arg.l. in agris limitatis.ff.de acquirend. rer. domin. l.extra territorium fin.ff.de iuriſd.omn.iudic.c.vt animarum.§.fin.extra de conſtit.num.6. Tiraquel.in Tractat.ceſſante cauſſa. num.147.*

Atque hæc quidem argumenta à negatiua ſententia faciunt. Quòd autem ſaluus conductus alicui ad locum Iudicij conceſſus etiam ad loca intermedia extendi debeat, ſequentibus innititur fundamentis.

Primò quidem conceſſo conſequente videtur etiam neceſſariò ſimul conceſſum antecedens, ſine quo ad conſequens perueniri nequit. *l.26.ff.de Procuratorib.* vbi Pomponius Iureconſultus, ad legatum petendum procuratorem datum, ſi interdicto vtatur aduerſus hæredem de tabulis exhibendis, procuratoriam exceptionem, quaſi non & hoc ei mandatum eſſet, non obſtare reſpondet. *l.56.ff.eod.* vbi Vlpianus Iureconſultus, ad rem mobilem petendam datum Procuratorem ad exhibendum rectè agere ſcribit, *c. Quoniam de ſent.excommunic.lib.6.§. idem Iuris Inſt. Qui & ex quib.cauſſ.manumitt.non poſſ.* Et fine conceſſo conceduntur etiam deſtinata ad finem, ſiue omnia illa, per quæ ad finem iſtum perueniri poteſt. *per iur.alleg.& c.cum infirmitas de pœnitent. & remiſſ.* Sic conceſſa poteſtate officialibus nonnullis prouidendi ſuper ſtatu ciuitatis ſiue politia eiuſdem, omnia extrinſeca videntur conceſſa, per quæ peruenitur ad id, quod expreſsè commiſſum eſt, *Bartol.in l.Ambitioſa,in 2.& 3.colum.ff.de decret.ab ordin.faciend.* Et per hanc Regulam, quod, qui vult conſequens, velit omne neceſſarium antecedens, tradit *Iohann.Fab.in §.Item Seruiana.Inſt.de act.* veluti, vt ibidem ſcribit, quòd ſi pater filio dederit licentiam exercendi aliquam negociationem, eique capitale, vt loquuntur, tradiderit atque filius domum ad illam negociationem neceſſariam conduxerit, in quam etiam domum nonnulla de patris bonis intulerit, quòd talia bona pro penſione domus tacitè cenſeantur obligata, atque hanc Fabri ſententiam alij complures ibidem ſequuntur. Conceſſo igitur ſaluo conductu ad locum iudicij tanquam conſequente videtur etiam ſimul conceſſa ſecuritas ad loca illa intermedia, per quæ ad locum Iudicij perueniri ſolet. Atque ita in terminis terminantibus quæſtionis noſtræ decidit *Bart. in l. Illicitas.§. Ne potentiores, num.6.ff.de offic.Præſid.& ſequitur illum Colerus de proceſſib.Executiu.par.4.c.1.num.177.* vbi pacem datam non magis ad locum iudicij, quàm etiam ad omnia alia loca, per quæ tranſiturus eſt citatus, qui publicam ſecuritatē impetrauit, accommodari debere diſertè ſcribit. Non obſtat allata prima ratio, quòd ſecuritates ſint diſpenſationes quædam, ideoque, vt quæ ſtricti iuris ſint, extendi non debeant. Nam & in illis, quæ ſtricti iuris ſunt, non intelligi poteſt excluſum neceſſarium antecedens, per quod ad poſitum conſequens perueniri ſolet. Et licet diſpenſationes, quæ ſint contra ius, ſint odioſæ & reſtringendæ. *c.1.& 2. de filiis presbyt.* tamen ſi diſpenſatum eſt cum illegitimo, quòd poſſit habere Epiſcopatum, intelligi-

Digitized by Google

ligitur etiam cum eo diſpenſatum in neceſſarium antecedens, quòd poſſit presbyterari, quia ſine ordine Sacerdotali non poteſt eſſe Epiſcopus, vt notabiliter dicit *Petr. de Anchar. in clem. 1. in 9. colu. in 5. oppoſ. de conceſſ. praben. Panorm. in c. ex part. 3. de decim. Iaſ. in l. 1. in 2. colu. ff. de Tranſact. & idem Iaſon in l. Si cauſſa cognita. C. de tranſact.*

Neque obſtat ſecunda ratio. Nam argumentum à tempore ad locum non procedit, quando diuerſa ſubeſt ratio inter tempus & locum *Bald. in l. vnic. C. vbi de poſſeſſ. ag. st. Euerhar. in Topic. legalib. in loc. à temp. ad loc.* Hic enim, cùm de loco iudicij loquimur, neceſſitas ineuitabilis ſiue indiuiſibilis illa medij cum termino ad quem connexio ſuadet & cogit, vt non ſolum ſecuritatem conceſſam de loco Iudicij intelligamus, verùm etiam ad loca intermedia omnia, per quæ ad locum Iudicij perueniri ſolet; ipſam extendamus. Hæc autem neceſſitas non ſubeſt, quãdo certa eſt ſecuritatis ad certum & determinatum diem facta reſtrictio ſiue determinatio. Dum enim concedens ſecuritatem facit mentionem termini iudicialis, ad quem citatur Reus, reſpexiſſe intelligitur ad illum præſentem & iudicialem terminum, ad eumque direxiſſe literas ſalui conductus, non autem ad futuros, vel ad totam cauſſam, quòd qualitas verbo adiecta intelligatur, ſecundum tempus verbi, cui adiicitur *Bart. in l. in delictis. §. ſi extraneus in prin. cum l. Quod ait. §. Iulianus. ff. de noxal. action. l. ſi tutoris. §. fin. ff. Quod iuſſ. l. ſi alienum. ff. de hæred. inſt. l. De acceßionibus. §. fin. in fin.* ibi illo tempore, quo contrahebas, videris conſenſiſſe. *ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. Coler. d. cap. 1. nu. 200.* Verùm id cum hac limitatione intelligendum eſt, quòd durante illo termino, qui determinatè ſiue cum præfinitione certi diei conceſſus eſt; aſſecuratus pluribus vicibus ire, & redire poſſit ad locum, de quo in conceſſione ſiue literis ſecuritatis facta eſt mentio. *Bart. in l. 1. nu. 5. in fin. verſ. intelligo vera. ff. ad. l. Iul. Maieſtat.* vbi ſecuritatem veniendi & redeundi pro pace facienda conceſſam ita intelligendam eſſe ſcribit, vt aſſecuratus, etiam pluribus vicibus & ſemper, donec pendeat tractatus pacis, redire poſſit. *arg. l. continuus. §. Qui inſulam. ff. de verb. oblig. l. veteres, cum l. ſeq. ff. de itiner. act uquè priuat. & Alex. ibi in addit. in verb. ire & redire arg. l. ſi cùm in annos. C. Quib. mod. vſusfr. amitt. cum notat. per Bartol. & Raphaël. Fulgoſ. num. 7. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. oblig. Proſp. Farinac. d. q. 29. num. 7.*

Neque obſtat ſuprà allata ampliatio de ſecuritate ſemper eundi & redeundi conceſſa. Nam illa ampliatio tùm à voluntate ipſius concedentis, contra quem in dubio fieri debet interpretatio *arg. l. Veteribus. 39. ff. de pact.* tùm à vera & genuina particulæ *ſemper* ſignificatione omninò abhorret: Eamque ob rem *Farinac. d. q. 29. num. 70.* ab autoribus illius ſententiæ diſceſſionem facit, vbi inter cætera his verbis cur ergò potiùs, inquit, in ſaluo conductu volumus hanc diſtinctionem referre ad vnicum actum, vel ad vnicam vicem potiùs, quàm ad plures actus & ad plures vices, cùm de ſui natura & proprietate licet ſignificet idem, quòd omni tempore, ſignificat tamen continuitatem & perpetuitatem temporis, ac multiplicationem actuum. Non video certè probabilem rationem, &, ſi reſpicienda eſt ſubiecta materia, illa eſt fauorabilis ſecundum communem Doctorum opinionem, ideoque intelligenda eo modo, quo magis fauetur aſſecurato, & conſequenter ſaluus conductus erit iſto caſu intelligendus pluribus vicibus, & non de vnica vice. Hactenus Farinacius.

Et hæc quidem de tempore determinatè conceſſo intelligi debent. Quod ſi verò tempus indeterminatè conceſſum ſit, tunc conceſſionem ſecuritatis, in quantum ea tempus durare debeat, iudicis arbitrio relinqui, poſt alios complures à ſeſe allegatos tradit. *Coler. d. part. 4. cap. 1. num. 204. per l. 1. §. ait Prætor. ff. de Iur. deliber.* vbi Vlpianus Iureconſultus, cum dicit tempus Prætor, inquit, nec adiicit diem, ſine dubio oſtendit, eſſe in ius dicentis poteſtate, quem diem præſtituat.

Neque obſtat tertia ratio. Nam caſus ibi poſiti expreſsè ſunt excepti, quod non item eſt in hac noſtra ſpecie. Quin imò neceſſaria illa & indiuiſibilis συνέχεια ſiue

ſiue connexio, de qua ſuprà dixi, hoc minimè omnium patitur, & argumentum à Re ad locum non eſſe ſatis validum eò teſtatum facit *Euerh.* quòd in topicis legalibus ſcribit ſe illud in Catalogo locorũ legalium poſiturum non fuiſſe, niſi repeririſſet ipſum poni per Iaſonẽ *in l. Vinum. in 4. col. ff. ſi cert. petat.* Et quod dictum fuit, ſecuritatem debitori conceſſam nõ porrigi ad fideiuſſorem, id primum ita intelligendũ eſt, quando illa ſecuritas fuit conceſſa à Iudice vel à Principe. *d. l. Except. quæ perſonæ. ff. de Except. d. l. 1 C. de fideiuſſor. tutor. cum ſimilib.* deindè quando pars creditorum debitori dilationem conceſſit, tunc enim non ſolùm debitor, verùm etiam fideiuſſores eius hãc pacti ſiue dilationis exceptionem obiicere poſſunt, ſcilicet aduerſus illos creditores, qui in dilationem conſenſerunt, ſecus eſt quoad fideiuſſores creditorum non conſentientium. Etſi enim debitores principales conueniri non poſſunt, poſſunt tamen ipſorum fideiuſſores, vt poſt alios à ſeſe allegatos declarat. *Farinac. d. q. 29. nu. 25. & 26. per l. ſi præcedente. 58. §. Lucius. ff. mandat.*

Omnium difficilima eſt ſolutio obiectionis vltimæ, quando nimirùm iuriſdictio citantis ſiue concedentis ſecuritatem in illis locis intermediis, per quæ Reo citato neceſſariò ad locum Iudicij proficiſcendum eſt, deficit, vt ſæpè contingere videmus. Verbi gratia. Nobilis aliquis in Thuringia citat quendã Reum ad dicendam cauſſam homicidij, quod in ſuo territorio commiſit. Reus ſaluum conductum impetrat à Nobili iſto. Nobilis ille limitatam iuriſdictionem habet, quæ ſeſe non extendit ad loca intermedia, per quæ Reo eſt proficiſcendum. In his enim locis fortaſſis Elector Saxoniæ iuriſdictionem habet. Quæritur nunc, an Reus citatus vigore ſecuritatis, à Iudice loci, Iudicij nobili nimirùm illo ſibi conceſſæ, in locis illis intermediis offendi non poſſit. Id quod negandum eſt: Sicut enim nemo extra ſuum territorium ius dicere poteſt, ita neque ſaluum conductum concedere, qui extra vltraq; limites iuriſdictionis ſuæ ſeſe porrigat. Quod in ſpecie tradit. *Marian. Socin. in tit. de Citation. art. 18. nume. 9. & 10. per l. penult. ff. de aqua pluu. arcend. c. ad aures extra de iureiur.* vbi ſcribit, fidentiam conceſſam per inferiorem non præiudicare ſuperiori, ex quò ille falcem ſuam mittit in alienam meſſem. Et aliâs minor in maiorem vel æqualem Magiſtratum non habet imperium. *l. Nam Magiſtratus. ff. de arbitr. c. cùm inferior extra de maior. & obœd.*

verantwortung begerts Mandats zuſtellen vnd kommen zulaſſen/ gnädiglich zuerkennen vnd mitzutheilen. Dann wo bey E. G. mit ernſtlichen Gebottsbrieffen mir Rechtliche Hülff ſolte verſagt werden/ vnnd dann dieſe Friedbrüchige Gewaltshandlunge/ mir mein Ehr vnd Wolfahrt betrifft/ daran zu Errettung derſelben/ mein Leib vnd Wolfahrt/ mit Hülff meiner Herrn vnd Freunden/ die mir zugefügte Schmach zu Hertzen gefaſt/ zuſetzen entlich willens/ ob ich dann dergleichen gegen jr/ vnd jhrer Kinder Land/ vnd Leute/ deren Vergewaltung ſich die Gräfin vnterzöge/ beſchwerlich fürnemmen/ will ich gegen Gott vnd an ſtatt der Römiſchen Keyſerlichen Majeſtat E. G bezeugt haben/ daß ſolches auß gedrängter Not/ zu Errettung nicht vielmehr gehörts Gewalts beſchehen/ mich hiemit vnterthäniglich entſchüldigt/ auch mich der Peen deß Landfriedens dardurch erwehrt haben/ E. G. vmb rechtlich fürderlich Hülff hiemit auffs höchſt geflehet/ gebetten vnd angeſucht haben will/ gnädige Beweiſung vnd Antwort bittende.

Prætor Romanus pro incredibili ſua ſapientia, eò quoque extremam quorundam hominum malitiam tandem aliquando progreſſuram proſpiciens, vt parentibus contra ius patriæ poteſtatis inuitis, liberos ſuos detinerent, ſaluberrimum illud interdicti de liberis exhibendis, item ducēdis remedium prodidit, quod proponitur aduerſus eum, quem quis exhibere deſiderat eum, quem in poteſtate ſua habet. *l. 1. §. 1. ff. de liber exhibend.* Patri igitur, in cuius poteſtate ſola ſunt liberi, cùm fœminæ eos in poteſtate ſua non habeant. *§. fœmina, Inſt. de adopt.* hoc interdictum competet *d. l. 1. verb. & ex verbis apparet, et, cuius in poteſtate eſt, hoc interdictum competere. ff. de liber. exhibend.* idcircò mater, vtpote quæ liberos ſuos in poteſtate non habet. *d. §. fœmina*, hoc interdicto vti non poterit. Errat igitur *Cuiacius in notis ad Iul. Paul. receptar. ſentent. libr. 5. tit. 6. ad §. Benè concordans, pag. (mihi) 289.* vbi & matri interdum aduerſus patrem æquum eſſe interdictum reddi de exhibendo filio vel filia ſcribit. Nam hæc æquitas in iure ſcripto nullum habet fundamentum, vt quo matres liberos ſuos in poteſtate non habeant *d. §. fœminæ.* Æquitatem enim, quæ iure ſcripta non eſt, non eſſe ſequendam, *Bart. Bal. Paul. de Caſtr. & cæteri DD. annotārunt in l. 1. C. de legib. & in l. Placuit. C. de Iudic. Abb. in c. vlt. de tranſact. Zaſ. conſi. 11. num. 35. lib. 1. Mynſing. cent. 6. obſeru. 63. Gail. 2. obſeru. 23. numer. 6.* vbi æquitatem non adiutam legibus curandam non eſſe, & iudicem aliud iudicare non poſſe, quàm quod iure definitum eſt eleganter docet *per d. l. Placuit. C. de iudic. & per l. Proſpexit. ff. Qui & à quib.*

Non obſtat *l. 1. §. ſi verò mater. & l. 3. §. etiam. ff. de liber. exhibend.* Nam textus illi loquuntur non de actione huius interdicti, quòd hæc ei competat, ſed de exceptione, veluti ſi filius moretur apud matrem, & pater, qui ſit diſſolutus, euerſor, & nequam iure patriæ poteſtatis per hoc interdictum de liberis exhibendis filium ad ſeſe à matre auocare velit. Tunc enim per exceptionem hanc, quòd propter iuſtiſſimam cauſſam filium apud ſeſe rectè detineat, ei ſubueniendum eſſe allegatæ leges innuunt. De actione verò Interdicti nihil quicquam attingunt. Id quod verba vtriusque paragraphi planum faciunt. Ita enim loquitur Vlpianus Iurecōſultus *in d. §. ſi verò mater*, Si verò, inquit, mater ſit, quę retinet, apud quam interdum magis, quàm apud patrem, morari filium debere ex iuſtiſſima ſcilicet cauſſa, & Diuus Paulus decreuit, & à Marco & Seuero reſcriptum eſt: æquè ſubueniēdum ei erit per exceptionem, & idem Vlpian. *in d. l. 3. §. 5.* ita ſcribit: Etiamſi maximè autem probet filium pater in ſua poteſtate eſſe, tamen cauſſa cognita



Digitized by Google

mater in retinendo eo potior erit, idq́ue decretis Diui Pij quibuſdam continetur. Obtinuit enim mater ob nequitiam patris, vt ſine deminutione patriæ poteſtatis apud eum filius moretur. Non autem ſequitur. Matri competit exceptio ex interdicto, Ergò etiam actio. Excommunicatus enim excipere poteſt, non autem agere *c 1. de except. lib. 6. & c. intelleximus de iudic.* Quamuis autem hæc ita ex iure communi ſeſe habeant, iure tamen diuino, &ex præcepto Decalogi, atq; adeò ex præclariſſimis quorundam populorum inſtitutis, & ex generali ferè totius Germaniæ conſuetudine liberi æquè ſunt in poteſtate matris, atque patris ſui. Idcircò etiam moribus noſtris non dubitârim, quin etiam huius Interdicti actio matri competat.

Vtrùm verò Interdictum ſiue Mandatum de liberis exhibendis cum clauſula, an verò ſine clauſula iuſtificatoria decerni debeat, quæritur. Et mandatum ſine clauſula decerni oportere ex duobus fundamentis ſtatuo. Primò quidem, quòd nulla cauſſa contra hoc interdictum, qui illo iure patriæ poteſtatis vtitur, admitti, ſed omninò reſtitutio fieri debeat. *per. d. l. 1. §. 2. ff. de liber. exhibend.* vbi in hoc interdicto, inquit Vlpianus Iureconſultus. Prætor non admittit cauſſam cur apud eum ſit is, qui exhiberi debet, ſed omnimodo reſtituendum putauit, ſi in poteſtate eſt. Vt enim mandatum cum clauſula iuſtam cauſſam admittit per ea, quæ tradit Gail. *1. obſeru. 19. per tot.* Sic vbi nulla iuſta cauſſa admittitur, Mandatum ſine clauſula decernitur, per ea, quæ ſcribit Gail. *1. obſer. 13. num. 3. & lib. 1. de pac. publ. cap. 5. num. 12.* Reſtitutio igitur ſiue exhibitio liberorum per hoc Interdictum ſiue Mandatum ſine clauſula iuſtificatoria iniungitur. Deinde quoties caſus omni iure prohibitus eſt & reprobatus, & factum, ſuper quo mandatum ſine clauſula iuſtificatoria petitur, tale eſt, quod nullo iure comprobari queat, tunc licitè probeq́ue mandata ſine clauſula decernuntur *part. 2. ordin. tit. 24. Gail. d. obſeru. 13. num. 3. & d. cap. 5. num. 11.* Quoniam verò omni iure tàm diuino, quàm humano eoq́ue tùm communi, tùm peculiaribus populorum inſtitutis prohibitum eſt, vt parentes contra ius patriæ ſuæ poteſtatis detentione liberorum ſuorum deſtituantur, rectè Interdictum ſiue mandatum de liberis exhibendis ſine clauſula iuſtificatoria decerni, promtum inde manifeſtumq́ue euadit. Exemplo huius actionis maritus de vxore exhibenda ac ducenda patrem etiam, qui in filiam in poteſtate habet, rectè conuenit, vt reſpondet Hermogenianus Iureconſultus *in l. 1. ff. de liber. exhibend.*

## LXIX.

## SVPPLICATIO PRO CITATIONE AD RELAXATIONEM IVRAmenti, in der Vrphed abgedrungen/ oder vmb Bericht zuſchreiben.

Wolgeborner / nachdem ſich verrückter Jahren zugetragen / daß der durchleuchtig / ꝛc. N. N. zu ſeiner F. G. beſcheiden vnd erfordert/ vnd als er zu ſeiner F. G. kommen / jhnen in Hafft genommen/ gefänglich eyngezogen/ vnd durch die Gefängnuß zu Gelübd/ Eyd vnd hefftiger Vrphed gedrungen/ dardurch jhm N. der Weg deß Rechten verſtrickt vnd abgeſchnitten/ dieweil aber er N. etliche rechtmäſſige billiche Sprüch vnd Forderung gegen N. hat/ die er gethaner Vrphed

phed halben nicht fürnemmen kan / vnd alſo derhalben Rechtloß ſtehen muß / vnd aber im Rechten vnd deß heyligen Reichs Conſtitution vnd Ordnung verſehen vnd geordnet / daß niemand im Reich er ſey Chriſt oder Jüd / Rechtloß gelaſſen / noch vom Rechten durch Gelübd / Eyd oder Vrphed / gedrungen / ſonder Männiglichen Rechtens geſtattet vnd verholffen werden ſolle / auch den jenigen / ſo auß Forcht langwiriger Gefängnuß vnd als metu zu Gelübd / Eyd vnd Vrphed gedrungen / vnd dardurch Rechtliche Klag vnd Forderung benommen wird / vermög angezogener Rechten vnnd deß Reichs Ordnung abſoluiert / dieſelbigen auffgethan / vnd zu gebürlichen Rechten gelaſſen werden ſoll / vnd dann E. G. an ſtatt Keyſ. Maj. als im Reich der höchſten Oberkeit / vermög der Recht / deß Reichs Ordnung vnd Reformation / Macht vnd Gewalt geben vnd zugelaſſen / abgedrungen Gelübd / Eyd vnd Vrphed / ſo auß Forcht vnd Gefängnuß abgenötigt / zu öffenen / vnd Männiglichen / nach geſtalt der Sachen / den Weg der Rechten auffzuthun / vnd darzu kommen zulaſſen / vnd gnädiglich zuverhelffen / darmit ſich niemand in dem heyligen Röm. Reich Rechtloß gelaſſen ſeyn / zubeklagen. So iſt demnach an E. Gn. mein von wegen gedachts N. ſo in Keyſ. Majeſtat vnd ſonderlich Keyſ. Majeſt. Schutz vnnd Schirm / vnterthänig Bitt / jhme ein Ladung wider hochgedachten N. allhie vor E. Gn. an dieſem Keyſ. Cammergericht zuerſcheinen / zuſehen vnnd hören / gedachten N. von wegen abgedrungen vnd gethanen Gelübden / Eyden vnd Vrphed / zu abſoluieren vnd zuerledigen / vnnd zu gebürlichen vnd ordentlichen Rechten / ſo er gegen ſeiner F. G. hab / zulaſſen / in gewöhnlicher beſter Form gnädiglich zuerkennen. Wo aber dieſelbig noch zur Zeit vermög deß Reichs Ordnungen / vnd ſonderlich Keyſerl. vnd gemeiner Ständ Commiſſarien vnd Räht Reformation Cammergerichts zu N. auffgericht / nicht erkännt / ſonder hochgedachtem N. vor vmb Vnterricht geſchrieben werden ſoll. So iſt mein von vorgedachts N. wegen abermals vnterthänig Bitt / daſſelb förderlich zugeſchehen befehlen / vnd jhm als dann ſolchs ſeiner F. G. Vnterrichts Abſchrifft gnädiglichen mittheilen / ſein rechtmäſſige Antwort / Entſchüldigung vnd Vnterricht in der Warheit dargegen fürbringen / vnd fürzunemmen / iſt er vrbütig den Koſten ſo darauff gehen wird / damit es ohne längern Verzug geſchehe / gnädiglich außzurichten. Hierinn E. G. Richterlich. ꝛc.

## DECRETVM.

Soll Hertzog N. vmb Bericht mit Zuſchickung der Supplication geſchrieben werden.

Quoniam ſæpè numero, hoc præſertim exulceratiſſimo mundi ſeculo, in quo omnia ad crudelitatem & Tyrannidem ſpectant, à Magiſtratu ſubditos in cauſſis ciuilibus iniquè carceribus mancipari, & ex illis non dimitti priùs contingit, quàm mediante corporali iuramento in conceptis cautionis literis, quas Vrphe-

Vrphedeṅ appellant, ſeſe aſtrinxerint, nunquam ſe vel carcerem vindicaturos, vel etiam contra prçſcriptam prçlectamuè iuramenti formulam vlla actione aduerſus Magiſtratum illum experturos, ne per iuramentum, quod vinculum æquitatis non autem iniquitatis eſſe debet *c. Quanto de iureiur.* & propterea veritate, iudicio, & iuſtitia tanquam ſuis comitibus ſuffultum *c. etſi Chriſtus,* §. *Iacob. de iureiur.* ad Tyrannidem & iniuſtitiam feneſtræ aperiantur, rectè magnaque ratione ab ordinibus & Statibus Imperij *in part. 2. ordin. tit. 24.* ordinatum & ſtatutum eſt, vt qui hac ratione iniquè carcerari, poſteaque iuramento de non vindicando carcere vel vlla actione contra iuramenti formulam aduerſus Magiſtratum, à quo in vinculis detinebantur ſuſcipienda aſtricti fuerunt, iuramenti à Camera relaxationem petere, eaque impetrata aduerſus Magiſtratum experiri poſſint.

Hæc autem ſequentia tanquam neceſſaria requiſita & qualitates, quæ à principali facto ſeparari nequeunt, pro obtinendis proceſſibus in ſupplicatione narrari & deduci oportet. Primò Magiſtratum illum, qui iuramentum exegit, atque ita Reum, imperio immediatè ſubiectum eſſe. Id quod etiam in hac ſupplicationis formula deductum fuit, dum narratur, eum Magiſtratum, qui iuramentum exegit, Principem Imperij eſſe. Etſi verò principes beneficio primæ inſtantiæ ſiue Auſtregatum gaudeant. *p. 2. ord. tit. 4.* recordãdum tamen hoc in loco & in memoriam reuocãdum fuerit quo ſuprà *ad n. 11.* §. Jch hab oben geſetzt/ docuimus, in hoc caſu priuilegium primæ inſtantiç ſiue Auſtregarum ceſſare, eamque ob rem rectè ad Cameram iri. Secundò in carceratum in obligatione illa iurata, quam Vrphedeṅ appellant, iurâſſe, ſe non modò carcerem vindicaturum, ſed nec aduerſus iuramenti formam experturam, vbi plurimùm conducet iuratæ iſtius obligationis copiam ſiue exemplum potiùs, ſe haberi poteſt, cum ſupplicatione ſimul producere. Tertiò cauſſam ciuilem eſſe, ob quã Actor in carcere detentus fuerit *p. 2. ord. tit. 24. in princ. verb.* Vmb vergangene Handelung oder Miſſethat/ per argumentũ à contrario ſenſu, vt rectè colligit *Chriſt. Schvvan. lib. 1. proceſſ. Cam. c. 17.* Quartò ſe ꝓpterea aduerſus Magiſtratum illum Reum citationem ad vidẽdum ſeſe relaxari à iuramento ad effectũ agendi ſibi decerni petere. Quia verò hîc, vt aliâs ſupplicationis narratis nõ creditur, camq; ob rem Citatio aduerſus Reum, Actori ſtatim, ad videndum ſe relaxari à iuramento ad effectum agendi non decernitur, ſed priùs ad Magiſtratum illum pro facti informatione perſcribitur, rectè ſupplicans faciet, ſi alternatiuè citationem ad videndum, &c. vel ſcriptum aliquod ad Magiſtratum Reum in vna eademque ſupplicatione petierit, vt quidem in hac Supplicationis formula factum eſt *verſ.* Wo aber daſſelbig noch zur Zeit/ ad quam quidem citationem hoc decretum fieri ſolet, daß dem beklagten jnnerhalb Monats friſt ſein Bericht zu thun ſoll zu geſchrieben werden. Id quod multis præiudiciis declarat & probat Schvvanman. *d. cap. 17. nu. 5.* Ne enim cauſſa diutiùs æquo cum magno ſupplicantis damno procraſtinetur, rectè ſtatutum fuit, vt mandetur Magiſtratui, aduerſus quem ſupplicatur, quo intra certum tempus informationem facti ad Cameram tranſmittat, cum illa cõminatione, ſi id ita intra præfixum tempus non faciat, idque re infecta præterlabi ſinat, nihilominus ad petitionem Supplicantis de petita relaxatione futurum, quod iuſtum & æquum ſit. §. Ob wol des Memorials Cammerrichtern vnnd Beyſitzern in der Viſitation des 75. Jahrs vbergeben. *Vide quæ dixi ſuprà, & dicentur infrà part. 5.*

SVPPLI-

LXX.

# SVPPLICATIO PRO CITATIONE EX L. DIFFAMARI.

Wolgeborner. ꝛc. Demnach N. gegen N. ſich Forderung zuhaben angemaſt/ vernemmen laſſen/ aber ohn/ daß er deſſen einigen Grund deß Rechtens hab/ vnd aber N. nicht gelegen dem N. zuzuſehen/ ſein vermeynte Forderung ſeines Gefallens auffzuziehen/ vnnd in ſtäter Sorg zuſtehen/ ſonder verhofft/ wo der einig Spruch oder Forderung zu N. zuhaben vermeynt/ daß er dieſelbigen in einer benannten Zeit fürzubringen ſchüldig/ oder jhme deßhalben ein ewig Stillſchweigen auffzulegen. Iſt derhalben an E. G. mein vnterthänig Bitt/ die wöllen mir erzehlter Sachen halben Citationem ſuper l. diffamari gnädiglich erkennen vnd mittheilen/ E. G. hoch Adelich/ ꝛc.

LXXI.

# ALIA FORMA.

Wolgeborner/ ꝛc. Hic narretur diffamatio. Dieweil dann auß ſolchen gemelten/ Friedbrüchigen Schmähungen/ Anwalds gnädiger Herr/ vnd die Bürgen obgemelter angemaſter Forderung/ vnd Anſprach halben/ vnbillicher Weiß wider Recht vnd auffs höchſt diffamiert/ vnd dann ſolch Diffamationberümen vnd Schmäheſchrifften hochermeltem Fürſten zu mercklichen vnd vnwiderbringlichen Beſchwerden vnd Nachtheil reichen thut/ vnnd dann auch in deß heyligen Reichs Ordnung heylſamlich verſehen/ daß im Fall/ da ein Stand deß Reichs demſelben ohn Mittel vnterworffen/ beſchwerlicher Weiſe diffamiert wird/ demſelben auff ſein Anruffen gegen dem Diffamanten/ Proceß erkännt werden ſollen: So iſt demnach im Namen vnnd von wegen obgemelt Anwalds vnterthänig Bitt/ gedachtem N. ein benannte Zeit ſolch ſein angemaſte Sprüch vnd Forderung/ für E. G. vnd dieſem Keyſerlichen Cammergericht fürzubringen/ ordentlicher Weiß anzuſetzen/ mit dem Anhang/ wo er ſolchs nicht thun würde/ als dann zuſehen vnd hören/ jhm ein ewig Stillſchweigen auffzulegen/ mit angehängter Inhibition oder Mandat gegen J. F. G. derſelben Vnterthanen/ Verwandten/ oder Zugehörigen/ oder deren Bürger/ derſelben Leib/ Haab noch Gütter/ eygen gewaltiger Thaten/ auſſerhalb Rechtens dem Landfrieden zuwider nicht zuhandlen/ vben/ thun/ oder fürzunemmen/ ſelbſt oder durch andere/ heimlich oder öffentlich/ in keine Weiß noch Wege/ ſonder ſich deß Rechtens/ vnnd deſſelben Außtrags gäntzlich ſättigen vnd benügen zulaſſen/ alles in beſter Form gnädiglich zuerkennen/ vnd mitzutheilen/ rufft E. G. vmb Hülff/ ꝛc.

Vide,

Digitized by Google

Vide, quæ dixi ſupra ad num. 39. Item quæ dixi ſub Rubric. Sachen darumb ferrner ſupplicirt/ num. 4.

## LXXII.
# SVPPLICATIO FIDEIVSSORVM PRO PROMOTORIALIBVS.

WOlgeborner/ ꝛc. Von wegen der N. in hiebeygelegtem Gewaldsbrieff begrieffen vnnd beſtimbt/ zeig E. G. als Anwald ich hierinn in Vnterthänigkeit ſupplicierend an/ wie ſich verſchiener Jar zugetragen/ als weyland N. dem N. ein namhafftige Summa Gelts ſchüldig worden/ vnd derohalben ſie/ die obbemeldte N. vnd N. neben andern ſeinen guten Freunden dahin bewegt vnnd vermöcht/ daß ſie auff ſein darüber beſchehen ſchadloß Verſchreibung/ ſie für ſich vnd ſein Erben ſolcher Gelübden zuentnemmen/ vnd ſchadloß zuhalten/ für ſolche Summa gelobt vnnd Bürg worden/ die noch mehrertheils vnbezahlt/ vnd ſonſt ſein eheliche Haußfrawen vnnd etliche Kinder als ſeine Erben hinder jhme verlaſſen/ vnd wiewol die obgenannte Bürgen auff gedachts von N. deß Glaubens gegen jhme beſchehene ernſtliche Eynmahnunge vnd Eynheiſchung zum Eynlegen/ bey der jetzigen Wittib vnd Kindern zu mehrmalen angehalten/ ſie nach vermög deß obgemelten Schadloßbrieffs jhrer Gelübd zubenemmen/ vñ ſchadloß zuhalten/ ſo iſt doch ſolchs alles bey jhr gantz vnerfänglich erſchienen/ darauß dann gefolgt/ daß ſie die Bürgen zu Verhütung weiters Vnrahts/ vnd ſonderlich damit ſie nicht gedrüngen/ vnd ſonſt an jhrem Gelimpff vnd Ehren geſcholten würden/ höchlich verurſacht/ die ſchüldige Häuptſumma mit den Zinſen ſampt zuerlegen vnd zubezahlen. Vnd derohalben ſie die obbemelte Wittib vnnd Kinder/ vmb Widerſtattung jhrer Außlag vnd darunter erlittener Koſten vnd Schaden/ zu jhr jedes Gebürnuß von jhrer ordentlichen Oberkeit/ nemlich der Graffſchafft N. darinn die Witfraw begütet vnd geſeſſen/ mit Recht zuerſuchen/ vnd wiewol ſie in Abweſen N. biß anhero vnd zum offtermal durch ſich ſelbſt vnd andere beyden heimgelaſſenen Rhäten/ vmb förderlich Hülff deß Rechtens fleiſſig angeſucht/ ſo hat jnen doch darüber nichts fruchtbarlichs gedeyen oder zu Recht verholffen wöllen werden/ ſonder waren zu jederzeit mit vergeblicher Antwort abgewieſen/ vnd alſo nun eine gute Zeit her hülffloß vnd rechtloß gelaſſen worden/ darumb vnd dieweil das ja nit ſeyn/ ſonder eim jeden ordentlichs Rechtens geſtatt vnnd verholffen werden ſoll/ ſo iſt dennach an E. G. von wegen obgedachter Herrn Supplicanten mein vnterthänig Bitt/ ſie wöllen bey obgedachten N. vnd ſeiner G. heimgelaſſenen Rhäten/ ſampt vnnd ſonders/ durch nottürfftige Promotorial vnd Befelchbrieff gnädiglich verfügen/ jhnen den vielgenannten

ten Herrn Supplicanten in einer benannten kurtzen Zeit / nach Vberantwortung ſolches Keyſerlichen Befelchs / gegen vorgenannter Wittib vnd Kinder / zu Außführung jhrer Forderung vnd Anbringung jr jedes Gebürnuß mit gebürlichen Tagſatzung / vnd ſonſt weiter Hülff vnd Expedition fürderlichs außträglichs Rechtens vnd deſſelben Execution / ohne alle ferrner Weigerung / Auffſchub vnd Verzug der Gebür vnd Notturfft nach zuverhelffen / vnnd in dem allen nicht vngehorſam / ſäumig oder verzügig zuerſcheinen. Damit nicht not werde / derhalben in ſubſidium weiter bey dieſem Keyſerl. Cammergericht Rechtlich anſuchen / hierumb E. G. in beſter Form vnterthäniglich anruffend.

Iſt noch zur Zeit abgeſchlagen.

## Ferrner Anzeig der geſchehenen Anſuchung vmb Recht.

WOlgeborner / ꝛc. Auff das abſchlägig Decret dieſer hiebeygelegten Supplication / befinden E. G. auß den hiebeygelegten Supplication vnd Miſſiuen gnugſam Anzeig vnd Beweiſung beſchehener Reformation vnd Anſuchung vmb Hülff deß Rechtens / dieweil dann darauß erſcheint / daß die Supplicanten auß jhr ſelbſt vnnd dann deß N. auch eins erbarn Rhat der Statt N. geſchehen Schreiben vnd Anſuchen kein Hülff Rechtens haben mögen / ſo bitt Anwald in Supplicatione, dieweil je die Fürderung zum Rechten niemand gewägert werden ſoll / ꝛc.

Sind die begerten Promotorial erkannt.

Promotoriales in caſu protractæ dilatæuè iuſtitiæ contra Reum immediatè imperio ſubiectum, neglecto primæ inſtantiæ ſiue Auſtregarum priuilegio ſtatim per viam ſimplicis querelæ, atque ita in prima inſtantia in Camera impetrari poſſe ſuprà diximus, ſicut etiam aliâs iure communi receptum eſt, vt is, cui iuſtitia vel negligitur vel differtur à Iudice ſuo immediato, Magiſtratum illius Iudicis ſuperiorem adire poſſit, ab eoque petere, vt Iudicem inferiorem ad adminiſtrandam iuſtitiam compellat. *Nouell. vt differentes Iudices 86. cap. 1. cap. 2. de except. libr. 6. Paris. de Put. in tract. de Synd. ver. Syndicatum. & ſeq. Bartol. in l. vlt. ff. de appel. recip. Bald. in l. vlt. C. de ſentent. & Interlocut.*

Vt autem in Camera promotoriales obtineri poſſint, ſequentia obſeruare oportet requiſita. Primùm vt is, aduerſus quem petuntur, Iudex imperio immediatè ſubiectus ſit. *part. 2. ordin. tit. 26. in princ.* Secundò vt narratis ſupplicationis inſeratur, quàm diu coram Iudice illo inferiori lis agitata fuerit. Tertiò requiritur, vt pro promouenda ſiue adminiſtranda maturandaque iuſtitia inſtiterit.

Cæterùm etſi meliùs & cautiùs agatur, ſi documentum requiſitionis & procraſtinationis vnà cum ſupplicatione exhibeatur, id tamen de neceſſitate non requiritur, idque per Receſſ. Viſitat. de anno 50. §. vnd nach dem / 19. & per Conſtitutio-

ſtitutionem Imperij in Comitiis Auguſtæ Vindelicorum Anno *66.* habitis promulgatam *in* §. Nach dem. Quod ſi, inſinuatis promotorialibus, fortè ex executione illarum veluti ex relatione nuncij appareat, Iudicem illum iuſtitiam denegâſſe, *vt tradit Schvvanmann. lib. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 19. num. 2.* aut poſt factam executionem promotorialium Iudex nihilominus intra tempus ipſi in promotorialibus præfixum iuſtitiam non adminiſtret, vel diutiùs differt, tunc ei ad ſupplicationem extraiudicialiter exhibitam Citatio ſuper denegata vel protracta iuſtitia ad proſequendam cauſſam principalem in Camera decernitur, idq́ue ſine vlteriori poſt inſinuationem facta requiſitione, & vt maximè nullum documentum denegatæ iuſtitiæ exhiberi poſſit, idq́; per expreſſa ordinationis verba *part. 2. tit. 26.* quæ ita habent. Damit nun ſolchem der Billichkeit nach begegnet / auch darneben die Armen Partheyen mit vberflüſſigem Koſten / ſo jhrem vber beſchehene Execution ſolcher Requiſition halben auffgehet / nicht beſchwert werden: Soll hinfürter ein jeder Churfürſt / Fürſt / Stand / oder Oberkeit / dem obgemelter Maſſen Promotoriales verkundt vnd ein mal inſinuiert werden in Zeit derſelbigen / ohn weitere Requiſition oder Erſuchen dem klagenden Theil Rechtens zu verhelffen / der Richter oder Rechtstag zuernennen vnd an zuſetzen / vnd ſonſt Innhalt vnnd vermög der Promotorialn zu handlen ſchüldig ſeyn. Vnd da ſolches der geſtalt nicht beſchehe / ſoll als dann dem klagenden Theil an dem Cammergericht / vngeacht / ob gleich keine weitere Vrkundt des verweigerten Rechtens fürbracht würde / zu Recht / wie ſich gebührt / verholffen werden.

Minimè igitur recipiendum eſſe puto, quod *Mynſing. cent. 5. obſeru. 56.* his verbis ita ſcribit: Quando quis, inquit, in Camera obtinet literas promotoriales ad conſequendam iuſtitiam aduerſus Principem vel alium ſtatum, tunc poſt lapſum termini, etſi docuerit, promotoriales Principi vel ſtatui per nuncium Cameræ iuratum vel legalem Notarium inſinuatis, non ſolet decerni citatio in Camera ex capite protractæ vel denegatæ iuſtitiæ, niſi doceat & alleget ſe poſt inſinuationem inſtitiſſe apud Principem de iuſtitia ſibi miniſtranda, & ſi poſtea in proceſſu requiſitionem non probauerit, remittenda eſt cauſſa ad petitionem ſiue auocationem illius Principis. Ita iudicando ſæpè definitum eſt, &c.

Expreſsè enim hæc repugnant præallegato ordinationis textui, vt qui poſt inſinuationem & executionem promotorialium requiſitionem vlteriorem nullam requirat de neceſſitate, verb. ohn weitere Requiſition oder Suchen. Mynſingerus autem de neceſſitate requirit. Deindè textus ordinationis documentum requiſitionis vel denegatæ iuſtitiæ, vt citatio ſuper protracta vel denegata iuſtitia in Camera obtineri poſſit, de neceſſitate non requirit verb. vngeachtet / ob gleich keine weitere Vrkundt deß verweigerten Rechtens fürbracht würde / Mynſingerus autem documentum illud de neceſſitate requirit.

Neque obſtat, quòd ita ſæpè iudicando fuerit definitum, vt ſcribit Mynſing. Primùm enim incertum eſt, an ita iudicatum fuerit in terminis, vt loquuntur, terminantibus iſtius quæſtionis, in qua nos verſamur. Deindè regero ego, toties ita iudicatum fuiſſe contra prædictam ordinationem & propterea ſententias illas fuiſſe ipſo iure nullas. Tùm verò quis neſcit non exemplis rebusq́ue iudicatis, ſed legibus iudicandum eſſe *per text. in l. Nulli. C. de Sentent. & Interlocut. omn. Iudic.* Quid? quòd Mynſingerus ipſe ſibi in hoc contrarius ſit. Nam in *cent. 3. obſeru. 57.* circa hoc conſuetum eſſe ſeruari talem diſtinctionem ſcribit, quod nimirùm aut dilata ſit iuſtitia per negligentiā Magiſtratus ſiue in cognoſcendo ſiue in exequendo aduerſus ſuos ſubditos & tunc ſolent, inquit, in Camera vt plurimùm decerni promotoriales ad talem negligentem Magiſtratum, quas etiam ſufficit inſinuari abſque vlteriori requiſitione: aut penitus denegata ſit iuſtitia, & eo caſu decernuntur, inquit Mynſing. proceſſus & citationes contra ſubditos, quia Iudex per tertiam denegationem perdit iuriſdictionem *Auth. Statuimus ibique DD. C. de Epiſcop. & Cler.* Et in hoc caſu requirit documentum. Facit huc, quòd

Gail.

Gail. etiam ita diſtinguit. *1. obſer. 20. num. 7.* vbi differentiam inter protractam & denegatam iuſtitiam obſeruandam eſſe ſcribit, quòd primo caſu promotoriales pro adminiſtranda iuſtitia intra certum tempus, altero verò Citatio ad proſequendam cauſſam principalem in Camera decernatur. Etſi in caſu denegatæ iuſtitiæ vt citatio obtineri poſſit in Camera expreſsè requirit documentum de facta debita requiſitione, & ſubſecuta denegatione iuſtitiæ *d. obſeru. 28. num. 2.* in promotorialibus autem inſinuatis non item. Et hæc quidem diſtinctio, vt quæ verbis ordinationis per omnia conueniat, omninò ſeruari debet. Nam & ordinatio *d. p. 2. tit. 26.* vt citatio ſuper denegata iuſtitia in Camera obtineri poſſit, tale documentum requirit verb. Daß Recht fündtlich verſagt. Cæterùm quomodo poſt factam executionem promotorialium, & non factam debitam intra tempus in iis præfixum Iuris adminiſtrationem, ſupplicatio pro citatione ſuper denegata Iuſtitia in Camera formari debeat, vt eò clarior illorum, quæ hactenus dicta ſunt, praxis haberi poſſit, ex Chriſtophoro Schvvanmanno *Proceſſ. Cameral. lib. 1. cap. 20. pag. mihi. 122. huc tranſſcribere placuit.*

## Unterthänige SVPPLICATIO PRO CITATIONE SVPER DENEGATA IVSTITIA.

HOchwürdiger Fürſt / Röm. Kay. Majeſt. Cammerrichter / gnädiger Herr.

Als auff vnterthänig anruffen Anwalds ex officio jhm zugeordneten armen Mans J. S. ohn längſt wider ſeinen gnädigſten Landsfürſten vnd Herrn / Herrn W. ꝛc. Hertzogen in Bayern vnd dero F. Gn. Herrn Rähte vnnd Regierung Promotoriales gnädig erkannt vnnd mitgetheilt / welche auch rechtmäſſiger vnd gebührender Weiß durch einen des Keyſ. Cammergerichts geſchwornen Beybotten verkündiget vñ exequiert worden / wil auß beyligender Copeyen Promotorialium litera A. bezeichnet auffgeſchriebener Execution zu erſehen / vnd aber auff ſein eynſtändigs fleiſſig Anhalten vnd Sollicitieren / auch jhren F. G. ehrliche gethane Fußfäll zu keiner Rechts Verhelffung oder Audientz kommen mögen / ſondern allzeit mit vergeblicher Vertröſtung vnd letzlich gäntzlicher Abweiſſung daruon abgehalten / vnd hierdurch gantz Rechtloß geſtellt worden.

Wann dann dieſes alles obgemelten außgangenen Keyſerlichen Promotorialn / darinn innerhalb einer gewiſſen Zeit Rechts zuuerhelffen gebotten worden / gantz zuwider vnnd zuentgegen / vnd demnach vermög der Keyſerlichen Cammergerichts Ordnung *part. 2. tit. 26.* auff rechtmäſſige derſelben Execution / den ſolcher geſtalt beſchwerten vnnd Rechtloß geſtellten Perſonen / zu Recht / wie ſich gebührt / von E. F. G. verholffen werden ſoll / auch iuriſdictio ratione denegatæ iuſtitiæ fundiert.

Als iſt Anwalds armen bedrangten / vnd Rechtloß geſtellten Mans vnterthänig hoch fleiſſig Bitt / jhme wider hochgedachten ſeinen gnädigen Herrn vnnd Landtsfürſten / Herrn W. Hertzogen in B. dero F. G. Rähte vnnd Regierung zu M. vnd dann D. S. geweſenen Landrichter zu F. Citationem ſuper denegata iuſtitia gnädig zu erkennen vnd mitzutheilen. Hierüber E. F. G. hoch Adelich miltrichterlich Ampt vmb Verhelffung Rechtens / vnterthäniges Fleiſſes anruffendt.

Exhibita 23. Maij. Anno &c. 97. Decretum, erkannt in conſilio 27. Maij Anno, &c. 97.

Quomodo Promotoriales ipſæ propter protractam iuſtitiam formari debeant, duas formulas ex eodem Schvvanmanno *libr. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 19. numer. 13. pag. mihi. 17.* huc transferre viſum fuit.

## SVPPLICATIO PRO PROMOTORIALIBVS PROPTER PROTRACTAM IVSTITIAM.

HOchwürdiger Fürſt / Röm. Keyſ. Majeſt. Cammerrichter Gnädiger Herr.

E. F. G. bringet Syndicus eines erbarn Rhats des heyligen Reichs Statt L. hiermit vnterthäniglichen vor / daß einer vom Adel im Lande zu H. S. R. zu L. Erbgeſeſſen / gemeltem ſeinem Herrn Principaln in jhr Dorff D. darinn ſie höchſt vnd ſiedeſt / auch omnimodam iuriſdictionem haben / gefallen/vnd als jhre Vnterthanen einen Hirſch vnd N. Hinde lebendig auff jhrem Grunde vnd Boden gefangen / vnnd in einen Spicker verſchloſſen / biß ſie ſolche Captur jhrem Herren/Syndici Principaln/angekündiget/hat gemelter R. den Spicker mit einer Wagenrungen erbrochen/der Hirſch vnd die N. Hinde abgeleibet / das Wildprät auff deß Büchſenmeiſters Wagen gelegt / vnd dauon in ſeine Gewarſam vnnd Hoff L. bringen laſſen. Vor ſolche ſeine begangene Gewalt vnd Iniurien/haben Syndici Herrn Principaln gemelten R. in dem H. Landgericht zu D. vnd Hertzogen J. A. zu H. ꝛc. mit Rechte vorgenommen / vnd ob wol Citatio vnd Proceß wider jhnen außbracht / auch Libellus vnnd accuſatio contumaciæ produciert / vnd alſo dieſe Sache iſt anhängig gemacht worden. So iſt aber doch lis nicht conteſtiert / noch Reſpōſiones vbergeben/viel weniger Iuramentum calumnię geſchworen worden/ſondern weil das H. Recht ſelten/auch wider die Ordnung / vngewiß gehalten / ſo nimbt daher Beklagter die Vrſache/ die Sache auffzuhalten/ vnd litem zu protrahiern/ jnnmaſſen dann vnd noch biß auff dieſe Stunde dieſelbige protrahiert wirdt / alſo daß er auch auff eynbrachte Accuſation Contumaciæ nicht eins antworten / auch noch zur Zeit nicht erkannt werden will / vnnd alſo bey dieſer Protraction dieſe Cōtrouerſia wol ad infinitos annos auffgezogen werden/ vnd Syndici Herrn Principaln Rechtloß gelaſſen werden könten/wie dann ipſo facto dardurch die denegatio Iuſtitiæ gleich eyngeführt/vnd obwol nicht eben de denegata Iuſtitia Syndicus zu klagen/ſo hat er ſich doch billicher ſuper protractione zu beſchwehren.

Iſt demnach an E. F. G. ſein Syndici wegen ſeiner Herrn Principaln vnterthänige Bitt/E. F. G. wolten jhme an höchſtgedachte Königl. Majeſt. vnd Hertzog J. A. zu H. auch das gantze Collegium deß H. Landgerichts/ſampt vnd ſonders/ gnädiglichen Promotoriales in communi forma ad excitandam iuriſdictionem dominorum Iudicum erkennen/darmit in dieſer Sachen ſchleunig verfahren/ geſprochen/vnd Syndici Herrn Principalen zu deß geſprochenen Vrtheils Execution gelangen können / hierüber E. F. G. miltrichterlichs Ampt in beſter Form vnterthäniglichen anruffende.

Exhibita in Conſilio 6. Aprilis Anno, &c. 97. Decretum: erkännt in Conſilio 9. Aprilis, Anno, &c. 97.

## SVPPLICATIO PRO MANDATO EXECVTORIALI, VEL IN EVENTVM PROMOTORIALIBVS.

HOchwürdiger Fürſt / Römiſcher Keyſerlich. Majeſtat Cammerrichter/gnädiger Herr. ꝛc.

E. F. G. bringt Anwaldt N. auff deroſelbigen den 2. Septembris Anno, ꝛc. D. ergangener beyligēder Vrtheil mit A. bezeichnet/vnterthänig ſupplicierendt für: Ob wol ſein Princip. bey einē erbaren Raht der Statt R. vmb Verhelffung gebürlicher Execution ſeines/nicht allein bey E. F. G. vnd alhier am hochlöblichem Keyſerlichne

ſerlichen Cammergericht / ſondern auch vor etlichen vnd viel Jahren / in der erſten vnnd andern Inſtantz laut beygelegter vnterſchiedlich glaubwürdiger vnnd vidimierter Vrtheil/mit B. ſigniert/erlangten Rechtens gegen vnd wider P.B. inſtändig angeſucht vnd angehalten / gleichwol vber beſchehene vielfältig Requiſition vnnd Annahnung keine würckliche Volnziehung angedeutet Vrtheil erlangen mögen.

Weil dann in allen Rechten verſehen / daß ein jeglich Vrtheil / ſo in rem iudicatam ergangen/der Execution mandiert werden ſoll/auch wenig Frucht bringt/ſo derſelbigen nit gebürliche Volſtreckung beſchicht / vnd aber E.F.G. obangeregts Vrtheil vim definitiuæ hat/ cùm paria ſint non fieri, aut non ritè fieri, nòn appellare, aut non debito modo appellationem proſequi nullos impetrare proceſſus, aut eorundem executionem negligere, & non rectè inſtituere. Darumb auch E.F.G. das Proclama vnd Ruffen in dieſer Sachen wider Anwaldts Principaln in angeregter Vrtheil abgeſchlagen / auch ohne das / dieſe Sach an jhrer ſelbſten deſert, vnd von appellanten keine reſtitutio in integrum biß anhero begert/vnd erhalten worden.

Als gelangt dieſem allem nach an E.F.G. Anwaldts im Namen vnnd an ſtatt obgedachts ſeines Principaln vnterthänig vnd hochfleiſſige Bitt / dieſelbe wöllen in Anſehung oberzehlter Vmbſtänden vnd abgeſchlagener Execution / ermeltem N. auß hoch Adelichem miltrichterlichem Ampt ein Keyſ. Mandat mit einer namhafften eynuerleibten Peen wider den Rhat der Statt N. in communi forma gnädiglich erkennen / oder aber auff den vnuerhofften Fall / da ſolchs Begern noch zur Zeit nicht ſtatt haben ſolte/ notturfftige Promotoriales vnnd Befelchbrieff zu förderlicher vnd vnwägerlicher Execution/in erſter Inſtantz ergangener Vrtheil/gnädiglich decerniern vnd mittheilen.

E.F.G. hoch Adelich miltrichterlich Ampt höchſtes Fleiſſes in Vnterthänigkeit anruffendt/vnd vmb förderlich erſprießlich Decret bittend.

E.F.G.

Vnterthänig Gehorſamer.

I.C.I. Procurator cauens de Rato & mandato ſſt. manu propria.

Decretum: Iſt das gebetten Mandat erkännt in conſilio 29. Nouembris Anno &c. 1590.

## LXXIII. SVPPLICATIO PRO CITATIONE IN CAVSSA SIMPLICIS QVERELÆ IN CAVSSA INIVRIARVM.

WOlgeborner / ꝛc. Demnach in beyden Geiſtlichen vnd Weltlichen Rechten heylſamlich verſehen/daß niemand den andern an ſeinen Ehren/ Gut/ Leumut vnd Stand zuſchmähen / noch das einem vber den andern Schmähbücher außgehen zulaſſen erlaubt/ ſondern ſolchs bey hohen Peenen vnd Straffen verbotten/aber daß vnbedacht hat Graff N. von N. in verſchienen N. Jahr mich nicht allein in N. ſonder auch in deutſchen Landen/zum höchſten/ſo viel an jhme geweſen/ an meinen Ehren/guten Leumut/ geſchmächt/vber mich ein öffentlich Schandbuch (deß Exemplar ich hiemit fürbringe) publiciern vnnd



Digitized by Google

außgehen laſſen/keiner anderer geſtalt dann mich damit zuſchmähen/in welchem Graff N. ſchmählich am 8. Blat/ pag. 2. vnd vberal durchauß mich (wiewol vnbillich vnd wider Grund) ehrloß/ trewloß/ vnnd ſigelloß/ein Schelm vnd Bößwicht (wie dañ ſolch vnd dergleichen vielfältig in angeregtem Schmähbüchlein zufinden) geſcholten/ vnd daſſelb auff mich zubringen erbotten/vñ ich ohne Ruhm zureden meine Tage/wie einem ehrlichen Bidermann ziembt vnd gebürt/herbracht/ vnd hierobẽ erzehlte Injurien vnd Schmach/ſampt vnd ſonders zuHertzen vnd Gemüt gezogen/ die wie recht iſt gegen ermelten Graffen N. außzuführen vorhabend/ mir deßhalben gegen Graffen N. Rechts nottürfftig/ vnd dieweil Graff N. vnſerm allergnädigſten Herrn/ der Keyſerlichen Majeſtat ohn Mittel vnterworffen/ [a] auch vor dieſem Keyſerlichen Cammergericht mir/ als der nicht von der Ritterſchafft geborn/ zu Recht zuſtehen vermög gemeiner Recht ſchüldig/ wie dann ſolchs auch durch Röm. Keyſ. Maj. Churfürſten/ Fürſten/ vnnd gemeine Stände deß heyligen Reichs Viſitatorn verordnet vnnd Befelch geben/ daß man Perſonen/ſo nicht von der Ritterſchafft/ gegen Graffen vnnd andern vom Adel zuhandlen haben/ Ladung an diß Keyſ. Cammergericht erkennen ſoll/wie dann bißhero in gleichen Fällen auff der Partheyen Anhalten/ Ladung vnd andere Proceß/erkännt worden ſind. Derohalben langt an E. Gn. mein gantz vnterthänig Bitt/ die wöllen mir erzehlter Handlung halb ein Ladung wider Graff N. in gemeiner beſter Form/ Maß vnd geſtalt/ gnädiglich erkennen/ vnd mir Rechtlich Hülff nicht verſagen/ E. G. hoch Adelich/ ꝛc.

[a] Auch vor dieſem Keyſerlichen Cammergericht.] Dictum eſt ſuprà in Auſtregis, Comites à ciuitatibus tàm imperialibus immediatè imperio ſubiectis, quàm municipalibus quæ mediatè imperio ſubiiciuntur, & à nobilibus, iis tamen, qui mediatè imperio ſuppoſiti ſunt (de quibus intelligendus eſt hoc loco Autor, dum Nobilium mentionem facit. Comites enim aduerſus nobiles immediatè imperio ſuppoſitos primæ inſtantiæ ſiue Auſtregarum priuilegio gaudent, vt ſuprà in Auſtregis explicatum fuit, & ſancit ordinatio *part. 2. tit. 5.*) & à quibuſcunque aliis mediatis etiam ruſticis, quacunque conueniendi ſint actione, in Camera ſtatim per viam ſimplicis querelæ in prima inſtantia conueniri, eamque qualitatem, vt quæ Cameræ iuriſdictionem fundet, in ſupplicationibus narrari oportere aliquoties diximus, ſicut & ab autore noſtro id pulcrè hoc loco obſeruatum fuit.

Cæterùm quia hoc loco ſuper actione iniuriarum proceſſus petuntur, &, proh dolor! in hac effœta mundi ſenecta tanta ſeſe libido iactat calumniatorum & ſycophantarum qui hominis famam (quâ nullus eſt theſaurus precioſior, vt qui inæſtimabilis ſit, & iucundum odorem ſuauitatis tribuat. *Bald. in l. 1. col. 5. C. de confeſſ.* vſque adeò, vt fama & vita pari paſſu ambulent. *l. iuſta ibique DD. ff. de Manumiſſ. vindict.* dente Theonino arrodunt, & in diſcrimen vocare conantur, atque adeò homines præſtantiſſimi à viliſſimis quibuſque, atrociſſimis ſæpè iniuriis afficiuntur, eamque ob rem diuerſa nonnulla iuris remedia prodita ſunt, has quæſtiones ſubſequentes, vt quarum in praxi quotidiana frequentiſſimus vſus ſit, in præſentia diſcutere libet.

Primò quidem quid inter remedium legis diffamari, & actionem iniuriarum interſit, quia & hæc, & ex lege diffamari condictio ad Statum hominis & honorem tuendum & ſartum tectum præſtandum deſtinantur.

Secundò an ſi ex lege diffamari actum ſit, actio nihilominus iniuriarum intentari poſſit.

Tertiò vtrùm actio ad reuocationem iniuriæ ſit ciuilis, an verò criminalis.

Quartò an ex criminali iniuriarum actione Iudex ad pœnam mortis procedere, & ſententiâ ſuâ Reo ſupplicium vltimum irrogare poſſit.

Quintò quia iniuriæ actio anno præſcribitur *l. ſi non conuitij. C. de iniur.* vtrùm hoc etiam verum ſit de iniuria ſcripta, & num annus hic vtilis ſit, an verò continuus.

Sextò an is, qui nocentem de delicto aliquo infamauit, poſſit iniuriarum actione conueniri.

Quod ad primam quæſtionem attinet, tenendum eſt aliquem honoris ſui adminutionem pati vel per detractionem calumnioſam apertè & directè animo iniuriandi factam, quam ὕβριν Græci appellant. *in princ. titu. Inſtit. de iniur.* vel per diffamationem talem, quæ fit indirectè & per obliquum, in qua animus iniuriandi manifeſtè argui non poſſit. Aduerſus illam actio iniuriarum parata eſt, aduerſus hanc legis diffamari beneficium. Ita hanc differentiam tradit & multis ediſſerit. *Bartolom. Blarer. in legis diffamari repetit. in argum. eiuſd. nume. 3. & 5.* Deindè actio iniuriarum datur tantum in caſu honoris & exiſtimationis læſæ, *tot. tit. Digeſt. Cod. & Inſti.* At verò l. diffamari etiam extra diffamationum cauſſas ad alia porrigitur & extenditur, ſicut is, qui de facto moleſtatur vel veriſimiliter moleſtari timet, inde ſibi conſulere poteſt. *Abb. in c. ſi quis contra clericum, circa princ. de for. compet. Bartol. in l. ſi finita. §. Eleganter. ff. de damn. infect.* Sic qui exceptione tutus eſt, antequam conueniatur, petere poteſt, vt actori perpetuum ſilentium imponatur *Iohan. de Imol. in c. cùm ſit generale, in princ. de for. comp. Bart. Caſtren. & DD. in l. ſi contendat. ff. de fideiuſſor. cum ſimil. Blarer. d. loc. p. (mihi) 11.* Tertiò iniurians in ſuo foro conuenitur ab iniuriato *vulg. l. final. C. vbi in rem act.* At diffamans in foro diffamati, *Bartol. Blarer. in repetit. l. diffamari. cap. 4. nu. 2.* Quartò actio iniuriarum extra terminos ſuos, intellige iniurias ſiue contumelias, quàs ὕβρεις appellamus, non porrigitur, lex autem diffamari ex iuris communis diſpoſitione in omnibus actionibus tàm criminalibus, quàm ciuilibus, iiſque & perſonalibus & realibus, & tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio locum habet per ſuprà allegata, *& Blarer. in repetit. l. diffamari. cap. 1. num. 6.* Quintò in actione iniuriarum ciuiliter intentata agitur ad ſatisfactionem iniuriæ vel per reuocationem; vel per certam æſtimationem; vel per vtramque *§. In ſumma. Inſt. de iniur. Mynſing. cent. 2. obſeru. 98. num. 11.* In lege autem diffamari agitur, vt diffamans intra certum tempus actionem ſuam in iudicio diffamationis proponat, aut, ſi hoc non faciat, perpetuum ei ſilentium imponatur. *d. l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ.* Sextò ſi iniurians contumax ſit, aduerſus ipſum in contumaciam proceditur, ſicut etiam aduerſus alios, qui in iudicio contumaces eſſe ſolent in cauſſa ciuili, quòd nihil in hoc caſu in actione iniuriarum ſpecialiter prouiſum & exceptum ſit; ideoque, vt aliàs exceptio in caſibus non exceptis firmat regulam, hîc quoque regulæ ſtari oportet per vulgata. At verò ſi diffamans contumax ſit, ad binam citationem antegreſſam perpetuum ei ſilentium imponitur. *Blarer. in repetit. l. diffamar. cap. 6. nu. 22. & ſequentib.* Et hæc de prima quæſtione.

Occurrit nunc quæſtio ſecunda, An, ſi ex lege diffamari actum ſit, actio iniuriarum nihilominus intentari poſſit. Id quod in praxi aliquando conſultatum memini in cauſſa cuiuſdam Haſſiæ nobilis primarij, qui prædiũ quoddam ſuum Doctori cuidam Medicinæ vendiderat. Doctor ille inuenta quadam diſpoſitione Teſtamẽtaria, metuens ne cœlum, quod aiunt, rueret, cautionem de euictione, pro-



Digitized by Google

Vnde conſtat, actionem ex lege diffamari non abſorbere actionem iniuriarum. Id quod hiſce verbis ex profeſſo teſtatum facit. *Blarer in argum. l. diffamari* Hinc etenim, inquiens, & Iudex inuocatus pro qualitate delicti ac contumaciæ diffamatorem metu pœnæ ab iniuria reuocabit, ac pœnali etiam iudicio coercebit, & diffamato quoque, vt, quod antea non potuit, iam grauiori iudicio vt actione iniuriarum & aliis legitimis remediis contra diffamatorem hunc ſuum agere, experiri, ac vti poſſit, ſubueniri viâ apertâ intelligitur. Hæc Blarerus.

Quæſtio hinc naſcitur, an etiam actio iniuriarum & condictio ex l. diffamari, quatenus ex diuerſis cauſſis ad diuerſos fines tendunt, in vno eodemque libello cumulari poſſint. Quod etſi dubitatione omni carere videatur per communem hanc Doctorum concluſionem, quòd plures actiones in vno eodemque libello, ſi ex diuerſis cauſſis ad diuerſa agatur, nec obſtent regulæ prohibitiuæ cumulationem impedientes (quarum quidem hoc in loco nullam planè obſtare video) coniungi atque cumulari poſſint. *per text. in l. ſi idem cum eodem, & ibi communiter DD. ff. de Iuriſd. omn. iudic. c. querelam de elect. & c. 2. de cauſſ. poſſeſſ. & prop. & vtrobique gloſſ. Gail. 1. obſeru 63. num. 1. & ſeq. vbi eleganter hæc declarat Ferrariens. in form. libell. in action. Real. ad verb. Saluo iure addendi. nu. 11. Schneid. ad §. ſin minus. Inſt. de action. numer. 16. & ibidem Zaſius. num. 12.* vbi pulcerrimè hanc cumulationis actionum materiam interpretantur; Iniuriarum tamen actionem & ex lege diffamari condictionem in vno eodemque libello non aliter ego cumulari poſſe ſtatuo, quàm ſi diffamatus iniuriatusque, & diffamans atque iniurians vni eidemque foro immediatè ſubſint. Cùm enim diffamans in foro diffamati reſpondere teneatur, ratione autem iniuriæ in ſuo foro, vt loquuntur, originario conueniri debeat. *vulgat. l. fin. C. vbi in rem act.* quis non intelligit, hanc condictionis ex lege diffamari & actionis iniuriarum cumulationem in vno eodemque libello fieri non poſſe, idque ne iuriſdictiones confundantur, quod fieri non debet. *l. Nemo. C. de Iuriſ. omn. Iudic. gloſſ. ibid. in verb. auxilium. text. in c. peruenit. 11. quæſt. 1. text. in §. nulla. Authent. de defenſor. ciuitat. Guid. deciſ. 436. num. 3. quem omninò vide. Natt. conſi. 27. num. 1. & 2. volum. 2. incip. concurro. Gail. 1. obſeru. 19. num. 2. & 1. obſeru. 3. num. 6.*

Venio nunc ad quæſtionem tertiam, vtrùm actio ad Reclamationem ſiue recantationem iniuriæ auff einen Widerruff ciuilis ſit, an verò criminalis, cui diſputationi primò omnium, quod ego quidem ſciam, occaſionem dedit *Rober. Marant. de ord. Iudic. p. 4. diſt. 1. nu. 10.* vbi maioris lucis gratiâ notandum eſt, iudicium ciuile dici illud, in quo ſiue ex contractu ſit actio ſiue ex delicto, principaliter ad commodum priuatum agitur. *gloſſ. in l. 3. in princ. ſuper verb. centum aureorum. ff. de Sepulchr. violat. Marant. d. part. diſt. 1. num. 2. Hanneton. in tractat. Iudicial. prælud. Duaren. de iudic. cap. 1. & libr. 1. diſputat. anniuerſ. cap. 35. & ſeq. Iohann. Caluin. in proceſſ. iudiciar. prim. pro paraſceu. cap. 9. num. 35.* Criminale iudicium eſt, in quo pœna parti in corpus infertur, vel fiſco applicatur. *DD. allegati in prædict. loc. & Marant. vbi hanc communem eſſe atteſtatur.*

Cæterùm argumenta Marantæ hæc ſunt: Cauſſa, in qua ex delicto pœna corporalis deſcendit, criminalis eſt *Bartol. in l. fi. verſ. Quæro quomodo cognoſcam, &c. ff. de priuat. delict.* vbi cauſſam criminalem eſſe dicit, quando imponitur pœna pecuniaria applicanda fiſco, vel pœna inferenda parti in corpus, idemque *Bartol. in l. Prætor ait in princ. ff. de Sepulchr. violat.* Iam verò ſatisfactio iniuriæ pœna eſt, *Azo in Summ. de pœn. & Marant. d. diſt. 1. n. 9.* pœnam hanc corporalem eſſe hoc Syllogiſmo diſiuncto oſtendit: Si ſatisfactio iniuriæ pœna eſt, ea aut eſt pecuniaria, aut corporalis, pecuniaria non eſt, quia non eſt iuris alicuius amiſſio, corporalis igitur.

Secundum argumentum tale eſt. Cauſſa, in qua infamia irrogatur, criminalis eſt, *gloſſ. & Bald. in l. Planè. ff. de excuſat. Tutor*, vbi ſi de tutore ſuſpecto agatur, cauſſam hanc propter pœnam infamiæ criminalem eſſe affirmant, iam verò & in hac cauſſa infamia irrogatur, quòd certi iuris ſit damnatum iniuriæ, infamiâ notari

Digitized by Google

tari, *l.1 l. Athletas. §. final. l. furti. §. qui iuſſu. ff. de his, qui notant infam. & l. infamem. ff. de publ. iudic.* Actio igitur ad reuocationem iniuriæ criminalis erit, non ciuilis.

Verùm contraria ſententia, quòd nimirùm actio hæc ciuilis ſit, veriſſima eſt, vt quæ hiſce ſubſequentibus iisque firmiſſimis & planè immotis innitatur fundamentis.

Primò enim Marantam ſuo nos iugulamus gladio. Is enim *d. part. 4. diſt. 1.* veram hanc & communem concluſionem eſſe ſcribit, quòd cauſſa ciuilis dicatur illa, quando principaliter in iudicio agitur ad commodum priuatum, ſiue talis cauſſa deſcendat ex delicto ſiue ex cõtractu. Cauſſam verò criminalem eſſe aſtruit, qñ principaliter agitur ad commodum publicum, ex delicto tamen ſeu ad publicã vindictam. Hinc eſt (inquit idem Maranta) quòd, ſi aliquis ex delicto veniat puniendus corporaliter ad publicam vindictam, dicitur cauſſa criminalis, quia ex tali pœna corporali nullum commodum ſentit priuatus. Idem, ſi aliquis pro delicto veniret puniendus pœna pecuniaria. Nam ſi talis pœna applicatur fiſco, dicitur cauſſa criminalis, ſi verò applicatur parti, dicitur cauſſa ciuilis. Hactenus Maranta. Vnde ſubſumo. Satisfactio iniuriæ applicatur parti agenti. Ergo actio ad illam ſatisfactionem ciuilis eſt non criminalis. Et fiſco nihil applicatur. Ergo hæc actio criminalis non eſt, ſed ciuilis. Cui non obſtat, *quòd d. diſtinct. 1. p. 4 nu. 11. ſcribit Marant.* etiam, quando imponitur pœna mortis, nihil applicari fiſco, & tamen cauſſam dici criminalem. Verùm reſpondeo, tunc pœnam in corpus inferri, ex qua etiam parte iudicium criminale ſuprà definitum fuit. At verò hîc pœna nulla corpori infertur, vt infrà dicetur. Non igitur cauſſa hæc poteſt eſſe criminalis.

Secundò in criminalibus iudiciis tàm ad proſequendum, quàm ad defendendum crimen, Procurator interuenire prohibetur. *l. pen. §. vlt. ibique Bartol. ff. de publ. iudic.* At in iudicio reuocationis iniuriæ procurator tàm agendo, quàm defendendo admittitur, Iudicium igitur illud criminale non eſt.

Tertiò ſuprà oſtendimus, cauſſas criminales, fractæ pacis cauſsâ excepta, in Camera non recipi; Iam verò actio iniuriarum reuocatoria in Camera admittitur *Mynſing. cent. 2. obſeru. 98. Gail. 1. obſeru. 65. num. 5.* Non igitur criminalis eſt.

Quartò ſi actio iniuriarum reuocatoria criminalis eſſet, non poſſet cum ea coniungi ciuilis actio, quâ ad æſtimationem iniuriæ agitur, ſiquidem pendente cauſſa criminali ciuili, quæſtioni non ſit locus *l. 2. §. ſed etſi agant. ff. de iudic.* Iam verò cum actione reuocatoria actio, quâ ad æſtimationem iniuriæ agitur, cumulatur, idque vſu frequentare & valere libellum, in quo Actor cum reclamatione æſtimationem iniuriæ ſibi applicandam coniungit, *ſcribit Mynſing. d. obſeru. 98. numer. 10. & Gail. d. obſeru. 65. num 5.*

Deniquè ſententia hæc in Camera approbata eſt, vt in cauſſa Bernhardi Oeler contra Sebaſtianum Gültlinger / item in cauſſa Horſt contra Baman / Anno 1549. ab Aſſeſſoribus in hanc ſententiam crebriùs itum eſſe ſcribit *Mynſing. d. obſeru. 98. num. 1. Gail. d. obſeru. 65. num. 5.*

Non obſtat ratio prima. Nam qui reuocationem iniuria pœnam corporalem eſſe affirmat, eum cum ratione inſanire & in media luce cæcutire certum eſt. Erit igitur pœna hæc pecuniaria ſiue ciuilis, & famæ ſiue exiſtimationis ſuæ amiſſione iniurians mulctatur.

Neque obſtat ratio ſecunda, quia & depoſiti, & mandati, & de dolo, & aliæ quàm plurimæ actiones infamant, neque tamen quis criminales eas eſſe propterea dixerit *Mynſing. d. obſeru. 98. num. 12.*

Ad quartam nunc quæſtionem me confero, an Iudex in criminali iniuriæ actione pœnam mortis reo irrogare poſſit. Agitur autem criminaliter de iniuria quando nihil parti applicari petitur, ſed libellus ad pœnam iuris concluditur, quo caſu Iudicis arbitrio pro perſonarum dignitate & qualitate pœna irrogatur,

*l. final.*

Digitized by Google

*l. final. ff. de iniur. & ibid. glo. in verb. perſona. Marant. d. diſt. 1. nu. 9. Gail. d. obſ. 65. nu. 2.* Idcircò quæſtio hæc dependet ex ea, num Iudex in iis criminibus, in quibus pœna arbitraria irrogatur, ad capitale ſupplicium procedere.

Et primâ quidem fronte negandum videbatur, eum ad mortem procedere poſſe, idque primò propter *l. 1. ff. de fur. balnear.* vbi Vlpianus Iureconſultus fures nocturnos extra ordinem audiendos, cauſſaque cognitâ puniendos eſſe ſcribit, dum modò ſciamus, in pœna eorum operis publici temporarij modum non egrediendum.

Secundò propter *l. 1. §. Expilatores. ff. de effractor. & expilator. verb. dum modò ne quis in plebeio operis publici pœnam, vel in honeſtiore relegationis excedat.*

Tertiò propter *c. inquiſitionis negotium, 21. extra de accuſat.* vbi quæritur, quid ſtatuendum ſit, ſi contra quempiam per inquiſitionem probatum fuerit tale crimen, quod criminaliter accuſatum & conuictum deponeret. Et reſpondet Pontifex Gregorius, diſtinguendo, vtrùm ſit tale crimen, quod ordinis ſuſcepti executionem, aut retentionem beneficij etiam poſt peractam pœnitentiam impediat, puta ſi homicidium commiſiſſet, vel adeptus eſſet ordinem aut beneficium vitio Simoniæ. Quo caſu, ſicut in accuſationis iudicio, procedendum, alioqui verò, ſi aliud nimirum crimen ab iſtis duobus ſit probatum in modum inquiſitionis, quod non impediat ordinis executionem etiam poſt peractam pœnitentiam, ſecundum perſonæ merita & qualitatem exceſſus, pœnam iudicantis diſcretionem moderari poſſe.

Verùm affirmatiua ſententia ad veritatem quàm proximè accedit. Nam primò Vlpianus Iureconſultus *in l. ſunt quædam. 9. ff. de extraordinar. criminib.* ȣ̃ σκοπελισμȣ̃, id eſt, ſcopulorum inſidiis peruerſorum hominum in agris poſitorum, vt malo leto, qui agrum coluiſſent, perirent, facinus ſiue admiſſum, quod inter extraordinaria crimina, quibus certa lege pœna præſtituta non eſt, refertur, Præſides exequi ſolere grauiter ad pœnam capitis diſertè reſpondet, allata ratione hac, quòd & res ipſa mortem comminetur.

Secundò textus eſt *in l. 2. C. de iis, qui latrones. in verb. acerrima condemnatione pro arbitrio illuſtrium magiſtrorum militum ferientur.* Quæ acerrima condemnatio pro mortis pœna accipitur, quâ acrior poteſt eſſe nulla.

Tertiò textus eſt *in l. Lex Iulia. 7. §. Hodie. ff. de leg. Iul. repetundar.* vbi repetundarum crimen, quod extraordinarium eſt, capite plecti Iureconſultus affirmat.

Quartò ſententiam hanc ſuo ſuffragio comprobat *gloſ. in § in ſumma. verſic. extraordin. Inſt. de iniur.* vbi Iudicem ex ſuo arbitrio capitis pœnam, quæ pro mortis pœna, communiter exponitur, imponere poſſe affirmat, quam gloſſam ſequuntur *Bald. in c. 1. §. iniuria, in primis verbis de pac. iurament. firmand. & Bald. in l. 1. in fin. C. de his qui latron. & Bart. in l. fin. in fin. ff. vbi pupill. educari debeat, & Abb. in c. ex literis col. antepenul. & meliùs in final. colum. de conſtit. Felin. in c. cùm te. col. 2. in princ. de iud. & ibi etiam Abb. & idem Felin. in c. Inquiſitionis, in fin. illius princ: de accuſ. & in d. c. ex literis col. antepen quos omnes refert & ſequitur Marant. d. p. 4. diſt. 1. num. 43.*

Non obſtat *l. 1. ff. de furib. balnear.* Quia hîc lex ipſa certos Iudici cancellos ac limites, intra quos in pœna furibus balneariis infligenda ſeſe continere debeat, præſcribit.

Quâ ratione nec obſtat *l. 1. §. Expilatores. ff. de effractorib. & expilatorib.* quia hîc ſimiliter, vt in textu anteà allegato, lex Iudicis poteſtatem in puniendis effractoribus & explicatoribus non infinitè vagari ſinit, ſed certis ſuis circumſcribit finibus.

Similiter nec obſtat *c. inquiſitionis negocium 21. extra de accuſat.* Nam hîc moderatio pœnæ Iudici mandatur, quod verbum non exaſperationem, ſed pœnæ diminutionem, vt loquitur gloſſ. hîc, manifeſtè continet. Vnde etiam facilè intelligitur, mirum non eſſe, ſi propter moderationem & mitigationem pœnæ expreſ-

Digitized by Google

expreſſis diſertisque verbis in reſcripto appoſitam Iudex ad mortem vſque procedere poſſit. Accedit, quòd Pontifex *in d. c. inquiſitionis* nominatim de inquiſitione agat. Iure autem Canonico quando per viam inquiſitionis agitur, delictum mitiori pœnâ arbitrariâ nimirum non ordinaria punitur, *ſecundum Abb. in c. Inquiſitionis. col. 1. in c. Qualiter & quando. col. 5. de accuſat.* quod tamen de iure ciuili ſecus ſe habet, quo par pœna imponitur, ſiue per viam accuſationis ſiue per viam inquiſitionis procedatur, *ſecundum Abb. in d. c. Inquiſitionis.*

Ex quibus omnibus nullo negocio efficitur, Iudicem in arbitrarijs criminibus ad mortis vſque pœnam ſententiam ſuam porrigere poſſe, modò delicta illa extraordinaria, in quibus pœna Iudicantis arbitrio reſeruatur atque permittitur, perfecta ſint & conſummata, quoniam ipſum τὸ ἐπιχείρημα ſiue conatum ad abſolutum perfectumque effectum nondum omninò deductum mitiùs effectu ipſo puniri generali totius terrarum orbis conſuetudine receptum eſt, *ſicut DD. ad l. 1. §. 1. in fin. vbi clariſſima verba hæc ſunt, quid enim offuit conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum. ff. Quod quiſq; Iur. in ali. communiter annotârunt*, modò etiam delictum, conſideratis diligenter ipſius circumſtantiis, animiq; trutinâ, quo ad eius fieri potuit, accuratiſſimè expenſis, tantam ſui & indignitatem & atrocitatem conſpiciendam exhibeat, vt mortis pœnam promereatur? Cuius limitationis *Marant. d. par. 4. diſt. 1. num. 55.* hoc affert exemplum; ſi quis officiali alapam infligat, iniuriam hanc, conſideratâ perſonæ, quæ iniuriam iſtam accepit, dignitate atrociſſimam meritò iudicari oportere, & iudicem eo in facto mortis pœnam imponere poſſe, modò etiam conſuetudo vel ſtatutum loci alicuius in arbitrariis Iudicem ad pœnam mortis arbitrium ſuum extendere non vetet, modò denique arbitrium detur Iudici in pœnis à iure expreſſis, prout eſt in actione iniuriarum, in qua ſtatuta eſt pœna corporalis vel pecuniaria, *d. §. in ſumma. Inſt. de iniur. & l. fi. ff. eod. tit. l. Pedius. §. 1. ff. de incend. ruin. naufr.* Tunc enim Iudicem propter iniuriæ enormitatem arbitrio ſuo ad mortem procedere poſſe, diſertè ſcribit *Marant. d. loc. num. 56.*

Hinc non difficile eſt intelligere & concludere, ſi quis criminaliter iniuriæ reus agatur, eamque indigniſſima circumſtantiæ alicuius atrocitas quædam exaſperet, Iudicem aduerſus eum ad mortis vſque pœnam procedere poſſe. Cui concluſioni magnum robur firmamentumque adijcit, quòd, ſicut in cæteris criminalibus iudiciis, vbi pœna relegatione maior irroganda venit, procurator interuenire prohibetur, *l. pen. §. ad crimen, & ibi Bart. & Doct. ff. de public. Iudic. Iul. Clar. 5. ſent. §. vlt. quæſt. 32.* ita in criminali quoque iniuriarum actione, niſi illuſtres viri cauſſam iniuriarum ſuſceperint vel mouerint, procuratorem interuenire poſſe neget Imperator Zeno *in l. fi. C. de iniur.* Quod fruſtra fieret, niſi vel ad deportationem, vel vlteriùs ad ipſam etiam mortem in criminali iniuriarum cauſſa pro circumſtantiarum ratione Iudex procedere poſſet, nec Iudicis omninò arbitrio res illa permitteretur, *d. l. fin. ff. de iniur. & ſæpè d. §. in ſumma inſtit. eod. tit.* Quam in ſententiam notabiliter admodum ſcribit *Bal. in l. eos. § ſuper his. verſ. extra quaro. C. de appell.* ad dicendum, cauſſam aliquam eſſe capitalem conſiderari ſolam aptitudinem, ſcilicet ſi cauſſa ſit talis, in qua pœna Iudicis arbitrio imponatur, quam Iudex rerum perſonarumque circumſtantiis & meritis ponderatis augere poteſt.

Ad quæſtionem quintam tempus monet vt deſcendamus. Etſi verò de iuris veritate dicendum potiùs videbatur, iniuriam quoque ſcriptam anno præſcribi, quòd & ipſa verbalis ſit, *l. Lex Cornelia. §. ſi quis librum. ff. de iniur. & l. apud Labeonem. §. Conuicium ff. eod. tit. Gail. 2. obſeru. 104. num. 1.* certum autem ſit iniuriam verbalem anno præſcribi, *l. ſi non conuicii. C. de iniur.* contraria tamen ſententia, ex hac ratione, quòd iniuria ſcripta ſit perpetua, ſemper maneat, & ſemper loquatur, quàm conſiderat *Zaſ. in l. cùm lex. num. 4. ff. de legib. per l. Arriani. C. de hæretic. & l. Quadam. §.*

numu-

nummularios. ff. de edend. ibi; quarum probatio ſcriptura continetur, in Camera obſeruatur, & inſtar realium iniuriarum perpetua cenſetur, ſicut atteſtatur *Gail. d. obſeruat. 104. num. 4.* vbi in cauſſa Pauli Wöbeſere / contra Georgium Wrangel / 25. Septembris Anno 67. ita concluſum eſſe ſcribit. Et in verbalium iniuriarum actione annum à tempore ſcientiæ currere proindeq; vtilem eſſe eleganter probat *Gail. 2. obſer. 105. nu. 4. & ſeq.* quò lectorem remitto, vbi & hanc ſententiam in Camera Imperiali receptam eſſe ſcribit. Idem atteſtatur Aſſeſſor quondam ille Imperialis Cameræ in ſuis obſeruationibus Cameralib. Anno 98 Francofurti ad Mœnum excuſis *obſeru. 31.* vbi in cauſſa Lindaw contra Lindaw Rücker belangend / in Camera in pleno ſenatu Anno 1562. in Septemb. deciſum fuiſſe ſcribit, quòd annus in actione iniuriarum à tempore ſcientiæ currere debeat, ſicut & concluſum, quòd in poſterum ſemper debeat attendi tempus ſcientiæ, & non iniuriæ illatæ. Iuramentum tamen parti alleganti ignorantiam iniungitur, vt ſcilicet iuret, ſi ab aduerſario ſcientia in puncto deuolutionis non fuerit probata *Gail. d. obſeru. 10. num. 7.* ſicut autem aliàs ad fundandam iuriſdictionem Iudicis & obtinendos proceſſus nudis ſupplicantis narratis ſtatur, vt ſuprà docuimus; ſic hic quoque ad obtinendam citationem in Camera ſola ignorantiæ allegatio ſufficit, cæteris tamen paribus, donec contrarium, per citatum in puncto deuolutionis probetur. *Gail. d. obſeru. 105. num. 5. circa fin.*

Aggredior tandem ad quæſtionem ſextam, an is, qui nocentem de delicto aliquo infamauit, poſſit iniuriarum actione conueniri. Quamuis autem præſtantiſſimi eximiæq; autoritatis interpretes *Oldrad. conſ. 53. per tot. incip. conſueuit dubitari. Cyn. in l. ſi non conuicii. C. de iniur. num. 13. Panorm. in c. cum te à B. num. 26. de re iudic. Alexand. in l. etſi pepercerit. num. 6. ff. de liber. & poſthum. vbi communem dicit Iohann. Andr. ad Spec. in rubric. de iniur. in princip. Roman. conſi. 96. per tot. incip. ſuper eo. Iul. Clar. lib. 5. §. iniuria num. 15. addit. ad deciſ. Tholoſ. 127. latiſſimè Didac. Couar. variar. reſolut. li. 1. cap. 11. num. 6. Gail. 2. obſeruat. 99. num. 6.* communi calculo atque ſuffragio eam amplexi ſint ſententiam, vt diſtinguendum putauerint, quòd nocens aut de delicto, quod Reip. ſcire expediat, aut quod illius ſcire non interſit, fuerit infamatus, priori caſu actionem iniuriarum ceſſare, poſteriori autem intentari eam poſſe affirmantes; ego tamen huiuſmodi diſtinctione minimè adhibita eum, qui nocentem infamauit, iniuriarum non teneri exiſtimo. Nam generaliter & indiſtinctè loquuntur Imperatores Diocletian. & Maxim. *in l. ſi non conuicii. C. de iniur.* vbi, ſi non conuitij conſilio, inquiunt, te aliquid iniurioſum dixiſſe probare potes, fides veri à calumnia te defendit. Generaliter etiam loquitur Paulus Iureconſultus *in l. eum qui nocentem. 18. in princ. ff. de iniur.* cùm eum, qui nocentem infamauit, non eſſe bonum & æquum eam ob rem condemnari, peccata enim nocentium nota eſſe & oportere & expedire conceptis verbis affirmat. Generaliter à Iureconſulto pronuntiatur, eum, qui nocenti delictum commiſſum obiecit, ab actione iniuriarum immunem eſſe. Generalis itidem illius pronunciationis ratio affertur hæc, quòd peccata nocentium nota eſſe oporteat. Non diſtinguitur, vtrùm peccata iſta ſcire Reip. expediat, an verò minùs. Quid igitur impediet, quò minùs generale reſponſum generali fultum atque ſtabilitum rationis in iſta ſua laxa generaliq; interpretatione ſartum permanere tectum patiamur, præſertim cùm ex vulgata *l. de precio. ff. de Publician. in Rem act.* ſatis ſuperq; notum ſit, vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere oportere? Et ecquod, quæſo te per Deum immortalem, delictum non expedit, notum eſſe Magiſtratui bono grauiq; præſidi, qui curare ſolliciteq; agere debet, modò eam, quam adminiſtrat, prouinciam pacatam atque quietam eſſe velit, pro eo ac muneris ipſius & officij dignitas poſtulat, vt malis hominibus prouincia careat, ſicut elegans textus eſt *in l. congruit. 13. ff. de offic. Præſid.* Cùm enim maleficia impunita eſſe non oporteat, quemadmodum Iulianus Iureconſultus loquitur *in l. ita vulne-*



Digitized by Google

*ratus 51. in princ. circa fin. ff. ad l. Aquil.* tantùm abeſt, vt is qui nocentem infamauit, iniuriæ reus peragi debeat, vt etiam detegendo benè facere videatur.

Atque vt pleniùs illud ipſum demonſtrando, progreſſurus ſecundum eum, qui in Pandectis eſt propoſitus, ordinem, à priuatis delictis, inter quæ furti crimen primum ſibi locum vendicat, initium faciam, an non boni Præſidis eſt fures conquirere, & ex prouinciis illos exterminare, *d. l. conquit. ff. de offic. Præſid*? Eos certè, qui arbores furtim cæcidiſſe conuincuntur, iura tantopere deteſtantur, *vt & l. Aquilia, & ex 12. tabul.* actionem ex ſententia Trebatij Iudicem in poſteriori deducere oportere id, quod ex prima actor conſecutus ſit, & ex reliquo condemnare oportere exiſtimantis, actionem ſuppeditent *l. 1. ff. arbor. furt. Cæſar.* & ſciendum prætereà ſit, eos, qui arbores & maximè vites cæciderint, etiam tanquam latrones puniri de ſententia Gaij Iureconſulti *in l. 2. ff. eod. ti.* violenti bonorum alicuius raptores tanquam fures improbiores, vt appellantur *In princ. Inſt. de vi. bon. raptor. & l. 2. §. 7. ff. eod. ti.* vi bonorum raptorum actione intra annũ quadrupli, poſt annum ſimpli tenentur. *tot. tit. Inſtit. Digeſt. & Cod. de vi bonor. rapt.* quòd argumentum haud obſcurum præbet, hoc quoque delictum notum eſſe publicè priuatimque magnoperè expedire. Taceo iam eos, qui ex incendio, ruina, naufragio, rateque expugnata res aliquas eripuerunt, qui de iis intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum tenentur. *l. 1. & tot. tit. ff. de incend. ruin. naufr. rat. nau. expugn.* Quorum itidem malitiam reuelari neceſſarium admodum eſſe quis niſi emotæ prorſus mentis homo inficiabitur? Homines, qui alteri iniuriam feciſſe conuincuntur, tàm acerbo iura noſtra odio proſequuntur, vt & ciuiliter & criminaliter, ſicut in præcedentibus dictum eſt, eos conueniendi facultatem largiantur, iniuriarumque damnatis inſuper ignominiæ & infamiæ notam Prætor edicto ſuo, quod eſt de infamibus, inurat. *l. 1. & l. 4. §. fin. verb. iniuriarum. ff. de his qui notant infam.* Sanè qui famoſos libellos componunt, diuulgant, aut in diuulgandis iis operam ſuam nauant, quod ad eos etiam non minima ex parte pertinet, qui non ſtatim eaſdem chartulas inuentas vel corruperint, vel igne conſumpſerint, ſed vim earum manifeſtauerint, eos Imperatores Valentinianus & Valens capitali ſubiugandos eſſe ſententię reſcripſerunt *in l. vnic. C. de famoſ. libell. & Carolus V. Imper.* eos pœna illius criminis, quòd in famoſis huiuſmodi ſcripturis ſycophantæ iſti & calumniatores aliis impingere conati ſunt, afficiendos eſſe ſalutariter *edixit* in ſeiner peinlichen Halßgerichts Ordnung *artic. 110.* Vt vel hinc etiam ſatis manifeſtum perſpicuumque euadat, calumniatores huiuſmodi notos eſſe non parum expedire. Extraordinariorum quoque criminum Reos ſepulcrorum violatores, qui præter alia infamiâ notantur. *l. 1. ff. de ſepulcr. violat.* Concuſſores, qui aliquando legis Corneliæ pœna teneri, iubentur *l. 2. ff. de concuſſio.* abigeos, qui, cùm duriſſimè puniuntur, ſicut Diuus Hadrianus Proconſuli Beticæ reſcripſit, ad gladium damnari ſolent *l. 1. in princ. ff. de abig.* hodiè autem, quoniam fures ſunt. *l. 2. ff. eod. tit.* exemplo reliquorum furum, plerunque ex conſtitutione Friderici Imperatoris puniuntur, Præuaricatores, qui in cauſſa publici Iudicij præuaricationis ſuæ conuicti infames eſſe iubentur. *l. 4. ff. de Præuaric.* Receptatores, quos perindè puniri oportere, atque eos, quos receperint, conſtat *ex l. 1. ff. de Receptator.* Quod etiam in Receptatoribus eorum, qui fractæ pacis crimen admiſiſſe probabuntur, ex conſtitutionibus Imperij obtinet, effractores, qui carcere effracto euaſerunt, quos vltimo ſupplicio afficiendos eſſe Diui fratres Aemilio Tironi reſcripſerunt. *l. 1. in princ. ff. de effractorib. & expilatorib.* Stellionatus Reos, quos Prætor infamia notat. *l. Quid ergo. ff. de his qui notant. infam. non obſtante. l. 2. ff. Stellionat.* vbi Vlpianus Iureconſultus Stellionatus iudicium famoſum non eſſe reſpondet, quia id verùm eſt, ſi per ſe & ex ſua natura conſideretur, ſecus ſi quis eo crimine ob ſuum dolum condemnatus fuerit, vel vt Cuiacio placet *libr. 10. obſeru. 26.* ſi Stellionatus crimen fuerit coniunctum cum tali delicto, quod infa-

miam

Digitized by Google

miam per ſeſe importet, famoſum illud erit, ſin verò ſecus, non item termino-rum deniq; auulſorum reos, quos variè pro ratione circumſtantiarum puniri *ex tot.tit.ff.de termin.mot.* conſtat, illos inquam extraordinariorum criminum Reos, ſepulchrorum violatores, Concuſſores, Abigeos, Præuaricatores, Receptatores, Stellionatus reos, terminorumque euulſores ſi notos eſſe non expedit cùm propter delictorum magnitudinem, tùm verò etiam propter pœnarum, quas conſtitutas iis eſſe diximus aſperitatem, quid aliud dic amabò te mihi expedierit tàm priuatim quàm publicè notum eſſe, ſi hoc non eſt? Quod quidem ſi de priuatis delictis verum eſt, vt ſanè verum eſſe hactenus demonſtraui, multò magis id de delictis iis, quæ publicis vindicantur iudiciis, verum eſſe pronunciabitur. Quoniã enim crimen læſæ Maieſtatis *l. Iul. Maieſtatis*, adulterium *l. Iuliæ de adulteriis* homicidium & veneficium *l. Cornelia de Sicariis & Veneficiis*, parricidium *l. Pompeia, de parricidiis*, peculatus *l. Iulia peculatus* teſtamenta falſa *l. Cornelia de falſis*, vis priuata *l. Iulia de vi priuata*, vis publica *l. Iulia de vi publica*, crimen ambitus *l. Iulia ambitus*, repetundarum crimen *l. Iulia repetundarum*, annonæ flagellatæ crimen *l. Iulia de annona, l.1.ff.de publ.iudi.* vindicantur, & quàm graues iis criminibus pœnas iura præſtituerint, tùm ex toto libro 47. Digeſtorum, tùm ex libro 9. Codicis, tùm verò etiam ex criminali Caroli V. Imperatoris conſtitutione apparet, qui crimina huiuſmodi nota eſſe oportere negauerit, eum in clariſſima quoque meridiei luce ſolem exortum eſſe negaturum omni equidem contentione aſſeuerare auſim.

Faceſſat igitur ex ſchola Theorica vulgaris illa Doctorum diſtinctio, quòd quædam crimina publicè nota eſſe, expediat, cùm ſingula & vniuerſa & priuatim vnicuique ad ius ſuum perſequendum, & Magiſtratui ad purgendas malis hominibus prouincias delictorumque animaduerſionem cognita & in aperto poſita eſſe oportere ex iis, quæ in medium à me allata ſunt, luce meridiana clariùs conſtet, neque fundamento aliquo Iuris inſigni & manifeſto affirmantium eum, qui nocentem infamauit, actione iniuriarium conueniri poſſe ſententia innitatur. Tantiſper igitur negatiua Imperatorum *in d. l. ſi non conuitij & Pauli Iureconſulti in d.l.18.ff.de iniur.* clariſſimis generaliſſimisque verbis concepta & propoſita doctrina palmam feret, & iuſtitiæ trophæis decora triumphum aget, dum ſententiam ſuam diuerſum à nobis ſentientes perſpicuis parumque ambiguis Iuris iuſtinianæi textibus demonſtrauerint, idque vel ideò potiſſimùm, quòd affirmanti non autem neganti intentionis ſuæ incumbat probatio per familiariſſimum textum *in l.2.ibique DD.ff.de probationib.*

Quòd autem Prætor generaliter edicit his verbis: Ne quid infamandi cauſſa fiat; ſi quis aduerſus ea fecerit, pro vt quæque res erit animaduertam *l. item apud Labeonem 15. §. Ait Prætor 20. ff. de iniur.* & Vlpianus Iureconſultus ſcribit, hoc edicto ſuo generaliter vetuiſſe Prætorem quid ad infamiam alicuius fieri, & proindè, quodcunque quis fecerit vel dixerit, vt aliquem infamaret, actionem iniuriarum futuram, vnde omnem in genere etiam ipſius nocentis infamationem prohibitam eſſe, eoque nomine iniuriarum actionem ipſum habiturum colligi poſſe videatur, id noſtræ nihil officit ſententiæ. Generaliter enim ita eum à Prætore, tùm ab Vlpiano dictum, infamandi cauſſa nihil fieri oportere, proptereaque iniuriarum actionem exiſtere, *in d.l.15. §.21.* limitatur in his verbis, cum, hæc autem ferè ſunt, inquit Iureconſultus, quæ ad infamiam alicuius fiunt, vt puta ſi ad inuidiam alicuius veſte lugubri vtitur, aut ſqualida; aut ſi barbam demittat, vel capillos ſubmittat, aut ſi carmen cõſcribat vel proponat vel cantet aliquod, quod pudorem alicuius lædat. Hîc enim de infamatione nocentis verbum prorſus nullum, & quomodo pudor nocentis lædi aut ſuggillari poteſt, cuius limites delinquendo ipſe tranſiliit, frontemque iam pridem ſuam perfricuit? Et vt ad generalis dicti limitationem & reſtrictionem nihil quicquam deeſſet, Paulus Iure-

R 2 conſul-

Digitized by Google

conſultus *in l. 18. ff. eod. tit.* nocentis infamationem iniuriarum actionem parere diſertè negat. Vnde coniecturam minimè dubiam facio, argumentumque duco firmiſſimum, quòd generale Prætoris edictum illud, in quo infamatio in genere prohibetur, *in d. l. 15.* propoſitum non de nocentis, verùm de innocentis diffamatione interpretari debeamus.

Neque verò putandum eſt, hac ratione faces alicui & arma ad delinquendum à nobis præferri, atque adeò ad diffamationes iniuriasque feneſtram maleuolis hominibus calumniatoribus nimirùm & ſycophantis patefieri. Quia namq; diffamationes innocentium lege permittente fiunt, vt & rationibus & textib. probaui, & quanam ratione ad delinquendum poterit aliquis à nobis hac noſtra inſtigari ſententia? Maximè cùm is qui iure publico vtitur, non videatur iniuriæ faciendæ cauſſa hoc facere. Iuris enim executio non habet iniuriam *d. l. 13. §. 1. ff. de iniur.* Etſi ea, quæ iure poteſtatis à Magiſtratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent *d. l. 13. §. 6. & l. Quod Reipublicæ. 33. ff. de iniur.* neque iniuriarum actione tenebitur, qui autoritate legis diffamationem huiuſmodi permittentis diffamare aliquem attentauerit, quòd iſtic publica Magiſtratus autoritas, hîc verò lex ipſa permiſſu ſuo præſumtam auertat calumniam.

Quibus omnibus εἰς ἑκάτερον ita diſputatis Pauli Iureconſulti *in d. l. 18. & Imperatorum in d. l. ſi non conuicij. C. de iniur.* ſententiam generatim abſque omni prorſus diſtinctione conceptam generatim interpretandam eſſe ἀναμφισβητήτως concludo ſed ita tamen vt conuicij conſilium abeſſe debeat. *d. l. ſi non conuicij.* Et hoc ſenſu accipio, quod Mynſingerus ſcribit *cent 4. obſeru. 4.* veritatem conuicij prolatam per libellum famoſum non excuſare, ſicut etiam ad eundem modum præiudicium Camerale ab eo *nu. 2. d. obſeru. 4.* allegatum interpretor. Vide omninò ibi Mynſingerum, qui quo ad hanc præſentem limitationem animaduerſione digniſſima affert. Accedit quodammodò *Gail. d. obſeru. 99. num. 4.*

Verùm quamuis hæc ita theoricè diſputando aſſeri mihi poſſe videantur, in praxi tamen à ſuprà tradita diſtinctione vtpotè communiter recepta minimè recedendum eſſe iudico præſertim cùm ſecundum eandem in Camera iudicatum eſſe atteſtetur. *Gail. 2. obſeru. 99. in fin.*

## LXXIV.

## SVPPLICATIO SVPER DENVNCIATIONE LITIS AVTORI FACIENDA PROPTER EVICTIONEM.

Wolgeborner / ꝛc. Demnach in Sachen ſich haltend zwiſchen N. vermeynten Klägern eins / vnd weyland N. ſeligen Wittib vnd Erben vermeyntlich beklagten anders Theils / biſzher etlicher maſſen procediert vnd ſo weit verfahren / daſz zu Recht geſetzt will werdē / ob der Gegentheil vermeynte newe Klag angezogener maſſen gnugſam bewieſen / oder die eynkommen defenſional vnd peremptorial Artickel / ad probandum zuvor zuzulaſſen ſind. Damit dann Anwalds Principaln alles vnnd jedes / was jhnen vermög der Rechten gebürt / vnnd müglich hierinn / auch vermöge angeregter Rechten zuzulaſſen / derſelben biſz zu endlichem Vrtheil berürte Rechtfertigung jhren Anhörern / vnd Verkäuffern der ſtreittigen Gülden zuverkündigen vñ denunciern: So iſt demnach Anwalds vnterthänig Bitt / E. G. wöllen gedachtem

tem ſeinem Principaln vor weiterer Handlung wider N. N. als ehegenannten ſeiner Principaln Authorn Verkäuffern/ vnd derſelben Erben vnd Nachkommen ein Ladung ſuper denunciatione litis ſeu cautione gnädiglich zuerkennen vnd mittheilen/ mit Erſtattung ſo bald die erkañt exequiert/ reproduciert/ als dann auff Gegentheil Anwald jüngſten gehalten Receß/ wie ſich gebürt zuvolführen/ E. G. hoch Adelich/ ꝛc.

Iſt erkännt/ ꝛc.

Dixi de hac litis denunciatione, *ad num. 42.*

## LXXV.

# SVPPLICATIO PRO CITAtione, wider eine Statt/ die vnverſchulder Sachen peinlich gemartert.

WOlgeborner/ ꝛc. E. G. bringt die arme Fraw/ N. demütiglich klagend für/ wiewol in gemeinen geſchriebenen Rechten/ auch deß heyligen Römiſchen Reichs Satz vnnd Ordnungen/ heylſamlich geordnet vnnd verſehen/ auch in Peen darinn vermeldt/ hoch verbotten/ daß niemands was Stands oder Weſens der ſey/ den andern vnerfolgts Rechtens/ eygens Gewalts vnd wider Recht vergewaltigen/ beleydigen/ noch an ſeinem Leibe vnd Leben beſchädigen/ verletzen/ oder auch einige Schmach vnnd Schaden mit Worten oder Wercken zu fügen/ viel weniger [a] ohne vorgehende beweißliche Indicio vnnd zu Recht gnugſam Anzeigung vnd Verhörung oder diffamatien torquiern/ oder peinigen laſſen ſoll. Wiewol auch gantz ohne/ daß gemelte N. jhr Lebenlang je vnd allwegen nie anders dann für vnbeſchreyt/ vnverleumbt/ vnd fromme Fraw geachtet vnnd gehalten/ noch einiger böſen Thaten oder verbotten vnziemlich Handlung oder Laſter beziegen/ vnd mit Recht vberwunden worden/ ſo ſind doch/ ꝛc. Hic narrandum factum eiuſq; circumſtantiæ. Dieweil dann gnädiger Herr erzehlte gewaltſame Handlung an der armen Frawen gantz freuentlicher Weiß begangen/ nit allein gemeinen geſchriebenen Rechten/ vnnd deß heyligen Reichs Ordnung/ ſonder auch aller erbar Billigkeit vnd guten Sitten Menſchlicher Barmhertzigkeit hoch zugegen/ vnnd obgedachte B. vnd N. vmb jhr zugefügte Schand/ Schmertzen vnd Schaden/ zu klagen zu Rechtlicher Hülff zubegerẽ zum höchſten gedrungen wird/ vnd dann ermelte N. vnd Rhat dem heyligen Reich ohne Mittel vnterworffen/ vnd derwegen E. G. an ſtatt Rö. Keyſ. Maj. jr ordentlicher Richter ſeyn: So gelangt demnach an E. G. vielgenannter Frawen gantz demütig Bitt/ die wöllen vmb Gottes vnnd der Gerech-



Digitized by Google

tigkeit willen / jhr wider gedachte B. vnnd N. zu Proſequierung vnnd Rechtfertigung oberzehlter gewaltſamer Handlung vnnd zugefügtes Schadens vnd Nachtheils/Ladung/in gewöhnlicher beſter Form/gnädiglich erkennen/vnd obangeregten gezwungen Eyd vnd Verſchreibung (dardurch jhr doch das Recht außtrücklich nicht verſtrickt/ ſonder allein ſich auß der Statt N. zuthun/verbotten) von Rechts wegen für nichtig vnd vnbündig achten wöllen / vnd ſie an jhren rechtlichen Fürnemmen vnd Klagen dardurch verhindert werden ſolt / vnd doch aber in quolibet inferiori Iuramenro maieſtas Imperatoria außgeſchloſſen / vnnd dann E.G. Keyſ.Maj.im heyligen Römiſchen Reich repræſentieren/ſo iſt weiters der armen Frawen demütig Bitt/ E.G. wöllen ſolchen abgenötigten Eyd / vnnd vermeynte nichtiger Weiß vber ſich gegeben Verſchreibung/in dieſem Fall quo ad effectum agendi, jhr der Frawen relaxieren / vnd folgends der gebetten Ladung/ oder was ſonſt nach geſtalt vnd Gelegenheit erzehlter Handlung/von Rechts vnd Billigkeit wegen zu gutem mitgetheilt vnd gebetten werden mag/gnädiglich erkennen/E. G.hoch Adelich Richterlich Ampt hierinn dienſtlich/ beſter Form/ wie ſolchs geſchehen kan oder mag/ demütiglich anruffend/auch vbergibt die Fraw ein Vrkund jhrer Armut/vnnd bitt ſich zum Eyd der Armut gnädiglich zuverhelffen/ E.G.abermals anruffend/ꝛc.

Iſt Ladung erkännt/vnd zum Eyd der Armut zugelaſſen.

• Ohne vorgehend Indicio] Tortura inferri minimè poteſt non præcedentibus legitimis indiciis, *l.1.l.Maritus.l.Quæſtionis habendæ.l.vnius.§.in ea cauſſa,& l.fi. ff. de Quæſt.l.Milites.§.oportet,& l. cùm cognitionaliter.C.eod.& c.cùm in contemplatione, & ibi gloſſ.in verb. quæſtionibus,extra de reg.Iur.* Idcircò Iudex, qui indebitè aliquem torquet & non præcedentibus legitimis indiciis, tenetur in Syndicatu, & puniendus eſt. Proſp.Farinac.*in Theor.& prax.crimin.quæſt.137.nu.111.& ſeqq.* vbi prolixè & eleganter hanc materiam, & qua pœna talis Iudex affici debeat, declarat, quem ibi videre licet.

## LXXVI.

## PROTESTATIO ET APPELLATIO VEL A PRINCIPE MALE INFORMATO AD MELIVS INFORMANDVM CONTRA impetratum Cæſarem reſcriptum à tempore inſinuationis, intra decem dies.

VOR euch Herrn Notario vnnd dieſem gegenwärtigen Gezeugen zu dieſer hernach beſtimbter Sachen inſonderheit erfordert vnnd beruffen / erſcheine ich N. als Geſander eins erbarn Rhats der Statt N. in Krafft meins derohalb inſonderheit empfangenen Befelchs vnd Abfertigung / mit Erbietung

bietung darüber auch Caution zuthun/ wie ich dann hiemit gegenwär- tig thun/ zu Bekräfftigung dieſer meiner Handlung/ von gedachtem meinem Herrn deßhalben beſondern Gewalt cum ratificatione fürzu- legen/ in Willen vnd Meynung/ von hernachbemelter Keyſ. Reſcript vnd Indult/ oder wie es ſonſt ſoll genannt werden/ in beſter Form deß Rechtens zu prouociern/ appelliern/ vnd proteſtiern. Sage alſo/ vnd bringe für/ ꝛc. Hic iam rationes grauaminis deducendæ erunt, &c. Die- weil dañ vielgedachten meinen Herrn/ von N. in ſolchen Sachen jnen zu- rück/ vnd vnwiſſend/ Veränderung auß vielen treffenlichẽ beweglichen Vrſachen/ vnd ſonderlich von wegen der nachtheiligen Conſequentz/ ſo jhnen herauß wider alt Herkommen erfolgen/ vnnd damit auch jhre ſi- cherliche erlangte Freyheiten vnd Begnadigung mercklich geſchwächt vnd geringert werden wöllen/ darumb ſolchen jetzigen vnd künfftigen/ noch weiter darauß erfolgten vnd beſorgten Beſchwerungen/ durch ge- bürliche Mittel vnd Weg der Recht zubegegnen/ ſo proteſtier vnnd be- zeuge ich hiemit in beſter beſtändigſter Form der Rechten/ von der Nich- tig vnd Vnwürdigkeit ſolchen vermeynten Keyſerlichen Reſcripts/[a] mit Verſchweigung der eygentlichen Warheit/ außbracht/ daß meine Herrn Principaln/ auß Vrſachen/ zum Theil hieroben angeregt/ vnnd ſonſt mit der Zeit weiters darzuthun/ in daſſelb nicht können/ wöllen/ oder wiſſen zuwilligen/ gantz vngezweiffelt/ wo die Keyſerliche Majeſtat ob- erzehlter Gelegenheit gründlich bericht/ daß ſie zu ſolchem Reſcript/ vnd ſonderlich vngehört eins ehrſamen Rhats/ zu berürter nachtheiligen Veränderung mit nichten zubewegen geweſt weren. Vnd dieweil dann auch die Recht vnd deren Lehrer ſolchs Falls à principe malè informa- to ad melius informandum zu prouociern vnnd appelliern/ oder je zum wenigſten die Nichtigkeit vnd Beſchwerden dieſer vnd dergleichen vbel außbrachten Reſcripten vor jhrer Keyſ. Majeſt. höchſtem Gericht im Reich/ wie ſich gebürt/ außzuführen zugeben/ vnd dann die Zeit der ze- hen Tag von hieobbeſtimbter Inſinuation noch nicht herumb/ ſo beruff vnd appellier ich hiemit in omnem euentum zu beſſerem vnnd beſtändi- gem Bericht der Sachen ſalua nullitate, an vnd für jhr Keyſ. Majeſt. oder jhrer Maj. hochlöblich Cammergericht im Reich/ bitt auch Herrn Notarij notturfftigliche Teſtimonial/ vnnd darüber ein oder mehr In- ſtrumenta/ zum erſten/ andern/ dritten/ mit höchſtem Fleiß/ wie das von Recht vnd Gewonheit wegen ſeyn ſoll/ kan oder mag/ befilch vnd vnter- wirff hiemit meine Herrn vnd mich jhrer Keyſerl. Majeſtat Schutz vnd Schirm/ mit Vorbehaltung die Appellation zu mindern/ mehren/ ändern/ zu vnd abzuthun/ auch ſonſt aller anderer Be- helff vnnd Gutthat der Rech- ten.



Digitized by Google

## LXXVII.

# SVPPLICATIO CONTRA INSINVATA MANDATA ET PRIVILEGIA CÆSAREA AD PRINCIPEM MELIVS informandum.

Wolgeborner/ ꝛc. Dem hochwürdigen N. meinem gnädigen Herꝛn/ ſind N. Tag im Monat N. daſelbſt zu Worms etlich bloß Copeyen/ vnangezeigt einiger Originalien/ etlicher vermeynten Priuilegien/ Mandaten vnd Befelchsbrieff/ ſo jhrer F.G. zurück vnd ſchädlichen Nachtheil von der Rö. Key. vnd Kön. Maj. vnſerm allergnädigſten Herꝛn/ auff vngleichen Bericht vnnd vnbeſtändig Angeben/ der ehrwürdigen N. außgangen ſeyn ſollen/ durch ein vnbekannten vnd angegebnen Notarien/ vermeynter Weiß inſinuiert vnd verkünd worden. Deren ſich dann hochgedachter Fürſt/ wo die alſo in Originaln verhanden vnd außgangen weren/ auß dapffern gegründten vnd rechtmäſſigen Vrſachen zum höchſten beſchwert befinden/ vnd darumb auch in omnem euentum, zu Abtreibung aller ſolcher befundener vnnd noch weiter beſorgender Beſchwerung/ vnd darneben auch zu Erhaltung jhrer F.G. vnd deren Stifft habenden/ vnd von Alters herbrachten Herꝛlich vnnd Gerechtigkeiten/ auß Zulaſſung der Rechten/ an hochermelte Keyſ. Maj. vnd dero hochlöblich Cammergericht/ ſie mit aller notturfftigen Außführung der Sachen/ vnd deren Vmbſtänden/ eins beſſern Grunds zuberichtẽ (doch vorbehältlich der Nichtigkeit ſolcher vermeynten vbel außbrachten Reſcript/ vnnd deren Verkündigung) nach Innhalts beygelegten/ mit ſampt auſcultierten Copeyen/ darüber auffgerichts Inſtruments/ wie ſich gebürt/ beruffen vnd appelliert. Darumb in Meynung ſolche Beſchwerden vnd Nichtigkeit allhie vor E.Gn. vnd dieſes Keyſ. Cammergerichts/ ſampt vnnd ſonders der Gebür rechtlich außzuführen/ ſo iſt an E.Gn. im Namen hochermelts meines gnädigen Herꝛn/ in Krafft meins habenden Gewalts/ mein vnterthänig Bitt/ hierüber Ladung vnnd Inhibition in beſter beſtändigſter Form gnädiglich zuerkennen/ hierumb E.G. von Ampts vnd Rechts wegen/ vmb gebürliche Hülff deſſelbigen vnterthänig anruffend.

Iſt die gebetten Ladung erkännt/ aber Inhibition abgeſchlagen/ in conſilio 27. Anno 45.

[a] Mit Verſchweigung der eygentlichen Warheit] Quoniam omnia Cameræ Imperialis mandata & reſcripta, quæ ſub nomine & ſigillo ſummi Principis, hoc eſt, Cæſaris decernuntur, ſiue ſint cum vel ſine clauſula, hanc tacitam conditionem habent, ſi preces veritate nitantur. *c. 2. de reſcrip. & c. ſuper literis, ibiquè communiter Canoniſtæ eod. tit. Gail. 1. obſeru. 14. num. 1. Maſcard. de probat. volum. 3. concluſ. 1123. num. 5. Hippol. ſingul. 153.* vbi prædictam conditionem, ſi preces veritate nitantur, vt

quæ

quæ tacitè ſub intelligatur, mandatum eò vſque, donec de veritate vel falſitate narratorum conſtet, ſuſpendere affirmat, ſæpiſſimè autem contingit, vt pars tacendo qualitatem, quâ expreſsâ Princeps non fuiſſet cõceſſurus mandatum vel reſcriptum illud, vel falſa narrando mandatum ſiue reſcriptum impetret, per quod alteri parti, aduerſus quam mandatum illud, ſiue reſcriptum impetratum fuit, magnum grauamen & præiudicium inferatur, & verò mendax precator impetratis carere debet. *c. ſedes. & c. ſi quando, de reſcript.* licebit tùm parti grauatæ aduerſus mandatum illud non ſolùm exceptionem ſub & obreptionis opponere per ea quæ tradit Gail. *d. obſeru. 14. & Frider. lib. 2. de mandat. cap. 15. num. 2.* verùm etiam propter grauamina indè reſultantia à Principe malè informato ad Principem meliùs informandum intra decendium prouocare, *l. 1. §. Quæſitum eſt. ff. de appellat.* quem quidem paragraphum, vtpotè in quo vniuerſum huius prouocationis à Principe malè informato ad Principem melius informandum ſitum eſſe fundamentum videatur, huc tranſſcribere placuit, vt benignus lector tantò meliùs inſtrueretur. Ita autem Vlpianus Iureconſultus quæſitum eſt, inquit, an aduerſus reſcriptum Principis prouocari poſſit, fortè ſi Præſes prouinciæ vel quis alius conſuluerit, & ad conſultationem eius fuerit reſcriptum. Eſt enim quæſitum an appellandi ius ſuperſit. Quid enim ſi conſulendo mentitus eſt? de qua re extat reſcriptum Diui Pij ad communitatem Thracum, quo oſtenditur prouocari oportere. Verba reſcripti ita ſe habent. Si ſcripſerit quiſquam ad nos, & illi aliquid reſcripſerimus volenti, ad ſententiam noſtram prouocare permiſſum erit. Si enim docuerint vel falsò vel ita ſe habere, non quæ ſcripta ſunt, nihil à nobis videbitur iudicatum, prius quàm contra ſcriptum fuerit, quemadmodum aliter ſe res habeat, quàm nobis inſinuatum ſit. *Add. l. 5. C. de relation. verb. Quoties autem* (inquit Imperator Conſtantinus,) *ad noſtram ſcientiam Iudex ſe polliceatur relaturum, conſultationis exemplum litigatoribus ilico edi apud acta iubeat, vt ſi cui fortè relatio minùs plena vel contraria videatur, is refutatorias preces ſimiliter apud acta ſine aliqua fruſtratoria dilatione afferat.* Rectè autem dicitur in reſcripto Diui Pij: prouocari oportere. Prouocatio enim eſt non appellatio, quia à ſententia Imperatoris non quidem appellare, ſed tamen ſupplicare eidem licet *l. 1. in fin. C. de ſent. Præfect. Prætor. per auth. Quæ ſupplicatio. C. de precib. Imperator offerend.* Et quoniam hoc in caſu non fit prouocatio ad ſuperiorem aliquem Iudicem, ſed ad Iudicem eundem, appellatio dici nequit, quia de natura appellationis eſt, vt fiat de minori ad maiorem *l. appellandi 1. §. 3. l. Imperatores 21. ff. de appellat. l. Addictos. 29. C. eod.* Supplicatio autem fit ad eundem Iudicem, qui pronunciauit. *d. auth. Quæ ſupplicatio, ibique gloſſ. & DD. Spec. in tit. de ſupplic. §. 1. verſ. ſolus tamen. Marant. part. 6. de ordin. Iudicior. tit. de appellat. num. 17.* Supplicatio autem prouocatio eſt, quia prouocationis nomen latiſſimè patet & omnem actum, per quem Iudicis officium ſeu auxilium imploratur, *denotat Marant. d. tit. de appellat. num. 1. Bart. in l. Minores col. 2. verſ. Tertiò modo legitur. ff. de adminiſt. tutor.* Prouocationis igitur nomen ex hac latiſſima ſua ſignificatione etiam appellationem complectitur. Porrò quo pacto reſcriptum ſubreptitium probetur, *vide latè Maſcardum de probat. volum. 2. concluſ. 846. per tot. & concluſ. 883. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 3. caſ. 201. & caſ. 202. per tot. Gail. d. obſeru. 14. num. 4. & ferè per tot.*

SVPPLI.

# LXXVIII.

# SVPPLICATIO PRO INSINVATIONE DONATIONIS VLtra 500. florenos.

WOlgeborner / ꝛc. Hiemit vbergib ich E. G. ein Vbergab vnd Schenckung zwiſchen den lebendigen / inter viuos, (wie ich bericht) genannt / ſo ich auß darinn verleibten Vrſachen dem Edlen vnd veſten N. meinem lieben Schwager / gethan hab / vnnd demnach ſich die vber 500. fl. erſtreckt / ſo will ich dieſelbe dem Rechten nach E. Gn. hiemit inſinuiert haben / mit Erbietung / alles das zuthun / ſo ich von Rechts wegen zu thun ſchüldig. Vnd demnach ich ſolcher Donation halben verurſacht werde [a] für E. G. ſelbſt zuerſcheinen / deſſen ich mich dann auß weiblicher Blödigkeit entſetze: So iſt an E. Gn. mein demütig Bitt / die wölle beygelegte Donation gnädiglich verleſen / vnd erwegen / vnd alles daß mir derohalben zuthun gebürt / von mir bey E. Gn. auffnemmen / vnd zulaſſen / daß es möge durch meinen Anwald im Gericht erholt / vnnd als bald darauff decret gefält werden / das will ich vmb E. G. deren Gebür nach demütig zuverdienen gantz willig ſeyn.

Notiſſimi iuris eſt, donationem vltra quingentos aureos factam ſine inſinuatione non valere. §. *alia. Inſt. de donat. l. Sancimus. & l. ſi quis pro redemtione. §. Cæteris. C. de donat.* Poteſt autem coram quocunque Iudice etiam eo, cui donator non eſt ſubiectus, nec res donata ſubeſt, hæc inſinuatio fieri, quòd ex mera donatoris voluntate ſubſiſtat. *l. Data 27. in fin. verb. geſta autem confici ſuper rebus etiam alibi collocatis vbicunque ſufficit. & l. in hac ſacratiſſima. 30. C. de donat. verb. donator habeat liberam facultatem donationes rerum ſuarum vbicunque poſitarum, ſiue apud moderatorem cuiuslibet prouinciæ, ſiue apud Magiſtratus, ſiue apud defenſorem cuiuſcunque ciuitatis, pro vt maluerit, publicare.* Atque vt ipſa donatio ſita eſt in voluntate donantis, ita ei liceat donationem ſuam, apud quemcunque ex memoratis voluerit, intimare, & hæ donationes, quæ in diuerſis prouinciis & ciuitatibus apud quemlibet ex prędictis fuerint publicatæ, obtineant incõcuſſam ac perpetuam firmitatem, modò tamẽ Iudex ille ordinariam habeat iuriſdictionem à lege ſcilicet vel Imperatore conceſſam. *d. l. data & d. l. 31. C. de donat. Ferrariens. in form. libel. pro donation. ad verb. ſolenniter verb. ne credas, quod ſit neceſſe partes eſſe de Iuriſdictione Iudicis, coram quo fit inſinuatio, vel quod res, quæ donatur, ſit ſub ſua iuriſdictione, ſed ſufficit quicunque Iudex dum tamen habeat iuriſdictionem ordinariam. Gail. 2. obſeru. 39. nu. 28. & alij ibidem allegati Schneiduin. ad d. §. alia. Inſtit. de donat. num. 11.* vbi tamen tutius eſſe ſcribit fieri inſinuationem coram Iudice competente, cui ſcilicet vel donans vel res donata eſt ſubiecta, per rationes, quas adducit *Guid. Pap. in quæſt. 325.* Quod & Saxones moribus ſuis obſeruant.

[a] Für E. Gn. ſelbſt zuerſcheinen.] Nam donator ipſe inſinuationi debet eſſe præſens, vt tradit *Fabius Turretus conſil. 86. incip. Magnifica Sigiſmunda. num. 4. Idem docet Azo, Hoſtiens. & alij, quos refert & ſequitur Corn.* dicens ita fuiſſe conſultum per collegium Piſanum *in conſi. 71. num. 15. & ſeq. lib. 2. Franc. Becci. conſil. 66. num. 13. in fin. lib. 11. Bald. Caſtrens. Couarruui. Aret. Roman. Imol. & Iaſon, quos refert & ſequitur Hiero. Gabriel. conſil. 158. num. 2. lib. 1.* Videtur hanc ſententiam comprobâſſe autor noſter verb. vnd demnach ich ſolcher Donation halben verurſacht werde vor E. Gn. ſelbſt zu erſcheinen

ſchehen. Quod ego quidem omnium tutiſſimum eſſe puto. Interim tamen hæc ſolennitas de iuris neceſſitate non requiritur, quin imò donationis inſinuationem per procuratorem fieri iure permittitur, de quo clariſſimus textus eſt, *in auth. vt fratrum filiij 1278. Illud quoque verb. Sancimus neceſſitatem habere viros ipſos, aut etiam qui pro eis antenuptiales donationes ſcribunt, ſi quingentorum ſolidorum habent neceſſitatem, inſinuare eas in actis monumentorum. Idemquè tradit Soci. ſen. conſ. 48. Incip. in Præſenti. conſultat. num. 9. & 10. lib. 11. Et Daniel Moller. lib. 1. ſemeſtr. cap. 5. num. 11.* Porrò admodum difficilis & à Doctoribus magnoperè diſputata quæſtio eſt, ſi quis donationem faciat, quæ quingentos aureos excedat & iuret ſe non reuocaturum donationem factam an huiuſmodi donatio, ſi ſine inſinuatione facta ſit, ratione iuramenti etiam quo ad exceſſum ſubſiſtat. Quam Gail. in vtramque partem egregiè diſputat *2. obſeru. 39.* & tandem pro affirmatiua, donationem cum iuramento abſque inſinuatione valere, eamq; communem opinionem eſſe poſt quam plurimos à ſeſe allegatos Doctores concludit *d. loc. num. 12. Idem tradunt & de communi opinione atteſtatur Fabius Turret. conſil. 46. Incip. Quòd Dom. Franciſc. num. 12. Anton. Roman. in concluſ. de donat. 1. num. 72.* vbi communes opiniones refert, dicens hanc eſſe magis communem opinionem. *De communi etiam atteſtatur Clar. in §. donatio. quæſt. 18. Tib. Decian. conſil. 31. num. 79. vbi tres communes opiniones refert. libr. 1. Menoch. itemquè de communi atteſtatur. conſil 308. num. 38. libr. 4. Roland. conſil. 39. num. 38. lib. 1. Cephal. conſil. 61. num. 18. lib. 1. Natt. conſil. 1. num. 13. & conſi. 56. num. 12.* Idcircò hæc opinio tanquam communis meritò in praxi ſequenda eſt.

## LXXIX.

## SVPPLICATIO PRO COMMISSIONE, EXAMINANDORVM TESTIVM, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

WOlgeborner/ Keyſ. Maj. Cammerrichter/ gnädiger Herr/ in Sachen ſich haltend zwiſchen dem hochwürdigen Fürſten vnd Herrn/ Herrn N. eins/ vnd N. anders Theils/ wiewol N. auff fürbrachte articulierte Klag litem conteſtiert haben ſoll/ ſo hat es doch ſich jederzeit ſeyther zugetragen/ daß wider etlich ander Herrn/ D. N. Partheyen Ladung ad procedendum in cauſſa erkännt/ derohalben zu vermuten/ daß dieſe Sach dardurch noch lang verzogen werden möchte/ vnnd aber meinem gnädigen Herrn an dieſer Sachen viel gelegen/ vnnd die Zeugen/ ſo derohalben zuverhören/ alte vnd krancke Mäñer ſind/ vñ ſonſt jetzunder ſterblicher Läuff halben deß Orts groſſe Sorgen/ So iſt mein/ als hochermelten Fürſten vñ Herrn/ deß Adminiſtrators N. vnterthänig Bitt/ E. G. wöllen anfänglich die Artickel demnach das Libel articuliert beſichtigen/ vnd dieſelbig als erheblich zulaſſen/ vnd folgends auch nach Gelegenheit vnnd geſtalt der Sachen die Zeugen/ wie dann E. Gn. ſolches auß Richterlichem Ampt/ ne pars mea in probationibus poſtea deficere poſſit, vermög gemeiner geſchriebener Rechten/ diß Keyſerl. Cammergerichts Gebrauch vnd Gewonheiten/ lite nondum conteſtata, zuthun fürhaben/ Com-

miſſio-

Digitized by Google

miſſionem pro examinandis teſtibus ad perpetuam rei memoriam [a] in beſter Form gnädiglich erkennen/ vnd wil derhalben zu Commiſſario N. ernennt haben/ bittend daß jhme dem Commiſſario auch briefflıche Vrkund/ Priuilegia/ vnd andere Gerechtigkeit zu dieſer Sachen dienſtlich/ auffzunemmen/ zu tranſumieren/ vnd dem Rotulo zu inſeriern geben werd/ E. G. hoch Adelich/ ꝛc.

Item man mag auch begern daß den Commiſſarien Macht gegeben werde/ den Zeugen jhre Eyden/ damit ſie dem Widertheil verſtrickt/ zu relaxieren/ vnd als dann die Warheit zuſagen anzuhalten.

Dictum eſt de formula pro hac commiſſione ſupplicandi ſuprà pleniſſimè *ad numer. 22.*

[a] In beſter Form.] Inter commiſſiones in communi forma, & in optima forma accuratè diſcernitur. Commiſſiones in communi forma decernuntur ad recipiendos teſtes tantùm, ſub ea tamen etiam ocularis inſpectio comprehenditur, vt nimirùm commiſſarius, exigente negocij qualitate, in rem præſentem eat, eamque oculis ſuis ſubiiciat, quod tamen nominatim exprimi ſolet. Et hæ commiſſiones in communi forma plerunque decernuntur. *Gail. libr. 1. obſeru. 96.* Commiſſiones in optima forma decernuntur ad recipienda & tranſſumenda inſtrumenta briefflıche Vrkunden auff zunemmen. Et quoniam inſtrumenta iudicialiter in Camera in vim probationis produci debent, rarò & non niſi ex iuſtis cauſſis decernuntur, veluti ſi periculum aliquod ſubſit in tranſſumtione Inſtrumentorum, cuiuſmodi ſunt, quæ in Archiuis inter publica monumenta aſſeruantur, teſtamenta itemq; ampliſſimarum hęreditatum, quorum originalia ſine periculo tranſmitti non poſſent. Quod etiam tempore belli, quando ad locum Iudicij itinera ſatis tuta non ſunt, obtinet, *Gail. d. obſ. 96. nu. 3. Autor infra p. 7. nu. 22.* §. weiters ſo viel. Et pars aduerſarium debet citare ad videndum produci huiuſmodi inſtrumenta *Gail. d. obſeru. 96. num. 4. Felin. in c. ſi inſtrumenta. num. 6. de fid. inſtrum.* vbi partes contra quas petitur tranſſumtio, neceſſariò citandas eſſe ſcribit. *Latè Rulant. de Commiſſar. & Commiſſion. Camer. Imperial. part. 2. lib. 5. cap. 24. quem eundem. d. lib. 1. capit. 23.* quid quo ad commiſſionem in optima & meliori forma interſit, animi gratia pulcrè diſcurrentem vide. Porrò hîc notandum eſt, commiſſionem ad perpetuam rei memoriam in optima & meliori forma ad tranſſumenda nimirùm inſtrumenta briefflıche Vrkunden auff zunemmen/ in Camera non decerni, ſed tantùm in communi forma ad recipiendum & examinandum teſtes *Gail. 1. obſer. 94. nume. 1.* Ratio *ex c. Quoniam.* vt lite non conteſtata deſumitur, quia non perindè periculum interitus Inſtrumentorum, quæ cuſtodiri poſſunt, ſubeſt, vt teſtium propter extremam ætatem, valetudinem aduerſam, aut diuturnam abſentiam, quas ob cauſſas commiſſio ad perpetuam rei memoriam petitur & conceditur, ſicut ſuprà docuimus. Idcircò Iudex in decernendis huiuſmodi commiſſionibus ad perpetuam rei memoriam circumſpectus eſſe debet, ne eas in meliori forma, hoc eſt, tàm ad recipiendos teſtes, quàm ad Inſtrumentorum exempla decernat, licet partes hoc plerunque petant. *Gail. d. obſ. 94. nu. 2.*

SVPPLI-

Digitized by Google

## LXXX.

# SVPPLICATIO PRO PROROGATIONE TERMINI PRODVCENDI PROCESSVS EX CAVSSA.

Wolgeborner/ ꝛc. Auff Anruffen N. ſind vergangen Monats N. diß lauffenden N. Jars Ladung vnd Inhibition allhie in E. F. G. hochlöblich Keyſerlich Cammergericht wider N. vnnd einen ehrſamen Rhat der Statt N. als Richter voriger Inſtantz/ vngefährlich nach Eröffnung der Vrtheil in vier Monat/ innhalt fürbrachts Inſtruments/ Appellation erlangt vnnd außgangen/ welche dann von ſtund an in kurtzen Tagen darnach durch mein Anwald N. mir durch N. Cammergerichts Botten zugeſchickt/ aber nicht vberantwortet worden/ ſonder hat gedachter Bott angeregten Proceß meinem Procuratori circa principium Septembris widerumb bracht vnd zugeſtelt/ ohne daß er dieſelben/ wie jhme befohlen/ exequiert oder verkünd. Darauff mir dann/ als ich mich zu N. gehalten/ die Proceß bey einem fußgehenden Botten zugeſchickt worden/ aber warlich vmb gedachts N. als eins Amptmanns Gewalt vnd Grewligkeit willen in der Landsart * keinen Notarium bekommen/ ſo jhme dieſelben Proceß verkünden hat wöllen/ oder mögen/ damit ich armer Prieſter/ aber vnverſchuldter Sachen vber meinen trewen angekehrten Fleiß nicht alſo verſäumbt/ vnd vmb meine gethane Appellation alſo deſert kommen möcht: So iſt mein gantz vnterthänig Bitt/ E. G. wöllen auß erzehlten rechtmäſſigen erheblichen Vrſachen mich ex officio reſtituiern/ vnd in vorigen Stand ſtellen/ alſo daß ich die Proceß/ nemlich Ladung vnnd Inhibition/ noch heutigs Tags vnverhindert/ daß die ſechs Monat herumb in Recht wie es ſich gebürt/ procediern möge. E. G. hoch Adelich Richterlich Ampt vnterthäniglich anruffend.

* Keinen Notarium] Intellige hoc de Notario Cameræ Imperiali immatriculato. Executio namque Proceſſuum Cameralium fit duobus modis, *part. 1. ordin. tit. 38. & tit. 39. Gail. 1. obſeru. 54. num. 5. in fin.* Aut enim per iuratos Cameræ nuncios fit illorum executio, aut per Notarios Cameræ immatriculatos, qui ſoli hoc priuilegio gaudent. *Mynſing. cent. 1. obſeru. 78. cent. 2. obſeru. 18. centur. 4. obſeru. 54. Gail. 1. obſeru. 21. num. 6. obſeru. 54. num. 6. & obſeru. 58. num. 6. part. 1. ordin. tit. 39.* Secus autem ſi fiat, omnis opera fruſtrà inſumetur. *Schvvanmann. lib. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 21. num. 1.* Verùm quia hîc ex defectu Notarij immatriculati præter appellantis culpam non facta erat executio proceſſuum, & præfixus terminus lapſus erat, rectè petita fuit propter hanc cauſſam ab appellante aduerſus termini lapſum reſtitutio in integrum, de qua vide *Schvvanmann. libr. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 22. nu. 13.*

S FORMA

LXXXI.

# FORMA PETITIONIS PRO DILATIONE.

ᵗ Ob ſeinem Angeben zu glauben] Tres diſtinctę de hac quæſtione interpretum ſententiæ occurrunt, ſunt nonnulli qui ex relatione nuncii in actis facta præſumunt iudicis commiſſionem præceſſiſſe ſtatuunt, & huius ſententiæ præcipui autores ſunt *Iaſ. §. Quadrupli. verſ. Refert etiam. Iuſt. de actionib. vbi teſtatur hoc communius teneri, quam plurimos ſimul Doctores allegans & Bald. in l. fin. c. de exhib. Reis. Ang. in d. § Quadrupli, nuncium, ſimul atque officium ingrediatur, per hoc conſequi generalem licentiam quaſcunque citationes tàm ciuiles quam criminales exequendi, ſcriptum reliquit. Idem tradit gloſſ. in l. 1. in verb. traditus. C. de Sport. tametſi Angelus hanc ſententiam vt falſam reprobauit.* Aliis mediâ ingredi via placuit. Itaque hanc diſtinctionem amplectuntur, ſi citatio verbalis cauſæ cognitionem requirat; veluti ſi quis de longinquo citetur *l. 2. in princ. c. de exhib.* reis vel perſona citanda ſit illuſtris, & in dignitate conſtituta *Bart. in l. Quoties C. de dignit. lib. 12.* vel deniq; citetur quis in cauſſa criminali vel etiam ciuili ad perſonaliter comparendum, ſpecialem Iudicis commiſſionem requirunt, *vt Baldus ſibi ipſe contrarius in l. ſi quando in vlt. colum. verſ. 12. Quæro. C. de teſtibus.* Si vero citatio cauſſæ cognitionem non requirat, veluti ſi citandus ſit in propinquo, neque cauſſa ſit magni cuiuſdam præiudicii, generalem illam licentiam ſufficere tradit *Baldus*, & ſententiæ illius plures adſtipulatores, quos recen-

les

ſet *Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 38.* Tertia eaque indiſtincte loquens ſententia eſt, quod quælibet citatio commiſſionem Iudicis requirat, eandemque probari oporteat, atque hæc de iure veriſſima eſt, *Vant. d. loc. nu. 42. c. 40. Textus ſunt in l. cum clericis. c. de Epiſcop. & clericis. l. ſed ſi hac §. Prætor ait, in ius ſine permiſſu meo ne quis vocet &c. ff. de in ius vocand. c. de illicita circ. med. 24. q. 3. c. ex parte in verb. authoritate Iudicis citatus extr. de reſcript. §. Quadrup. Inſt. de action.*

[u] Durch geſchworne Zeugen oder durch Notarios, ſo deß Cammergerichts Matricul eynverleibet] *Gail. d. obſ. 54. num. 6. Mynſ. cent. 1. obſ. 78. cent. 2. obſ. 18. Conſtit. Maximilian. Anno 12. Coloniæ promulgata Rubric.* von Verkündung der Keyſerlichen Brieffen §. in Vberantwortung.

[x] Zů růck oder End der Original Citation.] Hoc verum eſt, ſi citatus vnus eſt, ſi plures, facta executio Proceſſus copiæ inſcribenda eſt *p. 1. ord. tit. 38.* §. Zum ſiebenden/ *&* §. Vnd ſoll darauff. Atque hunc quidem executionis actum tabellio tàm copiis, quæ parti vtrique citatæ relinquuntur, quàm originali, quod ſibi retinet, & poſtea in iudicio reproduci debet, ſumma fide & diligentia, inſcribit *Chriſtoph. Schvvanman. li. 1. Proceſ. Cameral. cap. 2. num. 11. adde* §. Vnd ſoll drauff der Botte/ *p. 1. ord. tit. 38.* Porrò quoniam magnopere ſcire refert, quomodo Proceſſus cuiuſcunque generis perſonis inſinuari debeant, & inſuper quid inter executionem Proceſſuum eam, quæ fit à nunciis Cameræ Iuratis, & illam, quæ fit à Notariis Cameræ immatriculatis, interſit, vtrumq; autem autor noſter ſilentio præteriit, id ipſum nunc docebimus.

Et primò quidem Proceſſus Camerales inſinuandi ſunt aut Electoribus, Principibus, & Principali dignitate illuſtribus, tàm Eccleſiaſticis, quam ſecularibus; aut Prælatis, Abbatib. Abbatiſſis, & Præpoſitis aut Comitibus, Baronibus, Dominis; aut conſulib. & ſenatui ciuitatis cuiuspiã, vel cõmunitatis; aut iudicio alicuius loci, aut vniuerſitati, aut deniq; homini priuato. Principiò autem quod ad proceſſus Electoribus, Principibus, principali dignitate illuſtribus tàm clericis quam Laicis. Churfürſten/ Fürſten/ Fürſtmäſſigen/ Geiſtlichen vnd Weltlichen inſinuandos attinet, proceſſus hos executurus ſiue ſit tabellio Cameræ iuratus, ſiue Notarius immatriculatus ad eum locũ ſe conferet, in quo Elector ille, princeps, vel principali dignitate illuſtris ordinariam ſuam & ſolitam ſedem (reſidentiam aliàs appellant) habet. Et hîc quidem ſi principem offendat, debita reuerentia ſignificabit, datum ſibi eſſe negotium illuſtriſſimæ & illuſtri illius celſitudini Cæſareos proceſſus, ſiue literas inſinuandi, et ſi in ipſius principis conſpectum & colloquium admitti poſſit, Cæſareos illos proceſſus in faciem ei inſinuabit, & horum quidem originale, ſi ipſe vnus ſit citandus ei relinquet, copiam vero ſi plures, originale tamen ei legendum exhibebit, & poſtea ad ſeſe recipiet, ſi verò princeps tum in loco ſolitæ reſidentiæ non degat, aut certè ſine mora eius in conſpectum admitti non poſſit, eo in loco Cancellario, Magiſtro aulæ, principis vicario ſiue locum tenenti, aut alii de Præcipuis officialibus proceſſus illos inſinuabit, quòd ſi hi proceſſus illos acceptare aut recuſent, aut aditus ei ad ipſos non concedatur, aut abſint; minoris dignitatis ſiue conditionis cuidam ex principis familiaribus, vel etiam ipſi Ianitori proceſſus inſinuabit. Si vero & hi illos acceptare nolint, foribus affiget, aut depoſitos, ipſis ſpectantibus relinquet. Et hæc quoque obtinent, ſi princeps per maiorem anni partem in loco quodam aulam ſuam habere conſueuerit. Cæterùm extra aulam principibus ipſis, & nemini alii tabellio vel Notarius Cameræ immatriculatus Cæſareos proceſſus inſinuabit, *& hæc quidem ita traduntur part. 1. ord. tit. 38. à princ. vſq; ad* §. vnnd ſoll der Bott.

Secundò ſi Prælatis, Abbatibus, Abbatiſſis, Præpoſitis Prælaten/ Abten/ Pröbſten/ Abtiſſin/ Cæſarei proceſſus inſinuandi ſunt, nuncius vel Cameræ immatriculatus Notarius ad ſolitum Monaſterium ſe conferet, & ipſis coràm ad faciem

inſinuabit, ſi ibi præſtò ſint; ſi vero abſint, aut ſine mora ipſorum in conſpectum & colloquium admitti nequeat, locumtenenti ipſorum, Priori, Secretario, vel alii cuipiam officiali, non autem vilioris conditionis hominibus, proceſſus inſinuabit, Hi quoque ſi abſint, aut proceſſus illos acceptare recuſent, tum ianitori eos tradet, vel portæ affiget, vel denique depoſitos ibi ipſis ſpectantibus relinquet.

Extra vero Monaſterium, ſi nuncius vel Cameræ immatriculatus Notarius Prælatum, Abbatem, Abbatiſſam, Præpoſitum offendat, ipſi vni coràm & nulli alij proceſſus illos Cæſareos denunciabit. *Hac ita habentur d.tit.38.part.3.ord.vſq. ad* §. vnd ſoll der Bott.

Tertiò, quod ad proceſſus comitibus, Baronibus, Dominis inſinuandos attinet, idem ſeruatur, quod de principibus diximus.

Quartò ſi proceſſus Cæſarei conſulibus & ſenatui alicuius ciuitatis vel communitatis inſinuari debeant, Nuncius vel Cameræ immatriculatus Notarius, ad illam ſiue ciuitatem ſiue communitatem ſe conferet, &, ſi ſenatum forte coactum reperiat, ei proceſſus denunciabit; ſin autem ſenatus tum coactus non ſit, neq; ibi morari nuncio vel Notario immatriculato ſit integrum, conſulem rogabit, vt ex ſenatoribus nonnullos ad ſe vocet, & hoc quidem ſi fiat, conſuli, præſentibus ipſis Senatoribus, proceſſus inſinuabit; quod ſi hoc fortè ei denegetur, vt tamen fieri minimè debet, vni conſuli proceſſus inſinuare poterit. Si & hoc ipſe abnuat, coram ipſo repoſitos ibi relinquet, & diſcedet. Cæterùm extra ciuitatem vt maximè conſulem & quoſdam ex ſenatoribus offendat, ijs tamen proceſſus ibi non denunciabit, verum in ciuitate eos exequetur. *Hac ita habentur d. tit. 38.par.1.ord.à §.* zum vierdten *vſq. ad* §. vnd ſoll der Bott.

Quintò in proceſſibus Cæſareis, veluti compulſorialibus, inhibitionibus, mandatis, & id genus aliis Iudicio alicui inſinuandis hoc ſeruabit. Nuncius vel Notarius Cameræ immatriculatus, vt toti eos iudicio, ſi forte tum congregatum ſit, inſinuet. Si vero tum iudicium illud coactum non ſit, iudicem, præfectum, prætorem vel alium quendam iſtius iudicii ſummum præſidem aut directorem pro cuiuſq; loci conſuetudine, vel hoc abſente, ſeniorem iudicii rogabit, vt duos, tres, vel quatuor ex illo iudicio ad ſeſe vocet, & hoc quidem ſi fiat, illis præsétibus hos proceſſus exequetur, ſin vero ei hoc denegetur, iudici, præfecto, prætori, vel præſidi aut directori ſummo proceſſus inſinuabit, ſi & is quidem hoc renuat, eos coram ipſo depoſitos relinquet. *Hac ita habentur part.2.ord.d.tit.38. ad* §. zum fünfften *vſq. ad* §. vnd ſoll der Bott.

Sextò ſi toti cuidam vniuerſitati proceſſus inſinuari debeant, ij conſulibus & ſenatui, ſicut ſuprà dictum eſt, denunciabuntur, & quia in tabellionis vel Notarii Cameræ immatriculati poteſtate non eſt, vniuerſitatem congregare, neq; futurum facile, vt ad petitionem eius congregetur; proceſſus illos Cæſareos duplicatos Curiæ, vel ſi Curia ibi non ſit, templo vel alii cuidam loco publico illius vniuerſitatis affiget.

Septimò ſi proceſſus Cæſarei priuato alicui inſinuari debeant, Nuncius vel Notarius Cameræ immatriculatus, ad domum ſolitę ipſius habitationis accedet, diligenterq; de eo percunctabitur, & ſi copiam eius habere poterit, proceſſus ei in faciem denunciabit, ſi vero ſine mora poteſtas hominis illius citandi priuati ei fieri non poſſit, in domo conſuetæ habitationis vxori vel domeſtico cuidam iam adulto tradet proceſſus iſtos, mandabitq;, vt ad Dominum quam primum perferendos curent, quod ſi nemo proceſſus acceptare velit, in præſentia vnius ex domeſticis ipſos in domo relinquet; ſi vero fores ei occludantur, aut nemo conſpiciendum ſeſe exhibeat, duos ex vicinis Nuncius vel Notarius Cameræ immatriculatus ad ſeſe vocabit, iisq; præſentibus proceſſus domui affiget. Si verò ex domeſticis præſens aliquis foret, neq; tamen domum aperiret, tum proceſſus

Digitized by Google

ceſſus Ianuæ, feneſtræ aut alii cuidam loco iſtius domus affiget, aut ibi reponet, poſteaq; diſcedet, *Hac ita habentur d. tit. 38. part. 1. ord.*

Notandum octauo deniq; loco eſt, de citationum & mandatorum per edicta executione, quod Nuncius vel Notarius Cameræ immatriculatus illa in locis in ipſis nominatim expreſſis, vel prout alias à iudice, aſſeſſoribus, Fiſcale Adminiſtratore, vel Magiſtro nunciorum, Cameræ imperialis mandatum acciperet, publicè affiget, in eoq; decentem modum ſeruabit. *d. tit. 38. part. 1. ord.* §. zum achten.

Porrò his ita de proceſſibus inſinuandis, ex ordinatione imperialis Cameræ ſatis perſpicuè propoſitis, vt ex contrariis iuxta ſe poſitis, quid inter executionem proceſſuum illam, quæ fit per Nuncios Cameræ, & iſtam quæ fit per Notarios Cameræ immatriculatos, interſit, tantò magis perſpicuum euadat, quid executiones vtriuſq; commune habeant, & quid diuerſum, ſimul tractabimus.

Et primò quidem hoc habent commune, quòd vterq; modum hactenus propoſitum quoad inſinuationem proceſſuum faciendam in octo illis propoſitis ſpeciebus ſeruare debeant, & ipſi etiam Notarii executionem in fine vel dorſo proceſſuum, in originali vel copiis, prout ſuprà dictum eſt, parti cui denunciantur, inſcribere teneantur §. *final. part. 1. ord. tit. 39. vbi hac verba habentur.* vnd ſollen die Notarien/ſo die Keyſerlich Brieffe vnd Proceß/auff der Partheyen Erſuchen/zu exequieren annemmen/ſich mit der Verkündung/Vberantwortung/oder Anſchlagung ſolcher Proceß / es ſey gegen Fürſten/Herrn/Prælaten/Graffen/Herrn/Communen/oder andern priuat Perſonen/in aller maß halten vnd erzeigen/wie hieoben von den Cammer Botten in allen dieſen Fällẽ vnderſchiedlich geordnet vnd verſehen iſt/ darzu nach beſchehener Verkündung die execution dem theil/ dem die Verkündung geſchehen / mit Vermeldung deß Tages/ Monats vnnd Jars/ auff das zugeſtelte original oder Copey ſchreiben.

Secundò in hoc conueniunt, ex identitate rationis, quòd vterque executiones ſtatim, vt factæ ſunt, conſignare debeant, dum recenti memoria hanc executionem tenent, *vt patet ex collatione* §. *pen. tit. 38. part. 1. &* §. *fin. tit. 39. ead. part. Sed diuerſimodè.* Nuncius Cameræ in originali ſibi retento iudicialiter reproducendo eas inſcribet *Schvvanman. lib. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 21. num. 11.* Notarius verò ſolennia deſuper inſtrumenta conficiet, *d.* §. *final. tit. 39. p. 1. in membrana conſtit. Imper. Maximilia. Anno 12. Coloniæ edita ver.* Item die Notarien ſollen *adhibitis duobus* fide dignis teſtibus, iiſdemq; executionem proceſſuũ ad verbum inſeret *Mynſ. cent. 1. obſ. 79. Schvvanman. lib. 1. proceſſ. Cameral. c. 22. num. 9.* Et hæc prima eſt differentia.

Secunda differẽtia eſt, quòd Magiſter Nunciorum ab omnibus iis, qui proceſſus in Camera imperiali impetratos per Notarios immatriculatos exequendos curant, de ſingulis miliaribus à Spira vſq; ad eum locum, in quo executio proceſſuum fieri debet, computandis dimidium Bazionem Concordien Gelt exigere teneatur *part. 1. ord. tit. 35. verb.* So iſt vnſer Meynung / daß der Bottenmeiſter hinfüro von allen den jenigen/ die jhre Proceß nicht durch Keyſerliche Cammerbotten / wie von alters herkommẽ/Concordien Geldt/nemlich von zehen Meilen fünff Batzen/ꝛc. erfordern vnd eynbringen ſoll. Et hanc quidem Pecuniam Magiſtro Nunciorum impetrans, antequam proceſſus ei tradantur, perſoluere cogitur *Memor.* der Bottenmeiſters. *Anno 95.* §. *1.* Cum verò proceſſus per nuncios Cameræ inſinuantur, nihil præter Reidt execution Geld / partes, quarum proceſſus Nuncii iſti exequuntur, ſoluere tenentur *part. 1. ord. tit. 47.* §. vnd dieweil vermög dieſer Ordnung. *confer quæ tradit Schvvanman. lib. 1. proceſſ. Cameral. ca. 22. num. 1. & 5.* Diligenter autem notandum eſt, quòd, etſi proceſſus per Notarium Cameræ immatriculatum exequendi à Magiſtro Nunciorum concordari debeant, *Schvvanman. d. cap. 22. nu. 3.* non tamen teneatur permittere & conſentire, vt proceſſus extra iudicialiter decreti concordentur. *Schvvanm. d. loc. nu. 3.* ſecus tamen ſeſe res habet, quoad

Aa 4 pro-

proceſſus iudicialiter cauſa pendente decretos. In his enim liberum impetrantis arbitrium eſt, ſiue per Nuncium Cameralem ſiue per Notarium immatriculatum eos ſit inſinuandos curaturus. *Schvvanman.d.cap.22.nu.4.* Quod autem de proceſſibus nouis extraiudicialiter decretis diximus, conſenſum à Magiſtro tabellionum, vt concordentur, omninò impetrari oportere, vſq; adeò verum eſt vt ſi ipſe eos concordare abnuerit, & pars impetrans nihilominus eos per Notarium Cameræ immatriculatum exequendos curarit, executioni eorum literalias debito modo factæ, ſubſcribere non teneatur. *Memor. viſit. de Anno 95.* der Botten Meiſter. Et propterea hac ſubſcriptione deficiente aduerſus citatum nō comparentem proclama decerni, & in contumaciam procedi non poſſit, vſque adeò, vt fatali appellationis elapſo denegatoq; proclamate appellans tota cauſſa cadat, *Schvvanman.d.c.22.num.2.*

Tertia differentia eſt, quòd nuncius proceſſus, quos rite executus non eſt, ſuis iterum ſumtibus exequi teneatur, & ad id per Iudicem Cameræ compellatur. *Autor noſter paulò infra in §* derwegen/ *part.1.ordin.tit.38.in fin.Gail.1.obſeru 54.nu.8. Schvvanman.d.c.22.numer.6. Notarius autem immatriculatus, ſi partem non facta conuenienti legitimaquè proceſſuum executione læſerit, in ordinario ſuo foro propterea conuenitatur.*

Quarta differentia eſt, quòd, ſi nuncius proceſſus in cauſſa appellationis non rectè executus fuerit, & propterea fatalia elapſa fuerint, non obſtante fatalium decurſu appellanti ius nihilo minùs ſuum ſaluum ſartumq; tectum permaneat, appellans autem tota cauſſa cadat, ſi propter executionem proceſſuum à Notario immatriculato non rectè factā fatalia lapſa fuerint. *Schvvan.d.c.22.n.10.& 11.*

Ecquomodo autem damnum & intereſſe appellans à Notario Immatriculato recuperabit? Reſpondeo, actione mandati, quòd non minùs, atque Procurator de omni culpa teneatur *per conſtit. Maximil. Anno 12. Coloniæ promulgatam. §.* Es ſollen auch die Notarien *ad ſimilitudinem Procuratoris.leg. ſi Procuratorem dedero.§. ſi tutores.ff.mand.l.ſi Procurator, & l.licet.§ ea obligatio.ff.de procurator. le. à procuratore C. Mandat. ſed.* quid? ſi Notarius ſoluendo nonſit, quomodo tunc parti principali conſultum erit?

De hoc tres maximè interpretum diſcrepantes occurrunt ſententiæ, ſunt enim qui ius ſuum ipſo iure ſaluum domino ſiue parti principali permanere ſtatuunt, *gloſſ.in l.1.§.fin ff. Quand.appell.ſit,& in auth.hodie.C.de appell.* Alij non ſolùm principalem ipſo iure tutum non eſſe ſed nec beneficium reſtitutionis in integrum ei eſſe concedendum exiſtimarunt, *Quos recenſet Hartman. Piſtor. libr.1. quæſtion.Iur.tàm Roman.quàm Saxonic.quæſt.36.num.6.* Tertia eorum ſententia eſt, qui hoc in caſu, quando Procurator non eſt ſoluendo, domino ſiue principali beneficio reſtitutionis in integrum ſubueniendum eſſe cenſent. Quæ quidem ſententia veriſſima eſt, vt quæ expreſſis iuris textibus probetur. *l. Itaque fullo.12.in princ. verb.ſi autem ſoluendo non eſt, ad dominum actio redit.ff. de furt. l. ſi procuratorem.8. §.1.verb.ſed et ſi per colluſium procuratoris abſolutus ſit aduerſarius, mandati eum teneri, ſed, ſi ſoluendo non ſit, tunc de dolo actionem aduerſus eum, qui per colluſionem abſolutus ſit, dandum ait.ff. mandat.l.final.§.1.verb.planè ſi is, qui dolo fecerit, quo minùs in iudicio ſiſtatur, ſoluendo non fuerit, æquum erit aduerſus ipſum reum reſtitutoriam actionem competere.ff.de eo.per quem fact. erit.l.& eleganter.7.§.ſi dolo.9. verb. alioquin de dolo actio erit danda, ſcilicet ſi cum procuratore agi non poſſit, quia non eſſet ſoluendo.ff. de dol. mal. l.cùm mandat.23. verb.quia is non erit ſoluendo, ſine dubio prætor interueniet.ff.de Minor. & hanc ſententiam complures complectuntur, quos citat Hartman. Piſtor.d.q.36.nu.7. & vide in d. quæſt. Hart. Piſtor. Pulcrè contraria argumenta diluentem.* Nimis enim longum foret hæc cùm apparatu perſequi. Et quod hoc caſu, in quo nos loquimur, reſtitutio locum habeat, eaque Cameræ Imperialis præiudicio firmata ſit, ſcribit *Schvvanm.d.c.22. nu.13.& vide omninò Gail 1.obſeru 143.*

I Ob aber/ wann ein Bott an ſeinem Verkündten] Hæc ad verbum tranſcripta ſunt

[ſu]nt ex Gail. 1. obſeru. 55. à num. 1. vſque ad num. 5. incluſiuè. Et ratio deciſionis eſt, quòd [c]itatio per edictum locum habeat, quando citandus vel per ſe vel per alium im[pe]dit, ne citatio ad ſe perueniat, atq; adeò ita citatus non comparens contumax [re]putetur. *clem. 1. de iudic. c. quoniam §. porrò vt lit. non conteſt. c. fin. de dol. & contum. Marant. part. 6. tit. de citat. n. 84. Gail. d. obſ. 55. n. 4. Blarer. in repet. l. Diffam. ca. 6. n. 62. Ter[...] in proceſſ. cap. 2. Chil. König. in pract. c. 32. nu. 1.*

ᶻ Wie aber eine Citation auſſerhalb] Hæc omnia autor ſuo more deſcripſit ex *Gail. 1. obſ. 56.* vbi fontes & ſedes huius materiæ latius tractantur, quo beneuolum lectorem, qui plura volet, reiicio.

ᵃᵃ Daß er dem Richter eines andern Gebiets] Hæc ſententia, præterquam quòd de iure omnium veriſſima mihi videatur, vtpote quæ fundamentum ſuum habeat in *l. 1. §. præſides. 2. ff. de Requir. verb. ſed et literas ad Magiſtratus, vbi conſiſtunt mit[tere]*, in viridi praxi quotidie ſeruatur, ſicut et hanc ſemper ſe vidiſſe obſeruari ſcribit *Marant. part. 6. de ordin. iudic. titul. de citat. numer. 40. vbi Andream de Iſern. [a]dducit.*

ᵇᵇ Von der Citation per edictum] videatur *Gail. 1. obſ. 57.* Cæterùm citatio hæc non fit, niſi in caſu neceſſitatis, quando quis alio modo citari non poteſt. Itaq; ſi quis in perſonam, vel ad domum ſolitæ habitationis citari poſſit, edictalis citatio locum non habet, *clem. 1. de Iud. c. cauſam. quæ de dol. & contum.* Idcircò cita[tio] *hæc irregularis eſt. Blarer. in repet. l. diffam. cap. 6. & à iure communi exorbitans, ideoq; ſtri[ct]è in ſuis terminis tenenda c. quæ à iure de Regul. Iur. in 6. Rot. deciſ. 367.* Si committatur [i]n notabilibus. Vnde conſtat, ſi iudex aliam citationem in Perſonam vel ad domum facere poſſit, & ab edictali incipiat, citatum tantoperè grauari, vt non ſolum ab hoc grauamine ad ſuperiorem prouocare. *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. per edict. num. 2. cum ſeq. Marant. part. 6. tit. de citat nu. 8.* Verùm etiam iniuriarum actione aduerſus iudicem illum experiri poſſit. *Blarer. d. cap. 6. num. 60.* vbi grauiter eos obiurgat iudices, qui ſæpè in gratiam viliſſimi cuiusdam hominis diuitiis circumfluentis virum honeſtæ famæ atq; exiſtimationis leuiori quadam de cauſa, edicto publicè affixo, citare ſolent. Hanc autem citationem facit ſolus ordinarius non delegatus *Marant. part. 4. diſt. 5. prin. num. 2.* Fallit in delegato principis qui & ipſe per edictum citare poteſt. *Auth. qui ſemel. C. quomodo & quand. Iudex.* Porrò de hac citatione vide *Marant. part. 6. tit. de citat. num. 82. & ſeqq.* vbi quam plurimos caſus recenſet, in quibus ea locū habeat, *Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 123. & ſeqq Blarer. in repet. l. Diffam. d. cap. 6. n. 59. & ſeqq.*

# Von Mandaten in gemein.

XVII.

Mandaten die ſeynd vngleich / dann etwan werden ſie mit einer Straffe / etwan aber ſimpliciter ohn Straffe erkant / etwan iſt die Straffe ein Geltſtraffe / etwan wird dieſelbige erhöcht / zu zeiten für ein Geltſtraffe bey Peen der Acht gebotten / ſo werden auch die Mandata zu zeiten / cum clauſula iuſtificatoria, etwan ſine clauſula erkennet. *Mandata mancherley. Tit. 23. ord. p. 2.*

XVIII.

Die Ordnung helt der Mandaten halben dieſe Regel in ſich / daß kein Mandat ſine clauſula, dieweil es wider die Rechte / man vom Gegentheil ſoll anfahen / vnnd nicht den Gegentheil zuuor auch hören / ſoll erkannt werden. *Mandata ſollen nicht ohn ein [...] Clauſel erkannt werden.*

Dieſe

XIX.

Dieſe Regel aber/ wiewol ſie/ als dem Rechten gemäß/ in gemein geſetzt/ wird ſie doch in ſondern Fällen allwege nicht gehalten/ als da die Sache/ darüber ein mandatum zu erkennen gebetten/ an ihr ſelber von Rechts vnd Gewonheit wegen verbotten/ vñ weiter Erkanntnuß nicht wirdig/ oder daß dardurch dem anruffende Theil ein ſolche Beſchwerte aufferlegt vnnd zugefügt würde/ die nach begangener that nicht wider zu bringen/ Oder daß die Sachen wider den gemeinen Nutz weren/ oder aber keinen Verzug leyden möchten/ dañ in ſolchen vnd dergleichen Fällen werden mandata ohn ein iuſtificatori Clauſel erkannt/ vnnd iſt der/ dem mandirt/ ohn einige Eynrede/ Exception oder Entſchüldigung dem Mandat als bald zu geleben/ vnnd zu gehorſamen ſchüldig/ ſonſten aber vnnd auſſerhalb geſetzter Fäll vnd Vrſachen/ ſeynd keine Gebott vnd Mandat jemandts vngehöret/ anzulegen.

Wiewol aber in gemein geſetzt/ daß in mandatis ohn ein iuſtificatori Clauſel/ der dem mandirt/ ohn einige Eynrede oder Exception dem Mandat als bald zu geleben vnd zu gehorſamen ſchüldig/ iſt doch ſolches nicht alſo zu verſtehen/ daß allerdings kein exceptiones zugelaſſen/ denn alle mandata vnnd Befelch/ ſo in Cameræ vnter Keyſerlichen Majeſtat Sigel vnd Nahmen außgehē/ ſie ſeyen mit oder ohne Clauſul erkannt/ haben in ſich dieſe Condition vnd Verſtandt/ wann die Sachen wie ſupplicirt vnd gebetten/ geſchaffen.[a] Derwegen dann nach der Gelehrten Meynung/ ſolche Clauſul die Straffe inſtellt/ ſo lang biß dargethan/ ob die Warheit ſupplicirt oder nicht/ vnd mag alſo der Theil/ wider welchen das Mandat ſine clauſula erkannt/ erſcheinen/ ſeine Exception vnd Entſchüldigung/ daß das Mandat fälſchlich erlangt/ fürbringen/ in welcher ſeiner Exception er zur Beweiſung zugelaſſen wird/ wann auch ſolche Exception erwieſen/ wird drauff das Mandat caſſiret/ vñ der/ ſo das Mandat erlanget/ in Koſten verdampt/ alſo/ daß vnter dem Mandat ohn eine Clauſul/ vnd den andern mit einer iuſtificatori Clauſul/ ſo viel die verwirckte Straffe belangt/ geringer Vnterſcheidt/ Vñ heiſt diß ein vbel vnwarhafftig außbracht Mandat/ wann das verſchwiegen/ ſo es angezeiget/ das Mandat entweder nicht/ oder ſo leichtlich nicht were erkannt.[a]

Im fall aber das reſcriptum oder Mandat/ vnterſchiedliche capitula vnnd Sachen in ſich hielte/ wird dann in dem einen die Warheit verſchwiegen/ ſo fellt das gantz Mandat.[b] Doch iſt ſolches alſo vnd in dieſem Fall zu verſtehen/ wann die vnterſchiedliche capitula vnd narrationes die Hauptſachen betreffend/ derſelbigen anhängig ſind/ wann es aber vnterſchiedliche Sachen vnd capitula, wirdt/ ob gleich in einem vbel narriert/ darumb das gantz Reſcript oder Mandat nicht auffgehaben/ oder für nichtig gehalten.[c]

Damit aber ein Reſcript oder Mandat nicht für verdächtig/ vnd

das

a Tex. in c. 2. ne eſſe Canoniſt. inc. ſuper literis eod. tit.

a Per text. in d. c. ſuper lite. ... glo. & c. poſtula ... eod. tit.

b Bal. in c. ad audientiam. num. 10. de reſcript.

c Panorm. in c. ſi ... Felix. eod. de reſcript.

daß es mit Verſchweigung der Warheit außbracht/ zu halten/ iſt es nicht genug die That oder Geſchicht in gemein werde angereget/ ſondern das auch geſetzt/ wie ſich ſolche That zugetragen.[d]

Es iſt auch offenbares Rechtens/ daß ein jedes reſcriptum, dardurch die Sachen determiniert/ vnd einem ſein Eynred abgeſchnitten/ für ſich ſelber nichtig.[e]

Die clauſula iuſtificatoria iſt deß Innhalts/ daß der/ welchem mandiert/ entweder dem Mādat parier/ oder aber ſein Entſchůldigung/ warumb er demſelben zu gehorſamen nicht ſchůldig zu ſeyn vermeynt/ fürwende/ wird wie ein andere ſchlechte Citation/ gehalten/ hat auch Krafft vnd Wirckung einer gemeinen Citation/ alſo wo der/ welchem mādieret/ erſcheinet/ ſeine Vrſachen vnd Entſchůldigung fürzubringen begeret/ ſo wird die eynverleibte Straffe eyngeſtellt/ biß die Hauptſache erörtert/ vnd aus derſelben der Richter zu erlernen/ wer recht oder vnrecht.

d Gloſſ. ſing. in c. dilectus filium Abb. in Verb. Verybum de reſcript.

e Bald. in l. 1. num. 4. C. de colluſ. detegē. Iaſ. in l. 2. num. 22. circ. fin. C. ſi contra ius.

Von der iuſtificatori Clauſel.

XX.

Wann dann in ſolchen Fällen der Kläger/ ſo das Mandat erlangt/ wil beweiſen vnnd darthun/ daß ſolch Mandat ſtatt/ der Beklagte aber hergegen/ ſeine Vrſachen vorwenden wil/ warumb das Mandat zu caſſieren/ vnd widerumb auffzuheben ſey/ wird ſolcher Proceß/ als der Ordnung gemeß zugelaſſen/ alſo wo gleich der Kläger oder ſein Procurator allein auff die Straff dringen/ vnd die Hauptſachen nicht außzuführen willens/ wird er nicht gehört/ ſonder wird jhm aufferlegt in der Hauptſachen fortzufahren/ doch mag in einem Libel die Hauptſachen deducirt/ vnd die dem Mandat eynverleibte Peen begert werden.

XXI.

Im fall aber der/ welchem alſo cum clauſula zu erſcheinen mandiert/ nicht erſchiene/ was alßdann zu handeln/ darauff iſt die Antwort/ wann das Mandat/ wie ſich gebüret/ verkündet vnd inſinuieret/ daß alßdann wie in andern contumaciis, wider den außbleibenden/ als vngehorſamen zu procedieren/ vnd daß auff ſolche mandata, wie auff ein außgangne Citation/ der/ welchem mandirt/ zu erſcheinen ſchůldig.

XXII.

Wann dann jetzt erzehlter geſtalt/ auff ſolche außgangne mandata die Hauptſachen außgeführet/ vnnd man vrtheilen ſoll/ ſo ergehet das Vrtheil faſt alſo/ daß Beklagter nachmal bey der Straffe vnd Zeit/ dem Mandat eynverleibt/ dem Mandat zu geleben ſchůldig ſeyn ſoll. Vnd da der Beklagte nicht in allem/ ſondern allein in etlichen/ dem Mandat zu parieren/ wird daſſelbe in ſpecie vnd außdrücklich vermeldet.

Was der Mandata halber/ ſonderlich bey dem 23. Tittel deß andern Theils/ der Cammergerichts Ordnung nach/ der in Anno 55. auffgerichten Ordnung geendert oder verbeſſert.

Auß dem Speyriſchen Abſchied/ Anno 1570. fol. 23. facie. 1.

Fermer

Ferner ſtatuieren vnd ordnen wir/ daß auch zu mehrer Abkürtzung der Proceß/ hinfürters den ſondern Mandaten/ ſo ohn clauſula iuſtificatoria impetrieret/ Ladung ad videndum ſe declarari, &c. (ſo biß anhero ſeorſim außbracht) zu gleich angehengt/ vnd verfertigt werden ſoll.

## *METHODICA DE MANDATIS Tractatio.*

Proœmium. *QVoniam mandatorum doctrina, cum in aliis inferioribus iudiciis omnibus, tum verò maximè in auguſtiſſimo hoc Camerali, frequentiſſima eſt, ideoque digniſſima, in qua cognoſcenda paulò diligentius laboretur, operæ precium facturum me putaui, ſi illam concluſionibus certis comprehenſam accuratiori quodam ordine proponerem. Ita namque & textus autoris eo melius & declarabitur, & intelligetur, & hæc ipſa quoque doctrina facilius memoriæ infigetur.*

*I.*

Cæterum vt omnis dubitationi, quæ ex vocabulorum ambiguitate naſci ſolet, occaſio præcidatur, ſciendum eſt vocabulum mandati in duo iure noſtro ſignificata diſtingui.

*II.*

Aliquando enim extra iudicium ſignificat contractum Iuris gentium nominatum, in quo conſenſu & bona fide alter alteri negocium aliquod honeſtum gerendum efficiendúue committit. Alter verò, idq; gratis, ſuſcipit. *vt definit VVeſenb. in paratit. Digeſt. tit. Mandat. nu. 2. atque in hac quidem ſignif. Mandatum accipitur in tit. Mandat. Inſt. Digeſt. Codic.*

*III.*

Aliquando & quidem in iudicio præceptum Iudicis denotat *rubr. tit. Cod. de Mandat. princip. & l. 1. eod. tit. verb. ſi quis adſerat cum Mandat. noſtris ſecretis ſe veniſſe l. Manifeſtum eſt nuptiis contra mandata contractis C. de nupt.*

*IIII.*

Hinc non minùs eleganti, quàm accurata conſideratione *Petrus Friderus Mindan. lib. de Mandat. Iud. cap. 1.* illud conuentionale, hoc Iudiciale appellat, quòd illud extra iudicium, hoc non niſi in Iudicio locum habeat, & quod illud priuata partium conuentione abſq; autoritate Iudicis ineatur, hoc verò non niſi Iudicis autoritate & decreto interueniente ſuſcipiatur.

*V.*

Et quidem poſterius hoc, iudiciale nimirum mandatum, de quo nobis hic ſermo eſt, variis in iure appellationibus inſignitur, quæ tamen omnes in idem recidunt, & referuntur *à Fridero d. cap. 1. nu. 2.*

*VI.*

Omnia tamen frequentiſſima eſt Mandati appellatio, ipsâ praxi quotidiana ſatis ſuperq; atteſtante.

*VII.*

Eſt autem Mandatum Iudiciale præceptum, quod iudex competens plerumque ad inſtantiam partis ſupplicantis aduerſus alterum emittit. *d. titul. C. de Mandat. Princip. l. 8. ff. de Tutor. & Curat. Frider. d. cap. 1. nu. 2. ſic vt in eo* ipſum vel dare aliquid, vel facere, vel omittere iubeat, idq; plerumq; ſub comminatione certæ pœnæ, niſi pareatur. *Frid. d. lib. vn. de Mandat. cap. 3. n. 1.*

*VIII.*

Dixi primum Iudex competens, quia extra territorium ius dicenti impunè non paretur *l. final. de Iuriſd. tot. tit. C. ſi à non compet. Iudic.* Dixi ad inſtantiam partis quia recordandum hic eſt ſuprà traditæ doctrinæ, quòd citatio vel alius quiſpiam proceſſus à Iudice non decernatur, niſi ad inſtantiam partis, per ibi allegata.

Dixi

Dixi partis ſupplicantis, quia omnes Proceſſus in Camera imperiali per ſupplicationes extrahuntur, *vt ſupra part. 1. in initio ſtatim docetur.* Dixi plerumque, quia ſupra in doctrina de Citatione docuimus, Iudici quandoq; integrum licitumùe eſſe proprio motu in caſibus nonnullis, quos ibi magna ſui parte recenſuimus, abſque partis inſtantia, Citationem vel alium quendam proceſſum ad manus ſumere.

*IX.*

Sed an ſola ſupplicantis narrata hoc operari valent, vt Iudex nullâ ex actis præuiâ cauſſæ cognitione vel diſcuſſione habitâ, aliquid alteri, aduerſus quem mandatum in ſupplicatione decerni petitur, præcipere & mandare poſſit?

*X.*

Negandum quidem generaliter & indiſtinctè videbatur, tùm quòd præceptum abſq; cauſſę cognitione ſit inualidum, *l. 1. & l. 2. C. de execut. Rei Iudic. l. Negantis. C. de actionib. & obligat. l. Reſcripta. l. Quoties. 1. l. Nec damnoſa, §. 1. C. de precibus. imperat. offerend. l. fin. leg. etſi legibus. C. ſi contra ius vel vtilit. publ.* tum quòd iudicis reſcripta, non auditis prius & examinatis partium allegationibus, vicem rei iudicatæ non obtineant, *l. Iudex quis. l. programma. 6. l. 1. C. Comminationes, Epiſtolas, Programmata*, tum verò etiam quòd in quibuſcunque actibus præiudicialibus citatio partis & diſcuſſio meritorum cauſſæ requiratur, *l. in cauſſæ & cauſſa cognita. ff. de minor. l. prolatam C. de ſent. & interlocut. omn. Iud.*

*XI.*

Verùm, vt, quid de hoc ſentiendum ſit, rectè intelligere liceat, diuiſio mandati neceſſariò nunc ſubiicienda eſt.

*XII.*

Eſt autem Mandatum duplex vel cum clauſula iuſtificatoria, vel ſine clauſula iuſtificatoria. *Marant. part. 6. de ordin. iudic. tit. de ſentent. n. 27. & 28. Gail. 1. obſ. 19. & obſ. 13. 14. 15. 16. & 17. lib. eod. & li. 1. de pac. publ. ca. 5. & 6.* vbi paſſim mandati tàm cum quam ſine clauſula iuſtificatoria mentionem facit & vtriusq; naturam doctrinamq; eleganter declarat *Matthias Coler. de proceſſ. executiu. part. 1 cap. 2. nu. 231. & aliquot ſeqq. part. 2 ord tit. 23. Frid. li. de Mandat. Iudic. cap. 5. n. 3. Chriſtoph. Schvvanman. li. 2. Proceſſ. Cameral. cap. 15.*

*XIII.*

*Mandata cum clauſula iuſtificatoria, quæ & propterea iuſtificatoria vocantur, ſunt mandata, quæ, licet parti, aduerſus quam decreta ſunt, aliquid ſub certa pœna iniungant, eidem tamen poteſtatem relinquunt cauſſas & rationes, quamobrem mandato iſti parere non teneatur, proponendi, certo ad id præfixo termino, veluti Mãdo tibi, vt rem ablatam reſtituas Captiuum relaxes, amplius nõ turbes, vel ſi te ſenſeris grauatum, in termino præfixo cõpareas, cauſſas allegaturus, quare non tenearis mandato obtemperare, vel, ad terminum præfixum compareas, iuſtitiæ complementum habiturus.*

*XIV.*

Formula Mandatorum cum clauſula iuſtificatoria in Camera talis eſſe ſolet.

Wir Rudolff der ander von Gottes Gnaden/ erwehlter Römiſcher Keyſer/ ꝛc. Hierumb ſo gebieten wir euch/ (ſermo eſt de plurib.) von Römiſcher Keyſerlicher Macht/ bey Peen acht Marck lötigs Golts/ halb in vnſer Keyſer. Cam. / vnd zum andern halben Theil jhnen Klägern vnnachläßlich zu bezahlen/ hiermit ernſtlich vnd wollen/ daß jhr den nechſtē nach Vberantwortung oder Verkündung dieſes Brieffs/ obangezogenen Tham auff euwren Koſten widerumb eynreiſſet/ abſchaffet/ vnd das Waſſer in vorigen Stande vnd Staden widerumb bringet / Auch ſie Kläger in jhrem angegebenen Rechtmäſſigem poſſeſſion vel quaſi, vnd bey ordentlichen Rechten / deſſen ſie ſich erbieten / vnbetranget bleiben laſſet/ deme alſo vnd darwider nicht thut/ als lieb euch ſey obbeſtimpte Peen zu vermeyden/ daran geſchicht vnſere ernſtliche Meynung.

Jn fall jhr aber durch diß vnſer Keyſerlich Gebott beſchwert zu ſeyn / vnnd warumb Clauſula iuſtificatoria.

Bb ihr

jhr demſelben zu geleben nicht ſchüldig/ erhebliche beſtändige Vrſachen zu haben vermeynt. Alsdann ſo heiſchen vnnd laden wir euch von berürter vnſer Keyſer. Macht auch hiermit/ daß jhr auff den 23. Tag/ Monats Januarij ſchierkünfftig/ den wir euch für den erſten/ andern/ dritten/ letzten/ vnd entlichen Rechtstag ſetzen vnnd benennen peremtoriè, oder ob der ſelbig nicht ein Gerichtstag ſeyn wird/ den nechſtē Gerichtstag darnach ſelbſt oder durch einenvollmächigen Anwalden an demſelben vnſerm Cammergericht erſcheinet/ dieſelb ewer angemaſte Vrſachen vnd Eynreden in Recht/ wie ſich gebühret/ vorzubringen darauff der Sachen vnd allen jhren Gerichtstägen biß nach endlichem Beſchluß vnd Vrtheil abzuwarten. Jhr kommet vnd erſcheinet als dann alſo/ ꝛc.

XV.

Hæc inquam clauſula iuſtificatoria iudicem eiuſque præceptum iuſtificat, hoc eſt, efficit, vt iuſtum illud & æquum ſit, neq; pars grauamen ſibi aliquod impoſitum eſſe iure conqueri poſſit.

XVI.

Cum enim pars in termino comparet, mandatum hoc quo ad partem in vim ſimplicis citationis reſoluitur, *Gail.1.obſ.19.n.5.per ea, quæ ibi allegat, non quidem ſimpliciter & abſolutè, ſed quod effectus duntaxat ſuſpendatur per conſultum Cameræ Anno 76.factum, vt ſcribit præſtantiſſimus Iureconſultus Petrus Denaiſius Imperialis Cameræ Aſſeſſor in Iure Camerali nouiſſimè edito Rubric.mandatâ cum clauſula.§.2.*

XVII.

Vſq; adeò, vt tùm cauſſas ſuas, quamobrem Mandato parere non teneatur, ei proponere liceat. Quod dum fit, nullum parti præiudicium infertur, ſed exceptiones eius & cauſſales, vt appellant, diſcutiuntur, vt porrò non habeat quòd conqueratur, abſque cauſſæ cognitione, ſe non citata, aduerſus ſeſe in ſui præiudicium aliquid decretum eſſe.

XVIII.

Non igitur obſtat ſuprà allata dubitandi ratio. Hęc enim propriè Mandatis ſine hac iuſtificatoria clauſula cõuenit, quæ tamen quãdo licita ſint, infrà dicet.

XIX.

Quanquam & mandata cum clauſula in cauſſis plenè & ordinario iudicio diſcutiendis non temere, ſed faciliùs citationes decerni debeant *D. Petrus, Denaiſius d.loc.§.1. per conſultum Cameræ de eo factum Anno 76 vt ibidem refert.*

XX.

Sed antequam in doctrina mandatorũ iuſtificatoriorum ꝓgrediar, de vtriſque mandatis hîc generaliter notandum eſt, quòd, ſi procuratores mandata, in Camera ſine præfinito tempore extracta, intra annum in Cancellaria expedienda & deinde exquenda non curent, pro circumductis, caſſis, irritiſq; habeantur. §. Als ferꝛner/ *deputat.VVormac.de Anno 86.& conſtitutio in Comitiis Ratisbonæ Anno 94. habitis promulgata fol. (mihi) 10. his verbis:* Als ferꝛner Zweiffel vorgefallen/ wie es mit den Mandaten/ darinn keine gewiſſe Zeit præfigirt, vnd ob dieſelbige für annalia zu halten/ wollen wir/ daß dieſelbige (wie ſie auch billich ſeyn) pro annalibus gehalten/ vnnd derohalben/ da ſie die Procuratores innerhalb Jahrs Friſt bey der Cantzley nicht fertigen vnnd exequieren laſſen/ allerdings gefallen ſeyn ſollen.

XXI.

Porrò contra quos Mandata iuſtificatoria decernantur, videamus. Et certum eſt, quemlibet iudicem inferiorem aduerſus ſuæ iuriſdictioni ſubditos tàm mandata cum clauſula, quàm ſine clauſula iuſtificatoria decernere poſſe.

XXII.

Vt verò hoc in loco, quod ad ſupremum iudicem Cameram imperialem attinet, de mandatis iuſtificatoriis in ſpecie dicamus, in Camera mandata illa aduerſus eos tantùm decernuntur, qui eius iuriſdictioni immediatè ſubſunt, & primam ibi ſuam inſtantiam habent, veluti ſunt Comites Barones, Nobiles imperio

rio immediatè ſubiecti, & ciuitates imperiales. Quatenus enim mandatum cum clauſula à ſubdito vel ciuitate imperiali, vel etiã collegio quodam alio communitate & ciuitate municipali contra Comitem, Baronem, Dominum, Nobilem imperio immediatè ſubiectum impetrandum eſt, id in Camera impetrari debet. Quatenus hi contra ciuitatem imperialem tale mandatum impetrare volunt, vel ciuitas imperialis contra illos, idem quoque in Camera fieri debet, ſicut & ſi ſubditi vel alij qualeſcunq; illi ſint cõtra ciuitatem imperialem mandatum cum clauſula impetrare velint. *Gail. 1. obſ. 19. nu. 1.* vbi Mandata, inquit, cum clauſula in Camera nunquam decerni poſſunt, niſi iuriſdictio Cameræ quo ad Reum immediatè fundata ſit. *Frider. lib. de Mandat. Iudic. cap. 8. nu. 1. Schvvanmann. lib. 2. proceſſ. Camer. cap. 15. num. 5.*

XXIII.

Qui igitur priuilegium primæ inſtantiæ der Außträge habent, de quibus ſuprà *part. 1.* dictum eſt, aduerſus eos illo in reſpectu, quo priuilegium iſtud ipſis competit, mandatum cum clauſula in Camera impetrari nequit, & proinde in mandatis iuſtificatoriis auſtregæ locum habebunt. *Gail. d. obſ. 19. num. 1. argumento illorum, quæ ibi tradit. Frider. d. cap. 8. n. 2. Schvvan. d. cap. 16. nu. 5.*

XXIV.

Hæc tamen concluſio, fallit primò, ſi cauſſa in qua mandatum cum clauſula impetrandum eſt, ex ſua natura ad Cameram pertineat, veluti ſunt cauſſæ fractę pacis, pignorationum, & ſimiles. Tunc enim mandatum cum clauſula etiam aduerſus eos & inter eos, qui priuilegio auſtregarum gaudēt, in Camera impetrari debet. *Gail. d. obſ. 19. num. 1.*

XXV.

Fallit ſecundò, tradita cõcluſio ſi quis ex cauſſa ciuili incarceratus idoneam atq; ſufficientem cautionem (quæ fit fideiuſſoribus vel pignoribus. *l. ſi mandatum 59. §. final. verbo Paulus reſpondit, non videri mandati conditioni paritum, cùm in mandato adiectum ſit, vt idonea cautio à debitore exigeretur, ſi neque fideiuſſor neque pignora accepta ſint. ff. Mandat. l. 4. §. Addici. 8. verb. ergo cauendum eſt idoneè, quid eſt idoneè? ſatiſdatio autem pignòribus datis. ff. de fideicommiſſ. libertat.*) *relaxari non poſſit.* Tunc enim pro relaxando etiam contra Principem vel Electorem mandatum cum clauſula in Camera ſtatim, non attento auſtregarum priuilegio, impetrare poteſt; ideoque hoc caſu in mandato cum clauſula auſtregæ locum non habebunt. *Gail. 1. obſ. 1. n. 24. vbi hunc caſum inter eos refert, in quibus Camera ſtatim in prima inſtantia adiri poteſt Frider. d. cap. 8. num. 3. & 4.*

XXVI.

Ratio, quamobrem hoc ita fiat, occurrit multiplex tùm notoria nullitas, quia ex cauſſa ciuili in Carcerem nemo coniici debet. *l. non eſt ſingulis ff. de reg. iur. l. nemo carcerem. C. de exactoribus tributor. lib. 10.* multò minus idonea & ſufficienti oblata cautione in eo detineri, tum quòd periculum ſit in mora, ideoque, ſi ordinaria primæ inſtantiæ ſiue auſtregarum via ſuſcipienda foret, & per viam appellationis poſtea cauſſa ad Cameram deuolueretur, cum magno valetudinis & fortunarum incommodo in multos vſq; annos incarceratus in vinculis detineretur, quin immò facilè cõtingere poſſet, vt, ſi lis nimium protraheretur, vt ſanè multitudo cauſſarum in Camera pendentium lites plerumque immortales reddit, vel animam in iis exhalare mortemque oppetere cogeretur.

XXVII.

Quamuis igitur alias, vt ſuprà diximus, Mandata cum clauſula in vim ſimplicis citationis reſoluantur, hoc tamen in Mandato de relaxando captiuo non obtinet, ideoq; abſq; vlla litis conteſtatione Electori vel Principi vel alij cuidam magiſtratui immediatè imperio ſubiecto iniungitur, vt incarceratũ ad oblatam cautionem ex vinculis dimittat. Et forma pronunciandi talis eſt: In Sachen B.

Klägers contra A. Beklagten iſt erkandt/daß gedachter Beklagter die angebottene Caution anzunehmen / vnd jhnen den Kläger darauff ledig zu laſſen vnnd zu relaxieren ſchüldig ſey/ als wir jhnen Beklagten darzu condemnieren vnd verdammen. *Gail. 1. obſeru. 26. numero 4.*

*XXVIII.*

Ratio eſt ſupra allegata notoria nullitas, quia ex capite notoriæ nullitatis Iudex ante litis conteſtationem pronunciare poteſt, *text. in cap. final. de offic. Iudic. DD. in ca. per tuas de appellat. Gail. d. obſ. 26. num. 5. & 1. obſ. 78. nu. 4.*

*XXIX.*

Quod ſi tum Magiſtratus incarceratum non relaxet, reus, mandato cum clauſula reproducto, mādatum ſine clauſula impetrare poteſt, & demum quoq; arctiora mandata ſub pœna banni decerni poſſunt. *Gail. d. obſ. 26. nu. 6. allegans præiudicium in cauſſa Barbaræ* Winters contra Neiperg/ *Anno 65. Frider. d. c. 8. nu. 4.*

*XXX.*

Quin immò pro facti qualitate aliquando ſtatim Mandatum ſine clauſula pro relaxando impetrari poteſt, veluti ſi quis ex cauſſa ciuili, oblata maximè idonea & ſufficienti cautione, in carceribus duriſſimis cum magno valetudinis & vitæ periculo detineatur, & inde liberari nequeat. Ibi enim & periculum in mora verſatur, & factum aliâs ipſo iure prohibitum eſt, quòd nemo ex cauſſa ciuili in carcerem coniici debeat per ea, quæ ſuprà diximus, quo caſu mandatum ſine clauſula rectè ſtatim peti & decerni infrà docebitur. Atque ita in hoc relaxationis captiui puncto ſentit. *Gail. d. obſ. 1. numero 24. & 1. obſ. 133. nume. 10. Frider. d. cap. 8. numero 4.*

*XXXI.*

An autem is, qui mandatum iuſtificatorium impetrauit, in primo termino, mandato cum retrò ſcripta executione reproducto, libellum in ſcriptis exhibere teneatur, proximum nunc eſt vt diſpiciamus.

*XXXII.*

Quod quidem affirmandum videbatur, quoniam Mandatum per comparitionem aduerſæ partis in vim ſimplicis citationis reſoluitur. *Gail. 1. obſ. 19. num. 5. & 1. obſ. 78. num. 1.* vbi mandatum cum clauſula per comparitionem partis aduerſæ in ſimplicem citationem reſolui ſcribit.

*XXXIII.*

Iam verò Actor in ſimplici citatione libellum in ſcriptis in primo termino. *part. 3. ord. tit. 12.* §. zum andern/& quidem hodie articulatum ſub pœna abſolutionis à citatione per decretum generale Cameræ 23. Auguſt. Anno 85. 13. decembr. Anno 93. exhibere neceſſe habet.

*XXXIV.*

Idem igitur vt in mandato quoq; cum clauſula iuſtificatoria fiat, neceſſe erit.

*XXXV.*

Et quidem hoc ita olim obtinuiſſe tùm ex prædicta ratione conſtat, *tùm verò idem expreſſè affirmat Chriſtoph. Schvvanm. li. 2. proceſſ. Cameral. cap. 15. num. 1.*

*XXXVI.*

Verùm hac libelli exhibendi neceſſitate Actorem, qui Mandatum cum clauſula iuſtificatoria impetrauit, conſtitutio in comitiis imperij Anno 94. Ratisbonæ habitis ſoluit, vſq; adeo, vt libello opus non ſit, ſed reus cauſſas, quamobrem Mandato parere non teneatur, in primo termino in medium producere neceſſe habeat.

*XXXVII.*

Ita autem illa imperij conſtitutio ſonat: Dieweil auch circa Mandata cum clauſula gezweiffelt wirdt/ob der Kläger ehe vñ zuvor der Beklagt cauſalis eynbringt/libellum zu vbergeben ſchüldig/vnd da der Kläger derenthalben contumacirt würde/daß

jhme

[illegible] ſub comminatione abſolutionis à citatione zu gleich auch Caſſationis Man[illegible] ſolches zu thun aufferlegt werden ſolte / haben wir vns mit der Churfürſten / [illegible] / vnd anderer Ständt Rähten verglicchen / vnd wollen daß auß ſondern bewe[illegible] vnd guten theils durch Cammerrichter vnd Beyſitzer vnſers Keyſerlichen Cam[illegible]gerichts angedeuter Vrſachen / in ſolchen vorangezogenen Mandatſachen cū clau[illegible] libellirens nicht nötig / ſondern der citiert / warumb er dem Mandat zu par[illegible] nicht ſchüldig / auff den erſten *termin* vorbringen ſoll.

*XXXVIII.*

Nunc de exceptionibus contra emanatum, vt loquuntur, Mandatum iu[ſti]ficatorium & cum retrò ſcripta executione reproductum in primo termino, [ſicut] dictum eſt, opponendis producendiſuè, atque adeò de ipſa Mandati illius [pra]ctica ſiue proceſſu proximè dicendum erat; ſed prius oportet vt dicamus de Mandato ſine clauſula; aliâs enim ταυτολογεῖν, & idem bis dicere cogeremur, id quod & nauſeam lectori creat, & aliâs iuſtæ ordinis conuenientiæ repugnat.

*XXXIX.*

Cognito quid ſit Mandatū cum clauſula iuſtificatoria, ex pari contrariorum [ſci]entia facilè quoq; nunc cognoſcetur, quid ſit Mandatum abſque illa clauſula.

*XL.*

Vt enim Mandatum cum clauſula iuſtificatoria parti, contra quam decer[n]itur ſiue exit, liberam facultatem concedit in termino præfixo comparendi, & cauſſas, quamobrem mandato parere non teneatur, allegandi; ita abſq; clauſula hac iuſtificatoria, ſi te grauatum ſenſeris, venias eo die, iuſtitiæ complementum [h]abiturus, hoc Mandatum decernitur, ideoq́ue paritionem parti purè iniungit.

*XLI.*

*Mandata igitur ſine clauſulis ſiue pura vt Mindanus appellat, ſunt mandata, quæ parti, aduerſus quam diriguntur, rectà paritionem & executionem ſub certa pœna ſine vlla clauſula de allegando, ſi quis id ſentiat, grauamine iniungunt.*

*XLII.*

An igitur ab executione incipiunt, inquies? cùm tamen ſupra ſatis ſit demō[n]ſtratum, à mandato ſiue executione non eſſe incipiendum.

*XLIII.*

At verum quidem eſt, Mandata ſine clauſulis regulariter ipſo iure nulla eſſe [pro]pter modò dictam rationem, quòd ab executione non ſit incipiendum. *Gail. 1. obſ. [1]3. num. 1. & li. 1. de pac. publ. cap. 5. n. 1. part. 2. ordin. tit. 23*

*XLIV.*

Quod vſque adeo verum eſt, vt ſi cui ſine clauſula mandatum ſit, isque non pareat, in pœnam præcepti incidiſſe non dicatur, idq; ideo, quòd præcepta ipſo iure nulla ſint, & propterea impune ſperni poſſint. *Gail. d. obſer. 13. num. 2 per ea, quæ [i]bi allegat.*

*XLV.*

Verùm probè notandum eſt, quod dixi, Mandata ſine clauſulis regulariter non valere.

*XLVI.*

At verò in ſequentibus caſibus à mandatis ſiue præceptis iſtis ſine clauſula [ne]ceſſe incipere licet. Primò quidem, ſi factum, ſuper quo petuntur, ipſo iure pro[hibitum] mandatumuè ſit. Secundò ſi factum commiſſum tale ſit, quod abſque [u]lteriori cognitione & iniuſtum & iniquū & pœna adnimaduerſioneq; dignum [ſit]. Tertiò ſi parti pro mandato ſupplicanti tale grauamen ſiue damnum affera[t]ur, quod perpetrato negotio reparari nequeat. Quartò ſi factum illud publicæ [vt]ilitati aduerſetur. Quintò ſi moram ferre non poſſit, vel, quod idem eſt, ſi pe[ric]ulum ſit in mora.

*XLVII.*

Atque ita quidem ordinatio imperialis Cameræ edicit *part.2.tit.23. his verbis*: Es were dann / daß die Sach vnnd Handtlung / darüber die Keyſerlichen Mandaten zu erkennen gebetten / an jhr ſelbſt von Rechts oder Gewonheit wegen gebotten / vnnd wo dieſelbig begangē / auch ohn einige weiter Erkäntnuß für Straffwürdig oder vnrechtmeſſig zu halten / oder daß dardurch dem Anruffenden Theil ein ſolch Beſchwerd auffgelegt vnd zugefügt würde / die nach begangener That nicht wider zu bringē / oder daß die Sach wider den Gemeinen Nutz were / oder keinen Verzug leiden möchte / dann in ſolchen vnnd ſonſt anderen Fällen / in denen vermög der Recht à præcepto ohne vorgehende Erkäntnuß angefangen werden mag / ſollen vnd mögen durch Cammerrichter vnnd Beyſitzer Mandata ohne iuſtificatori Clauſul erkandt / vnnd ohn einig Widerrede oder Verhinderung volnzogen / vnd darauff wider den / ſo ſolche Mandata vbertretten / auff die darein verleybte Peenen / wie ſich gebührt / procedirt vnd verhandeln werden.

*XLVIII.*

Subiicit ordinatio, poſteaquam in ſpecie expoſuit, in quibus caſibus mandata ſine clauſulis iuſtificatoriis decerni queant, vnnd ſonſt in andern Fällen / in welchen vermög der Recht à præcepto ohn vorgehend Erkäntnuß angefangen werden mag.

*XLIX.*

Ecquinā verò ſunt caſus illi alij, in quibus ſine cauſſæ cognitione à præcepto incipi poteſt?

*L.*

Illi inquam caſus alij generalibus hiſce tribus ſubſequentibus regulis, quæ tamen effectu in idem recidunt, comprehendi doctrinæ cauſſa poſſunt. Prima regula eſt. Quoties caſus omni iure reprobatus eſt, vel factum, ſuper quo mandatum ſine clauſula iuſtificatoria petitur, tale eſt, quod nullo iure comprobari queat, rectè Iudex à Mandato ſine clauſula incipit, vel Mandatum ſine clauſula probè liciteq; decernitur. *Gail.1.de pac.publ.d.cap.5.num.7.& 1.obſ.13.nu.3.* Secunda regula eſt, ſi præceptum fiat ſuper eo, quod altera parte præſente & inuita concedendum foret. *Gail.allegat.loc.* Quoties enim actus explicari poteſt aliquo præſente inuito, tunc poteſt etiam eo abſente, ignorante, & non citato fieri. *l.26.verb. Qui poteſt inuitis alienare, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt. ff. de Reg. Iur. l.4.§.illud videamus 3.verb. & cum inuitis illis poſſunt bona propter libertatem addici, vtiq; etiam abſentibus, ff.de fideicommiſſ. libertat.l. Recuſare 6.in princ. verb. Nam etiam aduerſus abſentes poſtulatur decretum, ſiue certior ſit eorum voluntas recuſantium adire & ſuſcipere hereditatem, ſiue incerta, adeò præſentia eorum non eſt neceſſaria. ff. ad Senatuſc. Trebell. Tertia regula eſt. Quando certum eſt, alicui non competere defenſionem. Gail.d.obſ.13. num.3.circ.fin. per ea, quæ ibi allegat. & d.cap.5.num.11.*

*LI.*

Præter haſce generales regulas ita traditas, *Gailius d.c.5.libr.1.de pac.public.* ſupra ex ordinatione traditos caſus in ſex hoſce plenius euoluit atq; diſtinguit, & in his Mandatum ſine clauſula iuſtificatoria rectè peti & decerni tradit. Primò quidem ſi ſubſit iuſtus armorum timor. *leg. ſi cuius rei 13.§.3. vbi ita Vlpianus Iureconſultus ſcribit, Sed ſi inter duos fructuarios ſit controuerſia, Iulianus libro trigeſimo octauo Digeſtorum ſcribit, æquiſſimum eſſe, quaſi communi diuidundo Iudicium dari, vel ſtipulatione inter ſe eos cauere, qualiter fruantur. Cur enim (inquit Iulianus) ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt Prætor iuriſdictione ſua componere, quam ſententiam Celſus quoq; libro vigeſimo Digeſtorum probat, & ego puto veram. ff.de vſufr.* Secundò ſi res ſpectaret ad ſeditionē & tumultum, *l.penult.verb. Facilius hoc in decuriones fieri poteſt, ſit tamen, vt conſulto potius Principe & iubente id fiat, niſi forte tumultus aliter ſedari non poſſit. ff. ad L. Cornel. de ſicar. l. Opus nouum 3.in princ.verb. vel materiam ſeditionis præbeat ff. de operib. publ.l. Denunciamus 5.C.de his, qui ad Eccleſ.confug.* Tertiò ſi graue quoddam ſcandalum eu-

[illegible] euitari debeat. Quartò ſi caſus concernat vtilitatem publicam, propter quam à regulis iuris communis recedere licet, *vt elegãs textus eſt in l. Ita vulneratus § æſtimatio 2. verb. Multa autem iure ciuili contra rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe innumerabilibus rebus probari poteſt, ff. ad lge. Aquil.* Quintò ſi damnum irrecuperabile iniungatur vel iniungi timeatur. *l. 1. § final. & l. ſolet ff. de fer.* Sextò ſi periculũ ſit in mora *l. de pupillo § ſi tuos. verſ. præterea. ff. de nou. oper. nunciat.* per quem textum DD. tradunt, quòd vbicunq; eſt periculum in mora, à regulis iuris communis recedi ſoleat, & remittatur iuris diſpoſitio etiam prohibitiua. *Gail. d. obſ. [illegible] num. 4 & 1. obſ. 16. num. 19.*

*LII.*

Satis, opinior, perſpicuè, & prolixè, aut plus ſatis etiam prolixè, in quibus caſibus Iudex à præcepto ſtatim incipere ſiue Mandatum ſine clauſula iuſtificatoria decernere poſſit, expoſui. At facilè excuſatus ero iis, qui in materia difficili, quotidiana, & non omnibus obuia diligentiam ponere pulchrum exiſtimant.

*LIII.*

Quoniam verò exempla præceptorum quaſi ſponſores & vades ſunt, vt, quid ſit Mandatum ſine clauſula iuſtificatoria, plenius intelligatur, exemplum vnum ſubiicere placet.

*LIV.*

Formula autem Mandatorum ſine clauſulis iuſtificatoriis in Camera huiuſmodi eſt, & quidem hanc ſubſequentem *ex proceſſ. Cameral. Schvvanmann. lib. 2. cap. [illegible] pag. 132. maioris declarationis huc apponere mihi viſum fuit.*

Wir Rudolph der ander von Gottes Gnaden Erwehlter Römiſcher Keyſer / zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs / ꝛc. Entbiten / ꝛc. W. zu M. ꝛc. So dann J. P. zu S. vnnd P. F. von M. vnſer Gnad vnd alles Guts. Vnſerm Keyſerlichen Cammergericht hat vnſer vnd deß Reichs lieber Getrewer R. M. zu O. Supplicierend für vnnd anbringen laſſen / wiewol in den Gemeinen beſchriebenen Rechten / vnſern vnnd deß heyligen Reichs ſonderbaren Satzungen heylſamlich vnnd wol verſehen / daß keiner / was Würden Stands / oder Weſens der ſey / einen andern zu Recht genugſam geſeſſenen / vnnd der Rechtlichen Entſcheid wol leiden möge / ſeine Haab vnd Gütter / die jhme von Gott dem Allmächtigen beſchert / mit Gewalt ohne vorgehende gebührende Erkantnuß Rechtens de facto abnehmen / derſelben gäntzlich entblöſſen vñ entſetzen / ſondern da einer Spruch vnd Forderung zu dem andern zu haben vermeynt / ſich deß ordentlichen Weg Rechtens gebrauchen / vnnd damit allerdings begnügt ſeyn ſolle. Wiewol auch einem jeden Vnterthanen vnd Befelchhabern alle Rechtmäſſige Befelch ſeiner Herrſchafft getrewes Fleiſſes gehorſamlich zu exequieren / vnd zu vollnziehen / Eydes vnnd Pflichten halben oblige vnd gebühre. Deßwegen vnd propter parendi neceſſitatem keiner in Vngelegenheit geſetzt / viel weniger mit Annhemung vnd Eynziehung ſeiner ſelbſt eygen priuat Gütter (ſiquidem actus talis ſuperiori & mandanti non exequenti tribuatur) verfahren werden ſolte: So habe ſich doch in facto zugetragen vnnd begeben / als er Kläger auß empfangenem Befelch ſeiner Herrſchafft / ꝛc. P. vnnd W. von B. dir P. F. vmb daß du dich ſampt neben einem andern für E. D. von D. S. Beklagtens E. Vnterthanẽ (der in einer J. Mühlen für O. gelegen / die W. Mühl genannt / mit eigenthätlicher Abpfändung vnd Hinwegführung eines M. Pferdes daſelbſtẽ gefrevelt / vnd ſolches zu Abtrag auff N. N. Gülden Straff getheyding gehabt) dich bürglich eyngelaſſẽ / auch mit handgegebner Trew auff dem Wirtshauß zu gedachtem O. biß geſagte N. Gülden richtig gemacht / nicht zu weichen angelobt vnd verſprochen / doch angezogener deiner Hand Trew hindan geſetzt / nach dem du dem Wirt dein Schwelgen vnnd Banckethieren ziemlich tieff ins Regiſter kommen / neben den andern Schickungen vnd der Principaln dein Vrlaub hinder der Thür genommen / bey Nächtlicher weil heimlich vber Zaun vnd Dorff frieden / ohn Erlegung weder Abtrags noch auffgangenes Koſten vnd Zehrung / zu jhr der von B. groſſen Schmach vnnd Verkleinerung / außgetretten / vnd dich vergeſſentlich davon

gemacht habeſt/einen K. vnnd Gaul mit denen du vorlangſt hernach nahe vor der Pfor- den zu O. auff deren von B. vnſtreittiger Obrigkeit angetroffen worden/ daſelbſten ar- reſtirn vnd in Kummer gelegt/daß du nechſtverſchienen 94. Jahrs bey S. Beklagten L. vnd obuermelten Amptmann zu S. auff dein vngleichen vnnd viel zu vilten Bericht ſo viel zuwegen gebracht/daß jhme Kläger O. Garten in R. M. Gebiets gelegen/ ſo er weit vber zu Recht verjärte Zeit in ſtätiger vnnd rühiger poſſeſſion vnd Beſitz gehabt/als ſein Eygenthumb jederzeit genutzt vnd genoſſen/ſeiner darzu vnerfordert vnnd vngehört de facto gantz verbottener eygenthätlicher Weiſe durch ernenten J. P. zu S. abge- nommen/ vnd dir eyngeräumet worden ſeyn. Innaſſen du dieſelben noch auff den heuti- gen Tag alſo weniger dann mit Recht/ innhabeſt/ beſitzeſt/ nutzeſt/ genieſſeſt/ vnd er Klä- ger dardurch ſeiner wolhergebrachtẽ Poſſeſſion vñ Beſitzes gantz vnverſchulder Dingen ipſo facto ſpolirt/ entblöſſet vnd entſetzt worden. Ob nun wol gedachte von B. deßwe- gen an D. L. offtmals geſchrieben vnnd gebetten jhme Kläger als armen vnſchüldigen Dienern obgemelte Gärten widerumb eynzuräumen/mit dem vnterthänigen Erbieten/ da D. L. oder du P. F. dero Vnterthan vermeinen ſoltet/ der Sachen zu viel geſchehen ſeyn/ daß ſie von B. auff ſolchen Fall deßwegen Red vnnd Antwort geben wolten/ oder das auch er Kläger ſich ſelbſten/ da man ſeine Perſon in einigem Wege zubeſchüldigen befugt zu ſeyn vermeynen wolte/ zum Recht erbotten.

So habe doch biß anhero nichts fruchtbarlichs darauff erfolgen wellen/ ſondern ſeye D. L. auff jhrem Vermeynẽ beſtändiglich verharret blieben/ vnd müſſe er Kläger biß auff den heutigen Tag in Mangel ſolcher ſeiner Gärten zu ſeinem euſſerſten Schaden/ Nachtheil vnd Verderben ſtehen.

Wann nun diß obangezogenen Rechten/ vnſern vnd deß heyligen Reichs ſonderbah- ren Satzungen geſtracks zu wider lauffe/ auch er Kläger für ſeine Perſon mit dieſer Sachen nichts zu thun/ ſondern was er hierinnen vorgenommen/ auß rechtmäſſigem Befelch obbemelter von B. als ſeiner Herrſchafft/ die dann ſolch factum nochmals ratifi- ciren vnnd genehm halten/ geſchehen ſey/ zu deme nicht in ſeiner/ ſondern derſelben ſeiner Herrſchafft Macht ſtehe/ das arreſtiert Pferd vnd Karch jhme P. F. folgen zu laſſen/ alſo zu maln vnbillich ſeyn würde/ da er alterius odio, welches die gemeine Rechte gar nicht geſtatten/ prægrauiern werden ſolte/ daher diß factum nicht in terminis meri & ſimpli- cis ſpolij bleibe/ ſondern alſo beſchaffen/ daß es nullo iuris prætextu iuſtificiert werden könne/ in welchen Fällen vnſers Keyſerlichen Cammergerichts Iuriſdictio genugſam/ auch ex continentia cauſæ, dieweil D. L. vnd jhr verſchiedenen Gerichtszwängen vn- terworffen/ fundiert/ vñ à præcepto anzufahen vermög deß *23. tit. part. 3. ordin.* die Händ- de geöffnet. Solchem nach vmb diß Keyſerlich Mandat vnnd Ladung wider D. L. vnnd euch ſampilich zu ertheilen/ vnterthänig anruffen vnnd bitten laſſen/ auch erlangt/ daß jhme gebetene Proceß auff heut Datum erkänt worden ſeynd.

Darumb ſo gebieten wir deroſelben D. L. vnnd euch von Römiſcher Keyſerlicher Macht bey Peen acht Marck lötigs Golds, halb in vnſer Keyſerlich Cammer/ vnd dem andern halben Theil jhme Klägern vnnachläßlich zu bezahlen/ hiermit ernſtlich/ vnnd wollen/ daß ſie vnd jr den nechſten nach Vberantwortung oder Verkündung diß Briefs ohn Verzug vnd Eynrede jhme oblauts abgenommene Gärten zu ſampt auffgehabenen Nutzungen vnd Früchten reſtituiert/ widerũb eynräume/ zu handen ſtellen vnd erſtatten laſſet: Deme alſo vnnd weniger nicht thut/ noch hierinn ſäumig/ hinderſtellig/ oder vngehorſam ſeyet/ als lieb D. L. vnd euch ſey obbeſtimpte Peen zu vermeyden/ daran ge- ſchicht vnſere ernſtliche Meynung.

Wir heiſchen vnd laden D. L. vnd euch von benenter vnſer Keyſerlichen Macht auch Gericht vnd Rechtswegen hiemit auff denn 3. Tag Monats ſeptembris nechſtkünfftig/ glich/ den wir jhro vnd euch vor den erſten/ 2. 3. letzten vnd endlichen Rechtetag ſetzen vnnd benennen peremptoriè, oder ob der ſelb nicht ein Gerichtstag ſeyn würde/ den nechſten Gerichtstag darnach ſelbſt oder durch einen volmächtigen Anwalden an demſelbigen vnſerm Keyſerlichen Cammergericht zu erſcheinen/ glaublich Anzeig zu thun/ daß dieſem

*Commiſ.atio ſine clauſula.*

vnſerm

vnſerm Keyſerlichem Gebott alles ſeines Innhalts gehorſamlich gelebt ſey/ oder wo nicht/ als dann zu ſehen vnd hören/ D. L. vnd euch vmb ewres Vngehorſambs willen in vorgemelte Peen gefallen ſeyn/ mit Vrtheil vnd Recht ſprechen/ erkennen vnnd erklären/ oder aber rechtmäſſige Eynreden / ob dein L. vnd jhr einige hetten / warumb ſolche Erklärung nicht geſchehen ſoll/ vorzubringen/ vñ endlichen Entſchieds darüber zu gewarten. Wann D. L. vnnd jhr kommen vnd erſcheinen als dann alſo oder nicht/ ſo wirdt doch nichts deſto weniger auff deß gehorſamen Theils oder ſeines Anwalds Anruffen vnnd Erfordern fürnnen in Rechten mehr gemelter Erkändtnuß/ Erklärung vnd anderm gehandelt vnd procediert/ wie ſich das ſeiner Ordnung nach gebührt: Darnach wiſſe ſich D. L. vnnd jhr euch zurichten. Geben in vnſer vnd deß heyligen Reichs Statt Speyer am N. Monats A. nach Chriſti vnſers lieben HERRN Geburt N. N. ꝛc.

*LV.*

Cæterùm citatio hæc ad docendum de paritione, vel ad videndum & audiendum ſe declarari in pœnas mandato inſertas, aut ad proponendum cauſſas, quare illa declaratio fieri non debeat: An dieſem vnſerm Keyſerlichen Cammergericht zu erſcheinen/ glaublich Anzeig zu thun/ daß dieſem vnſerm Keyſerlichen Gebott alles ſeines Innhalts gehorſamlich gelebt ſey/ oder wo nicht/ als dann zuſehen vnnd hören D. L. vnd euch vmb euwers Vngehorſames willen in vorgemelte Peen gefallen ſeyn/ mit Vrtheil vñ Recht ſprechen erkennen vnd erklären/ oder aber Rechtmäſſige Eynreden/ ob dein L. vnd jhr einige hetten/ warumb ſolche Erklärung nicht geſchehen ſoll/ vorzubringen/ vnnd entlichen Entſchieds darüber zu gewarten/ etiam atque etiam expendenda eſt.

*LVI.*

Primò enim & citationem & clauſulam iuſtificatoriam mãdatum hoc continere, ideoq́; inter mandatum cum clauſula, & ſine clauſula nullam planè differentiam eſſe dicendum videbatur, eò quòd non ſolùm citetur pars ad certum terminum, ſed liberum quoque eidem arbitrium relinquatur exceptiones ſuas, ſi quas habeat, releuantes proponendi.

*LVII.*

Id quod & naturæ mandatorum ſine clauſulis, quæ nullam prorſus cauſſæ cognitionem deſiderant, per ea, quæ ſuprà adduximus, *& ipſi quoque ordinationi Cameræ part. 2. tit. 23. vbi omnibus exceptionib. via præcluditur, ver. Mandata* ohne iuſtificatori Clauſul erkandt vnd ohn einig Widerrede oder Verhinderung vollnzogen ex diametro aduerſatur.

*LVIII*

Verùm diligenter hoc loco recordandum eſt ſuprà traditæ doctrinæ, quòd hæc ſit clauſula iuſtificatoria: Si te grauatum ſenſeris, venias, Iuſtitiæ complementum habiturus, vel, cauſſas ad terminum præfixum proponas, quamobrem emanato, vt loquuntur mandato parere non tenearis; Im Fall jhr aber durch diß vnſer Keyſerlich Gebott beſchwert zu ſeyn / vnnd warumb jhr demſelben zu geleben nicht ſchuldig/ erhebliche Beſtändige Vrſachen zu haben vermeynt / als dann ſo heiſchen vnnd laden wir euch/ ꝛc. daß jhr an demſelben vnſerm Cammergericht erſcheinet/ dieſelb euwere vorgemaſte Vrſachen in Recht/ wie ſich gebühret/ vorzubringen.

*LIX.*

At verò talis quædam citatio in Mandato ſine clauſula neq; reperitur, neque locum habet. Ibi namque citatio fit non de exceptionibus ſiue cauſſis, quamobrem mandato parere non tenearis, proponendis, ſed de docendo, mandato paritum eſſe, & te paruiſſe, ſin minùs, de videndo audiendoq́;, te in pœnas mandato inſertas declarari. In mandatis iuſtificatoriis apponitur clauſula de cauſſis, quamobrem mandato parere non tenearis, allegandis; ſi quas habeas, in mandatis ſine clauſula non apponitur clauſula contra paritionem (id quod naturæ illorum mandatorum, vtpote quæ ſuper mero iure fundata ſunt planè contrarium

rium foret) ſed tantùm contra declarationem pœnæ in caſu non præſtitæ paritionis faciendam excipiendi & allegandi, *Petrus Frider. Mindan. li. de Mandat. Iudic. cap. 10. num. 3.*

LX.

Rationem ibi diuerſitatis aſſignat, quòd Mandata cum clauſula executionem potius comminentur, quàm intentent, Mādata autem ſine clauſula potiùs intentent, quàm comminentur, eò quòd ſuper mero iure fundata ſint.

LXI.

Ergonè, inquies, Mandata ſine clauſulis nullis exceptionibus elidi poſſunt? Poſſunt quidem, vt infrà docebitur: ſed quòd ſupplicationis narrata vſque adeò ſuper mero iure fundata ſunt, vt propterea non præſumantur exceptiones iſtæ, donec opponantur, & non credantur, donec probentur, citatio ad ſuprà dictum modum decernitur. *Confer Frider. d. cap. 10. nu. 3.*

LXII.

Et hac interpretatione ritè dextreq; intellectâ nō obſtāt verba ſuprà ex ordinatione Cameræ allata: ohn einig Widerrede oder Verhinderūg vollnʒogē. Quoniam enim, *in d. tit. 24.* diligens collatio inter Mandata cum clauſula & ſine clauſula iuſtificatoria inſtituitur, prōmtum inde fit, quòd ibi dicitur, nullis exceptionibus locum eſſe, hoc intelligendum eſt ita, quòd in Mandato ſine clauſula non apponatur clauſula opponendi exceptiones, quamobrem mandato parere non tenearis, ſicut fit in Mandato cum clauſula iuſtificatoria, ſed quòd Mandato purè abſque iſta appoſita clauſula parere iubeatur, nulla prorſus contra paritionem excipiendi in Mandato apponenda clauſula, quòd, ſicut dixi, propter manifeſtam facti repugnātiam tales exceptiones Reus habere non præſumatur. Ideoq; Reus, vt dixi, citatur ſimpliciter ad docendum de paritione, vel videndum & audiendum ſe declarari in pœnas Mandato inſertas, aut ad allegandum cauſſas, ſi quas habeat, releuantes, cur declaratio pœnæ fieri non debeat.

LXIII.

Ad ſummam in Mandato cū clauſula fit citatio ad proponendum cauſſas, in termino præfixo, quamobrem Mandato parere non teneatur, in Mandato ſine clauſula ad proponēdum cauſſas in euentum non factæ paritionis, quamobrem declaratio pœnæ fieri non debeat.

LXIV.

*Porrò citatio hæc ad docendum de paritione, vel ad videndum & audiendum ſe declarari in pœnas mandato inſertas olim Mandatis ſine clauſula, ſtatim vt exibant, ſola pignorationis cauſſa excepta, non inſerebatur, ſed reproducto demum mandato, ſeorſum impetranda erat, vt apparet ex Receſſu Imperij ſpirenſi Anno 70.* §. ferners auch. *Gail. 1. obſ. 15. nu. 3. & 4. Frider. d. cap. 10. num. 4.*

LXV.

Verùm quia hac ratione partes duplici ſumtu & proceſſu grauabantur, neq; committi debet, vt mandata eluſoria reddantur, *per l. ſi prætor. ff. de Iudic. per conſtitutionem Imperij Anno 70. in comitiis Spiræ habitis promulgatam* §. ferners auch generali ſanctione conſtitutū & prouiſum eſt, vt citatio illa omnibus Mandatis ſine clauſula inſeri & annecti debeat. *Gail. d. obſ. 15. num. 4. & Frider. d. loc.*

LXVI.

Quam quidem ſanctionem vtpote ſaluberrimam & tàm ad lites abbreuiandas, quàm Iudiciorum autoritatem ſartam tectam conſeruandam maximè idoneam, conſtitutio Imperij in comitiis Anno 94. Ratisbonæ habitis promulgata, hiſce verbis ſalutariter repetiuit: Denach aber vermög deß *in Anno 70.* ʒu Speyer verfaſten Reichs Abſchied alle Mandata/ ſo auch ohne Clauſul erkendt werden/ *cum annexa citatione ad docendum, &c.* außgehen ſollen / laſſen wir es auch nachmals bey derſelbigen allgemeinen Reichsſatʒung als wolbedacht beruhen/ vnd wollen/ daß derſelben durchauß

nach-

Digitized by Google

nachgangen vnd dergleichen Mandata ohne Eynverleibung ſolcher Clauſul der Citation *ad docendum, &c.* nicht außgefertiget werden ſollen:

LXVII.

*Et hæc quidem citatio, vt Mandato ſine clauſula inſeratur, in ſupplicatione nominatim peti debet, ſin minùs, proceſſus denegabuntur Memorial. Iudic. & Aſſeſſor. Camer. in viſitat. de Anno 79. §.* In was ſondern/ *vbi hæc verba habentur:* In was ſondern mehr Fällen die Mandata *ſine clauſula* zu erkennen/ iſt alles bey der Ordnung verſehen. Da dañ in ſolchem zuläſſigem Fall vmb Mandat ſuppliciert/ ſoll man allwegen ein Ladung/ wie in obberürtem Speyeriſchem Reichs Abſchied *verſ.* ferrners ſtatuieren/ ꝛc. geordnet/ darneben zu erkennen bitten/ oder aber dem Supplicanten ſein vnförmlich Begehren abſchlagen. *Giſner. in addit. ad tit. 23. part. 2. ord. non procul à fine. D. Denaiſius in Iure Cameral. Rubri. Mandata ſine clauſula. §. 8.*

LXVIII.

Porrò tradita concluſio, quòd omnibus ſine clauſulis Mandatis, (vt quidem vult citata Ratisbonenſis conſtitutio,) præmemorata citatio ad docendum de paritione, vel ad videndum & audiendum ſe declarari in pœnas mandato inſertas, aut ad allegandum cauſſas, quamobrem illam pœnę declarationem fieri non oporteat, inſeri debeat, limitationes quaſdam certas recipit.

LXIX.

Primò quidem limitatur, vt non procedat in Mandatis inhibitoriis, quibus Reus non ad faciendum, ſed tantùm ad non faciendum, hoc eſt, omittẽdum aliquid obligatur, videlicet ne attentet aliquid, ne offendat. *Frider. d. cap. 10. nu. 5.*

LXX.

Quomodo enim factum docebit, cum non factum ei ſit iniunctum, quomodo ſe feciſſe demonſtrabit, cum non facere ſed omittere aliquid ei fuerit mandatum?

LXXI.

Vnde conſtat, illam ipſam citationem à natura Mandatorũ inhibitoriorum planè eſſe alienam. Neque prius citatio ad videndum ſe declarari in pœnas peti poterit, quam Mandato contrauentum fuerit. *Frider. d. loc.*

LXXII.

Secundò limitatur *atteſtante Frider. d. loc.* vt rariſſimè annectatur cõpulſorialibus ad edendum acta.

LXXIII.

Quod ſi enim Iudex inferior ad terminum præfixum acta contumaciter non edat, actor in puncto reproductionis proceſſuum cõtumaciam Iudicis non parentis & accuſare, & citationem ad videndum ſe incidiſſe in pœnas compulſorialibus inſertas, aut fieri earum declarationem, & arctiores proceſſus petere poteſt.

LXXIV.

Tertiò etiamſi ſuprà à nobis traditum ſit, prædictam citationem ad docendum, &c. in ſupplicatione nominatim peti oportere, alias futurum, vt proceſſus denegetur; Friderus tamen dicto loco ſe meminiſſe ſcribit, Mãdatum ſine clauſula cum annexa citatione ad docendum fuiſſe decretum, licet in ſupplicatione ſimpliciter Mandatum ſine clauſula petitum eſſet.

LXXV.

Verùm quia ſuprà poſita Viſitationis Receſſus conſtitutio generaliter in ſupplicatione hanc citationem mandato annecti petendam eſſe edicit, & quidem ſub pœna reiectionis libelli ac denegationis Proceſſus, id quod volunt verba generalia. Soll man allwegen ein Ladung/ wie in obberürtem Speyeriſchem Reichs Abſchied geordnet/ ꝛc. zu erkennen tutiſſimum eſt, hanc ciationem Mandato annecti ſpeciatim petere. Id quod & Friderus d. loc. haud inuitus concedit.

Intelli-

*LXXXIV.*

Accedit, *quòd Gail. d. obſeru. 16. ſcribit*, meminiſſe ſe Mandatum ſine clauſula contra Reum imperio mediatè, ſubiectum in Camera fuiſſe decretum, vtin cauſſa Epiſcopi Mersburgenſis contra Iohannem à Dikauw 19. Auguſti Anno 30.

*LXXXV.*

Verùm hiſce non obſtantibus tenendum eſt, Mandata ſine clauſula non niſi contra immediatè imperio ſubiectos in Camera peti & decerni poſſe. *Gail. d. obſ. [illegible] num. 6. & obſ. 16. num. 12.* vbi contra Reum mediatè imperio ſubiectum Mandatum ſine clauſula in Camera decerni poſſe negat.

*LXXXVI.*

Non obſtat citata ordinatio. Loquitur enim de imperio immediatè ſubiectorum Iudice ordinario eoq; vel ordinationis der Außträge / vel Imperiali Camera.

*LXXXVII.*

Quin immò non niſi contra immediatè imperio ſuppoſitos Mandata ſine clauſulis in Camera peti & decerni poſſe apparet ex oppoſita Mandatorum cum clauſula & ſine clauſula *in d. tit. 24. part. 2. ordin.* facta oppoſitione & collatione. Illa Camera non decernit niſi aduerſus eos, immediatè imperio ſubiectos, qui iuriſdictionem Cameræ immediatè recognoſcunt, non autem contra eos immediatè imperio ſuppoſitos, qui peculiares Iudices habent. Hæc ita regula eſt, quæ de Mandatis cum clauſula *in d. titu. 24.* proponitur, quæ limitatur, vt non procedat, ſi cauſſa ad Cameram ex ſua natura pertineret, tunc enim & cõtra immediatè imperio ſuppoſitos, licet is etiam peculiares Iudices habeant, Mandatum cum clauſula decernitur: Hæc verò, intellige Mandata ſine clauſula, contra quoſcunq; immediatè imperio ſuppoſitos decernuntur, id quod arguit oppoſitio es were dann Sach. Antea enim ordinatio verba fecerat de partibus immediatis Cameræ iuriſdictioni immediatè ſuppoſitis.

*LXXXVIII.*

Non obſtat allegatum ex Gailio præiudicium. Expreſsè namque ibi adiicit Gail, hoc factum eſſe ratione bonorum, eò quòd mediatus ille bona feudalia immediatè ab imperio recognoſceret, in quibus quidem bonis nouum opus ædificanti nunciatum fuerat.

*LXXXIX.*

*Porrò ſuprà citatam ordinationem ex d. tit. 24. verſ.* Wolte aber in angeregten Fällen / *vbi expedito Mandati puncto Reum poſſe Actorem coram ſuo ordinario iudicio conuenire dicitur, cum grano ſalis ſiue diſtinctionis attemperamento, ſaluo tamen rectius ſentiẽtium iudicio, accipiendam eſſe exiſtimo.*

*XC.*

Sic autem diſtinguo: Aut factum exorbitans, ſuper quo Mandatũ ſine clauſula iuſtificatoria petitur, ita cum negocio principali cohæret, vt vnum abſque altero expediri non poſſit, & tunc, quoniam etiam ſuas exceptiones ſub & obreptionis in mandato ſine clauſula Reus obtendere poteſt, quæ ſæpenumero ita comparaaratæ tamque prægnantes ſunt, vt Mandatum caſſent in nihilumq; redigant, Actorem, expedito mandati puncto, ſi ſententia feratur contra hunc, cauſſam à Camera ad ordinarium iudicium Rei, ſi fortè is auſtregarum priuilegio gaudeat, euocare non poſſe exiſtimo per ea quæ tradit *Frider. ſed ſub diſtinctione [illegible] 12. nu. 6.* Si verò ſententia feratur contra Reum, hunc quoq; in ea acquieſcere oportere, nec poſſe de negocio principali quæſtionem peculiarem in iudicio Actoris ordinario mouere actionemuè inſtituere ſtatuo. Et in hoc caſu deciſionem *d. verſ.* wolte aber *part. 2. ord. tit. 23. ceſſare exiſtimo.* Aut factum exorbitans, ſuper quo Mãdatum ſine clauſula iuſtificatoria decernitur, à negocio prin-

cipali ita diſtinctum prorſus ſeparatumq́; eſt, vt ſaluo negocio principali tolli & reſecari poſſit, eoq́; in caſu Reum coram Iudicio Actoris ordinario de cauſſa ſiue negotio principali diſceptare poſſe arbitror per ea, quæ ſcribit *Frider. d. cap. 8. n. 7.* Et in hoc caſu, vt mea quidem fert ſententia, loquitur ordinatio Cameræ *in d. §. wolte aber.*

*XCI.*

Quid enim in priori caſu vel Actor vel Reus proponet coram iudicio ordinario? Cum facto enim exorbitante ſublatum eſt totum negotium principale. Verbi gratia. Princeps contra Comitem impetrauit in puncto debiti confeſſati mandatum pœnale ſine clauſula. Reus oppoſuit exceptiones non numeratæ pecuniæ factæ ſolutionis ſed antapochæ nondum redditæ, & aliàs. Illis exceptionibus non attentis ad ſolutionem tàm ſortis, quàm intereſſe fuit condemnatus. Iam ſi expedito nunc mandati puncto & ſimul etiam deciſo negocio principali, Reus Actorem velit coram ordinario iudicio conuenire, qua de re illum conueniet? Super facto exorbitante non poterit, quia hoc cum negotio principali peremptum eſt, & negocium principale cum facto exorbitante. Nihil igitur hac quidem in cauſſa coram ordinario Iudicio contra actorem mouere poterit, aut, ſi de facto quidem moueat, ſtatim tamen exceptione rei iudicatæ à limine Iudicij depellетur.

*XCII.*

Vnde patet, dictam deciſionem ordinationis in §. *wolte aber* in eo caſu, quando factum exorbitans cum negocio principali ita indiuiſe, & tàm arcta atque indiſſolubili connexione cohæret, vt vno peremto & deciſo deciſum quoque ſit alterum, minimè intelligi poſſe.

*XCIII.*

Relinquitur igitur neceſſariò, vt in eo caſu accipi & intelligi debeat, quando factum exorbitans, ſuper quo mãdatum ſine clauſula petitur, à negocio principali ita planè ſeparatum diſtinctumq́; eſt, vt illud cauſſa principali ſalua reſecari & amputari poſſit.

*XCIV.*

*Hæc mea ſententia eſt, quam tantiſper triumphare patiar, donec quis meliora attulerit. Veniam tamen, ſi fortè à veritate, quod tamen non puto, deuiauerim, facilè merebor, quòd in tanta ſcriptorum copia ego vnus de omnibus hoc primò monuerim.*

*XCV.*

Porrò etſi nullum planè ſit dubium, quin ſubditi aduerſus Magiſtratus ſuos vel viâ actionis ordinariâ, vel mandatis cum clauſula iuſtificatoria, vel id genus aliis proceſſibus, cum debita tamen veniæ præfatione, coram ſuperiori ipſorum Magiſtratu experiri poſſint, vt ſuprà de auſtregis diximus; haud tamen ſatis expeditum eſt, an ſubditis aduerſus Magiſtratum ſuum mandatum ſine clauſula decerni poſſit.

*XCVI.*

Quia verò ex contrariis iuxta ſe poſitis veritas eluceſcit, ita quidem, vt non immeritò Baldus noſter dixiſſe, crebriſque vſurpaſſe ſermonibus videatur, ferro (vt ipſe loquitur) viam aperire illos qui tranſeunt per contraria, recenſebimus primùm argumenta negatiuæ ſententiæ, poſtea quoque cogitaturi, quid pro affirmatiua dici poſſit.

*XCVII.*

Et prima quidem ratio ex diuinis literis, quarum autoritas omni exceptione maior eſt, deſumenda videtur, quòd in iis Magiſtratum reuerenter colere iubeamur, vt teſtis eſt, *Diuus Paulus ad Tit. cap. 3. in princ.* quòd omnis Magiſtratus ſit à Deo, &, qui reſiſtit Magiſtratui, Dei ordinationi reſiſtat, *Rom. cap. 13. in princ.* Tantum igitur abeſt, vt mandatum ſine clauſula ſubdito aduerſus Magiſtratum impe-

impetrare aut decernere fas ſit, vt & ordinationi Dei reſiſtere velle videatur, qui tale quippiam aduerſus Magiſtratum intentare auſit.

XCVIII.

Secunda ratio eſt, quòd præſumptio regulariter pro Magiſtratu militare ſoleat, quòd ille iuſtâ motus ratione ad aliquid agendum proceſſerit. *c. in præſentia de renunciat. c. ſicut nobis de ſentent. & re Iudic. l. 2. C. de offic. ciuil. Iudic. Alciat. 3. reg. princ. præſumpt. 16. Gail. 1. obſ. 16. numer. 5.* Facit huc, quod nunquam præſumatur Principi aliquid placere, niſi quod iuſtum & verum ſit. *l. final. C. ſi contr. ius vel vtil. publ. & l. Digna vox C. de legib.*

XCIX.

Tertia ratio eſt, quòd, qui iure publico vtitur non videatur iniuriæ cauſſa facere, eò quòd iuris executio non habeat iniuriam. *l. Iniuriarum 13. §. is qui iure publico ff. de iniur.*

C.

Quarta ratio eſt, quòd, ſi ſubditis aduerſus Magiſtratus ſuos mandata ſine clauſula iuſtificatoria concedenda forent, ea ipſa re ad ſeditionem ſubditi contra Magiſtratus ſuos inſtigarentur, cum tamen ſuprà à nobis dictum ſit, mandatorum ſine clauſula remedium à iure ſalutariter inuentum atque introductum eſſe, atq; hac ratione quod ſalubriter pro vtilitate hominum introductum foret, id duriori quadam interpretatione contra ipſorum commodum produceretur ad ſeueritatem, id quod nulla Iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur. *leg. 25. ff. de legib.*

CI.

*Hinc quintò in Memoriali Viſitationis de Anno 68. conſtitutum eſt, ne rebellandi facilè miniſtretur occaſio, vt nè ſubditis contra Magiſtratus inaudita eorum informatione Mandata ſine clauſula decernantur. Petr. Denais in Iure Cameral. Rubric. Mandata ſine clauſula. §. 5.*

CII.

Sexta ratio poſita eſt in conſtitutione Imperij, in Comitiis Ratisbonæ Anno 94. habitis promulgata, vbi Mandata ſine clauſulis ſubditis contra Magiſtratus non facilè concedenda eſſe edicitur, §. So ſoll auch zum fünfften *verb.* vnnd ſonderlich in Acht genommen werdẽ / daß ſolche oder dergleichen Mandata den vnmittelbahren Vnterthanen wider jhre Obrigkeit / vnnd da die narrata nicht veriſimiliter beſcheint / nicht leichtlich erkendt.

CIII.

À parte affirmatiua ſequentia faciunt argumenta. Primò enim Dominus apud Ieremiam *cap. 22. dicit*: Facite Iudicium & Iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris. Ergo ſi Magiſtratus inferior ſubditos ſuos inſolẽter & inhumaniter tractet, & iniuſtis ipſoque iure prohibitis oneribus tantum non opprimat, rectè illi ſuperioris Magiſtratus auxilium implorare, ab eoq; Mandatum ſine clauſula aduerſus iniquum illum Magiſtratum obtinere poſſunt.

CIV.

Quid? quod ad Iudicis officium ſpectet prouidere, ne alicui fiat violentia, & ne potentiores opprimant minùs potentes. *l. illicitas in princ. & §. Ne potentiores ff. de offic. Præſid.*

CV.

Facit tertiò textus *in c. ſcire 23. q. 8. ibiq; gloſ.* vbi dicitur, quòd Epiſcopi debeãt defendere ſubditos propulſando iniurias, *& in ca non inferenda 23. q. 3.* vbi Moyſis, qui Hebræum ab Ægyptio iniuriam accipientem defendebat, exemplum refertur.

CVI.

Quartò Iudex dicitur Miniſter Dei in terris. *c. non ſolum, q. 5.* & eius Iudicium cenſetur prodire de vultu Dei. *c. vt noſtrum in princ. de appell.* At de vultu Dei non

egreditur niſi Iuſtitia & veritas, ipſo Domino affirmante, Ego ſum via, veritas, & vita *Ioh.cap.14.& in pſalm. 24.ſcriptum extat:* Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Quamdiu autem Iudex ſequitur veritatem & iuſtitiam, Iudex & miniſter Dei dicitur, cum verò facit iniuſtitiam, non eſt miniſter Dei, ſed potiùs Diaboli, nec Iudex dicitur, *c.Iuſtum 23.q.2.Marant.diſp.1.n.16.* Talis autem Magiſtratus, qui fines officij ſui excedit, & abſq; cauſſæ cognitione in præiudiciũ alterius procedit, non eſt Iudex, ſed priuatus reputatur, vſq; adeò, vt ei impune non pareri & licitè reſiſti poſſit, quòd tanquam priuatus procedere dicatur, *c. conquerent de reſtitut.ſpoliato.l.Prohibitum eſt 5.verb.vt etiamſi officiales auſi fuerint à tenore datæ legis deſiſtere, ipſis priuatis reſiſtentibus, à facienda iniuria arceantur. C.de iur.fiſci li.10. Menoch. de recuper. poſſeſſ.in 8.remed.n.9.Marant.diſputat.1.nu.17.Gail.2.obſ.76 .nu.2.*

*CVII.*

Hinc ſpoliatus à Iudice, abſque cauſſæ cognitione procedente, ante omnia reſtitui debet, perinde ac ſi à priuato ſpoliatus eſſet. *d.c.conquerente de reſtit.ſpoliat. & l.Meminerint.C.vnde vi.* Hinc Iudex iniuriarum conueniri poteſt, ſi extra Iudicium alicui iniuriam faciat. *l. Nec Magiſtratibus.ff.de iniur.* & plura in hanc ſententiam affert. *Gail.d.obſ.76.* quem ibi omninò vide.

*CVIII.*

Quinta ratio eſt, quòd indiſtinctè, *in part.2.ord.tit.23.* dicitur, quòd mandatum ſine clauſula iuſtificatoria decerni poſſit, quando id, ſuper quo mandatum iſtud petitur, ipſo iure præceptum eſt, vel ſi factũ perpetratum ſine vlteriori cognitione iniuſtum ſit, iniquum, & animaduerſione dignum, vel ſi parti, negocio perpetrato, irreparabile damnum inferatur, vel publicæ vtilitati aduerſetur, vel deniq; periculum in mora ſit. Nulla ſit ibi diſtinctio, ſed generaliter pronunciatur, in his caſibus mandatum ſine clauſula decerni poſſe. Vbi autem lex non diſtinguit. neq; nos diſtinguere debemus. Quoniam igitur in hiſce caſibus ſubditorum cauſſa contra Magiſtratus non excipitur, quidni dicamus, etiam ſubditis cõtra Magiſtratus Mandatum ſine clauſula in huiuſmodi caſibus decerni poſſe?

*CIX.*

Quod tamen hactenus procedit, ſi narrata ſupplicationis & in caſibus iſtis fundata ſint, & veriſimilia appareãt. *d.conſtit,Ratisbon.*§. So ſolle auch zum fünfften *Frider. lib. vn.de Mandat.cap.13 .nume.4.verſ. Vnde & dicta Ratisbonenſis conſtitutio & nu.14. & 15.eod. cap. Gail.1.obſ.17.nu.1. verb.quando videlicet ex narratis ſupplicationum conſtat.*

*CX.*

Hinc, quia Princeps in contractibus iure priuatorum vtitur, & proinde contractum cum ſubditis initum perinde ſeruare tenetur, atq; priuatus *Caſtrens.in L. Digna vox C. de legib. numer.5.* Subditus, qui Principi aliquam pecuniæ ſummam mutuo dedit, Syngrapha Principis in Camera producta mandatum pœnale ſine clauſula de ſoluendo impetrare poteſt, quoniam, ſi Princeps ipſe præſens foret, proprio inſtrumento executionem paratam habenti contradicere non poſſet, *vt videtur Fridero d.cap.13.num.9.*

*CXI.*

Cui non obſtare puto, quòd varia cõtra Syngrapham excipi poſſint, In mandato autem ſine clauſula, vt infrà docebitur, præter exceptionẽ maleficij, bãni, priuationis, & ſimilium ſola exceptio ſub & obreptionis admittatur. Nam ex ſub & obreptionis capite latiſſimus eſt excipiendi campus, *vt tradit Frider.lib.de Mandat. Iudic.cap.15.num.5.& nos infrà docebimus.*

*CXII.*

Cæterùm præiudicia Cameralia, quibus ſubditis, *ex part.2.ord.tit.23.* bene & veriſimiliter narrãtibus arctiſſima ſine clauſula mandata decreta ſint, refert *Frider.d.cap.13.num.14.*

Ne verò

CXIII.

Ne verò ſubditi ad rebellionem quandam aduerſus Magiſtratum fiducia huiuſmodi mandatorũ armenť, Iudex in decernendis iis non facilis, ſed omnib. diligẽter expenſis circũſtãtiis videre debet, an etiam narrata ſupplicationis ſuper caſibus, quos refert *ordinat. part. 23. tit. 2.* ſint fundata, & veriſimilia appateãt.

CXIV.

Maximè verò ſi de angariis & parangariis atq; operis inſolitis conquerantur ſubditi aduerſus Magiſtratus, quòd hæc res cauſſæ cognitionem requirat, Camerã ſubditis aduerſus Magiſtratus ſuos Mandatũ ſine clauſula ſtatim decernere nõ poſſe planè mihi perſuaſum eſt, vt patet ex iis, *quæ tractat Gail. d. obſ. 17. li. 1. per tot.*

CXV.

Non obſtat ratio prima, quia de Magiſtratu loquitur Paulus, quatenus iuris, veritatis nimirũ, & iuſtitiæ ordine ſeruato, procedit, nõ autem quatenus Tyrannicè omnia & inſolenter aduerſus ſubditos ſuos agit, eosq; iniuſtè premit. Tunc enim, executa Magiſtratus & Iudicis perſona, nomen Diaboli induit. Et tunc locum habet illud Actor. 5. πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις *oportet Deo magis obædire quàm hominibus.*

CXVI.

Non obſtat ratio ſecunda, quia illa procedit, niſi alia coniectura ſit in contrarium, vt, ſi ſolitus ſit aliquid iniuſtè facere. *Innoc. in c. diuerſis nu. 3. de cleric. coniug. Alciat. d. præſumt. 16. nume. 6. quia tunc & contra Magiſtratum præſumitur, d. c. conquerente de reſtit. ſpoliat. Gail. d. obſ. 17. num. 7.*

CXVII.

Non obſtat ratio tertia, quatenus Magiſtratus Iuris ordine ſeruato ſiue per executionem Iuris procedit, ſecus eſt, ſi alicui iniuriam faciat; tum enim & ipſe iniuriarum tenetur. *d. l. Nec Magiſtratibus 23. ff. de iniur.*

CXVIII.

Non obſtat ratio quarta, quia tùm demum ſubditis ad ſeditionem feneſtra patefieret, ſi Magiſtratus ſuperior legitimis iuris remediis ipſos contra violentiam & Tyrannidem inferioris Magiſtratus non defenderet. Tum enim omni obœdientiæ iugo excuſſo non viâ iuris, ſed facti Magiſtratui reſiſterent, eumq; ſine dubio de ſtatione ſua deturbarent.

CXIX.

Neque moramur deniq; rationem quintam & vltimam, quia non ſimpliciter mandata ſubditis contra Magiſtratum decerni prohibentur, ſed tantùm quòd non facilè, & quando narrata ſupplicationis veriſimilia non appareant, vt ipſa conſtitutionis Ratisbonenſis verba ſatis teſtatum faciunt.

CXX.

Ex quibus omnibus perſpicuum manifeſtumque euadit, quatenus narrata ſupplicationis & in caſibus in ordinat. *part. 2. tit. 23. præfinitis fundentur*, & veriſimilia appareant, ſubditis contra Magiſtratus ſuos mandata ſine clauſula in Camera decerni poſſe.

CXXI.

Docuimus ſuprà Actorem ſiue Impetrantem in cauſſis Mandatorum cum clauſula per conſtitutionem Ratisbonenſem Anno 94. promulgatam libelli exhibẽdi neceſſitate planè ſolutum eſſe. Multò minus igitur Actor ſiue impetrans in cauſſis Mandatorum ſine clauſula, idque propter ſummariam & celerem illorum expeditionem, aliquem actionis libellum exhibere tenebitur. *Memorial. viſitati. de Anno 79. §.* Als da ſolch/ ꝛc. *Petr. Frider. Mindan. lib. de Mandat. Iudic. ca. 9. n. 4. & cap. 10. num. 6. Chriſtoph. Schvvanmann. lib. 2. Proceſſ. Cameral. cap. 16. num. 1.*

CXXII.

Sufficit igitur in his perfunctoria narratorum mandati, loco libelli, repetitio.

*Friderus dicto capit. nono, numero quarto, Schvvanmann. dicto. loco.*

CXXIII.

Sicut etiam de Mandatis cum clauſula diximus ex præmemorata Ratiſbonenſi Imperij Conſtitutione, quòd in primo termino Reus, ſi mandato non paruerit, eoque ſe grauatum ſentiat, exceptiones ſuas ſiue cauſales, vt loquuntur, quamobrem Mãdato parere non teneatur, proponere neceſſe habeat; ſic etiam in Mandatis ſine clauſula Reus, vi & tenore Mandati, in primo termino aut de paritione docere, aut, cur in pœnas Mãdato inſertas declarari non debeat, cauſſas proponere tenetur. *Frider. lib. de Mandat. Iudic. cap. 15. num. 7.*

CXXIV.

Sed quid obtinet, ſi quidem Reus ille in primo termino compareat, ſed tamen neq; de paritione doceat, neque exceptiones ſiue cauſſas proponat, quamobrem declaratio pœnæ fieri non debeat, num ſtatim tùm pœna commiſſa erit, an verò denuò Reo paritio iniungetur, &, ſi quidem iniungetur, num purè, an verò ſub conditione, vt exceptiones producere ſuas adhuc poſſit?

CXXV.

Pœnam quidem commiſſam ſtatim eſſe iniquum foret, quòd abſens vel cõtumax denuò ſit vocandus. *Frider. d. cap. 15. nume. 7.* Et quamuis de poſteriori propoſiti problematis parte diuerſæ Dominorum Cameralium opiniones extent, plenæ tamen ampliſſimi Senatus Cameralis Anno 95. factæ reſolutioni, ſtandum erit, quòd hoc caſu Reo tempus ſub euentuali comminatione, præſertim ſi periculum ſit in mora, breuius præfigi debeat. Intra quem terminum ſi de paritione non doceat, & exceptiones vel nullas, aut certè planè friuolas opponat, non attentis exceptionibus illis, in pœnam Condemnabitur, & arctius mandatum decernetur. *Frider. d. cap. 11. nu. 7.*

CXXVI.

Ampliatur tradita concluſio, vt etiam procedat in eo, qui in primo termino comparet quidem, ſed exceptiones planè friuolas & irreleuantes opponit. Nam & in hunc euentualis fertur ſententia, vt, niſi intra breuem præfixum terminum mandato pareat, de eoque fidem faciat, nunc pro vt ex tunc, & tunc pro vt ex nunc in pœnas mandato inſertas declaratus eſſe debeat. *Frider. d. c. 15. nu. 8.*

CXXVII.

Ampliatur ſecundò, vt etiam procedat in eo, qui in termino comparet, & de paritione quidem docet, ſed non plenè. Nam & huic per euentualem iniungitur ſententiam, vt intra terminum breuem ipſi ad rem præſtitutum de paritione plenè facta doceat, ſin minùs, nunc prout ex tunc, & tunc prout ex nunc in pœnas mandato inſertas declaratus eſſe debeat. *Frider. d. cap. 15. n. 8.*

CXXVIII.

Limitatur tamen hæc ampliatio, ſi ex mandato & ſententia aut aliâs certum Reo explicatumq; eſſe potuerit, in quibus parendum fuerit. *Frider. d. loc.*

CXXIX.

Limitatur Principalis concluſio, vt non procedat, ſi facti enormitas mora, aut periculum paritionem præcisè iniungendam eſſe ſuadent. *Frider. d. cap. 15. n. 7.*

CXXX.

Porrò vt ad ipſas exceptiones, tàm in Mandatis cum clauſula, quàm ſine clauſula à Reo opponendas, quomodo illæ comparatæ, quales, & vnde petitæ eſſe debeant, gratum nunc promoueamus, primò, de mandatis cum clauſula, hîc in memoriam reuocandum fuerit, quòd aliquoties diximus, ea per comparitionem aduerſæ partis in ſimplicem citationem reſolui.

CXXXI.

Quæ igitur exceptiones, quando abſq; vllo mãdato à ſimplici citatione proceſſus ſit initium, locum habent: eædem quoque in mandatis cum clauſula admittentur. *Frider. d. cap. 15. in princ.*

ipſam

Digitized by Google

CXXXII.

Ipſam quoq; exceptionem ſub & obreptionis, quæ locum habet, cum mandatum falſa narrando, & vera reticendo eſt, impetratum, *Gail. 1. obſ. 14. n. 4.* Reus contra Mandatum cum clauſula obiicere poterit. *Gail. d. obſ. 14. num. 2. quòd omnia Principis & proinde etiam Cameræ Imperialis mandata cum vel ſine clauſula tacitam hanc conditionem habeant, ſi preces veritate nitantur, c. 2. de reſcript. communiter Canoniſtæ in c. ſuper literis eod. tit. Gail. d. obſ. 14. nume. 2.*

CXXXIII.

Huic tamen exceptioni ſub & obreptionis in puncto Mandatorum cum clauſula, articuli cauſſales, in quibus ipſa cauſſæ merita deducuntur, in euentum annecti ſolent, vt cum practica teſtatũ facit, *tum apparet ex formula à Schvvanmann. lib. 2. Proceſſ. Cameral. cap. 15. pag.* (*mihi*) *111 propoſita.*

CXXXIV.

In mandato ſine clauſula ſolæ ſub & obreptionis exceptiones olim admittebantur, nunc etiam maleficii, banni, priuationis, & ſimiliũ exceptiones, Reus per extenſionẽ ex Conſtitutione Ratisbonẽſi in Anno 94. factam obiicere poteſt.

CXXXV.

Hæc autem Conſtitutionis verba ſunt: Dann auch zum dritten / daß in Sachen *Mandatorum ſine clauſula* kein Außzug dann allein *ſub & obreptionis, item Maleficij, banni, priuationis* vnd dergleichen zu zulaſſen.

CXXXVI.

Quod tamen ad bannitum, qui prouocatione, defenſione, purgatione, reuiſione bannũ ſuſpendit, minimè extendi poſſe eleganter probat *Frid. d. c. 15. in prin.*

CXXXVII.

An igitur nullæ aliæ exceptiones, præterquam eæ, quas prædicta Imperij Conſtitutio recenſet, in puncto Mandatorum ſine clauſula à Reo obiici poſſunt? Quod quidem affirmandum videbatur propter particulam taxatiuam tantùm allein / *quæ excluſiua eſt, omnium aliorum caſuum extra orationem, in qua ipſa eſt poſitorum, l. 2. C. de patrib. qui filios diſtrax. l. ob æs C. de præd. minor. l. cõtractus. ff. de Reg. Iur. Euerhart. in Topic. legal. loc. à natura dictionuum taxatiuarum.*

CXXXVIII.

Verùm ego illâ ratione minimè attentâ tàm dilatorias, quàm peremtorias à Reo exceptiones obiici poſſe ſtatuo, hac tamen, quò ad dilatorias, adhibita diſtinctione, quòd eæ tantùm locum habeant, quæ perſonam vel Iudiciis, vel actoris, vel Procuratoris deniq; eius concernunt, quibus non oppoſitis Iudicium redderetur nullum.

CXXXIX.

Sic ſi contra aliquem mediatè imperio ſubiectum Mandatum ſine clauſula in Camera decerneretur, quoniam in dubio Reus comparere tenetur. *leg. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. l. ſi quis ex aliena. ff. de Iudic.* poſſet is exceptionem incompetentiæ Iudiciis in Camera proponere, quia, ſi hac non propoſita diſcuſſaq;, ipſi ſeſe negocio implicaret, nullitas proceſſus naſceretur, quòd defectus iuriſdictionis maximus ſit, vtpote ab ipſa cauſſa efficiente proueniens, & huiusmodi nullitas ſub ſtatuto vel ita quauis diſpoſitione nullitates reiiciente non comprehendatur. *Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 4. per allegata ibidem.*

CXL.

Sic ſi minor aliquis, ſine curatore, mandatum ſine clauſula in Camera impetraſſet, cùm certi iuris ſit minorem abſq; interuentu curatoris neque agere neq; excipere poſſe. *l. 2. vbi ita Imperatores reſcribunt: In rebus, quæ priuati Iudicij quæſtionem habent, ſicut pupillus tutore autore & agere & conueniri poteſt; ita adultus curatore conſentiente litem intendere & excipere debet. C. Qui legitim. perſon. ſtandi in Iudic.* vſque adeò, vt ſi curatorem non habeat, ei etiam inuito Curator ad litem dari debeat. § *Inuito*

Cc 4 *Inſtit.*

*Inſt.de Curatar,& proinde Iudicium ſine Curatoris interuentu cum minore agitatum ipſo iure nullum eſſe tradit Vant.de nullitat.ex defect.in habilit.nume.29.& 32.cum.ſeq Guilielm.de Cun.in l.1.C. Qui legitim.perſon.ſtand. in Iudic.vbi ſcribit,etiamſi Minor fideiuſſores daret, non tamen Iudicium contra eum agitatum conualidari, cum enim non obligetur, obligationi autem fideiuſſor accedat §. in omnibus Inſt. de fideiuſſor. non poteſt fideiuſſor accedere. l.cum lege.ff.de fideiuſſor.l.2.§.1.ff.qui ſatiſd.cog.Spec.in tit.de actore verſ. Sed quid ſi minor colu. 4.neque diſtinctio.l. Si curatorem habens.3. C.de in integr.reſtit.minor.in Iudiciis locum habet gloſſ.Bartol.Caſtrens. & alij in l.pen. C.Si aduerſ.rem Iudicat.* an non in Reus in termino comparens, in puncto Mandati ſine clauſula, contra minorem illum excipere, quòd ſine interuentu curatoris non habeat legitimam perſonam ſtandi in Iudicio, &, ne Iudicium reddatur nullum, vt ei Curator ad litem detur, petere poterit? Vtiq; poſſe Reum, neq;, hoc puncto nondum enodato, ad paritionem teneri ſtatuo. Nullam enim omninò cauſſam quæ hoc ipſum impediat, obſtare; contrà verò rationem admodum euidentem, quæ hoc ſuadeat, vt nimirum nullitas Iudicij euitetur, neq; partes fruſtra inanibus litis ſumtibus & moleſtiis ſeſe diuexent, in promptu eſſe video.

*CXLI.*

Sic nulla planè cauſſa eſt, quamobrem contra actoris procuratorem non legitimatum, vel non ſufficienter legitimatum exceptio illegitimitatis ſeu defectus mandati obiici non poſſit, *ſiquidem ex hoc quoq; puncto Iudicium reddatur nullum, vſque adeo, vt exceptio iſta ad inualidandum proceſſum quandocunque opponi poſſit, l.licet C. de Procurator.c.in noſtra in fin.eod.tit.c.licet de appel. in 6.l.licet. ff.de Iudic. etiam ad mille annos. Bald.in le.2.C.ſi ex falſ.inſtrum.& alij,quos refert & ſequitur Vantius de nullitate ex inhabilitate ſeu defectu mandati num.59.*

*CXLII.*

Quod ad exceptiones peremtorias attinet, eas omnes pro diuerſorum factorum qualitate, veluti exceptionem tranſactionis, pacti, iuriſiurandi, rei iudicatæ, factæ ſolutionis Reus opponere poteſt, *vt & Fridero placet d.cap.5.num.4.*

*CXLIII.*

Quid? quòd & ex ipſis cauſſæ meritis petitæ exceptiones aliquando & obiici poſſint, & admitti debeant, veluti in mandato executoriali de ſoluendo impetrato, contra quod ita excipi & obiici poteſt, quòd inſtrumentum debiti quarentigiatum ei extortum ſit, quòd contractus ſit ipſo iure nullus, veluti quòd contrahentes non habuerint contrahendi facultatem.

*CXLIV.*

Non obſtat ſuprà citata conſtitutio Ratisbonenſis, in qua tantùm exceptionem ſub & obreptionis, maleficij, banni, priuationis, in mandato ſine clauſula admitti debere ſancitur, ſicut nec à natura dictionis taxatiuæ ducta argumentatio.

*CXLV.*

Primò enim non omnes ſimpliciter exceptiones præter illas remouentur, ſed ſimiles admittuntur, id quod arguunt particulæ vnd dergleichen. Quoniam autem hæ particulæ banni, maleficij, priuationis exceptionibus annectuntur, eæ autem tales ſunt, vt contra perſonam tàm Iudicis, quàm actoris ad iudicandum & agendum propterea minùs idoneam opponantur, eamque à limine iudicij repellant, conſequetur, dilatorias illas, quas nos ſuprà recenſuimus, vtpote quæ ſimiles ſint, & non minùs Iudici, quàm Actori obſtent, rectè in hoc mandatorum ſine clauſula puncto obiici poſſe. Sic allatæ exceptiones peremptoriæ litis quoq; finitæ ſunt, & actorem à iudicio repellunt. Quidni igitur & illæ obiici ponſitu? *Non obſtat igitur dictio taxatiua tantùm, quia caſu ſimiles vel ſimilem rationem habentes nunquam excludit, text.in l. Ita nobis putor & ibi Cyn. Angel. & Salicet.notant. C.ad l. Iul. de adulter. Euerhard. in loco à natura dictionum taxatiuarum verſ. Secundò limitatur, vbi plura allegat.* Accedit, quòd hæ, quas dixi, exceptiones omnes materialiter ſub ipſa

ipſa ſub & obreptionis exceptione comprehendantur, vt quæ inde duci & peti ſolent, ſic vt nihilominus prædictæ imperij conſtitutioni autoritas ſua hac ratione ſalua ſartaque tecta permaneat.

*CXLVI.*

Quòd autem dixi, interdum ex ipſis meritorum cauſſæ viſceribus exceptionem peti, hoc modò de exceptione ſub & obreptionis intelligendum eſt, & rurſus hoc nō aliter procedere, quam ſi factum principale, & factum, vt loquuntur, exorbitans tàm arcta & indiſſolubili connexione cohærent, vt nullo modo diſſolui poſſint. Verbi gratia. Vnde in mandato pœnali executoriali de ſoluendo exceptionem ſub & obreptionis petes, ſi non ex ipſis quaſi intimis principalis negocij penetralibus?

*CXLVII.*

Si verò factum exorbitās à negocio principali ſeparatam & diſtinctam rationem habet, exceptio ſub & obreptionis releuans ex requiſitis conſtitutionis, & legis, vel ex ipſo facto factiue qualitate peti poteſt. Verbi gratia. Tu mandatum ſuper conſtitutione pignorationis aduerſus me impetrâſti: Ego verò me non pignorâſſe, ſed tātùm turbâſſe excipio, & hac qualitate probata, deficiente conſtitutionis ſuper pignoratione requiſito vno eoque præcipuo, deficiet tota conſtitutio, & proinde mandatum impetratum caſſabitur.

*CXLVIII.*

Vnde conſtat, in hoc caſu inter ipſum factum exorbitans & negocium principale diligenter diſtinguendum eſſe, id quod ab Actore potiſſimùm attendendum erit, & obſeruandum aduerſus Reos, qui factum exorbitans nullo modo iuſtificare poſſunt, vt qui negocium principale cum facto exorbitanti miſcere ſoleant, vt iniquitati cauſſæ ſuæ quendam Iuſtitiæ prætextum obtendant. Tunc enim actor replicaturus, de ſolo facto exorbitante nunc quæſtionem eſſe replicabit, eamq; ob rem paritionem aut pœnæ declarationē meritis cauſſæ ad ſuum locum & tempus reſeruatis, vrgebit.

*CXLIX.*

Quod ſi enim huic effrenatæ Reorum à Scopo in alium quendam campum excurrendi, & cum facto ipſo iure iniuſto cauſſæ principalis perperam miſcendæ & confundendæ, petulantiæ fræni laxandi forent, ſi hæc inquam licentia illis permitteretur, vt factum exorbitans & merita cauſſæ in vnum quaſi chaos confunderentur, quando quæſo paritionis punctus expediretur, quando iniquitas facti caſtigaretur?

*CL.*

Mandata ſine clauſula tùm quidem certè finem ſuum non aſſequerentur, *contra conſtitutionem Imperij. par. 2. ord. tit. 24.* quæ ſicut, ſuprà dixi; factum iniquum ſtatim reſecari iubet, ipſis deinde cauſſæ meritis coram ordinario Iudice diſcutientis.

*CLI.*

Exemplum luce meridiana clarius habemus in conſtitutione pignorationis, ex qua vna ferè natura mandatorum ſine clauſula, vt aliquoties monet *Frider. lib. de Mandat. Iudic. inſigniter eluceſcit.* Hæc factum exorbitans, ipſam nimirum pignorationem, primùm reſecari iubet; hoc facto ius pignorationis deducendi pignoratori liberam facultatem permittit. Etſi verò & contra Mandatum ſuper conſtitutione pignorationis Reo ante paritionem ſub & obreptionis exceptionē opponere liceat, interim tamen cauſſa principalis ipſa ſiue ipſa merita cauſſę, quæ ius pignorationis concernunt, vt in excipiendo ante paritionem, cum facto pignorationis ipſo iure illicito & iniquo, à Reo confundātur, minimè omnium permitti debet.

Quod

CLII.

Quod autem ſcribit *Frider. d. c. 15. nu. 3. & 4.* ſicut in mandatis cum clauſula, præter dictas exceptiones ſub & obreptionis, banni, maleficij, priuationis admittantur etiam exceptiones; cauſſam principalē concernentes ſic in cauſſis Mandatorum ſine clauſulis, exceptiones ex ipſis viſceribus, & meritis cauſſæ principalis petendas non eſſe; id hactenus procedere exiſtimo, quatenus factum exorbitans à negocio principali ſeparatam & diuerſam rationē habet, ſin verò ambo tàm neceſſariâ & immediatâ connexione inter ſe coniuncta ſint, vt excipi non poſſit, quin & in ipſam cauſſam inuadendum ſit, ſanè neceſſitas tùm ſuadebit ex ipſis cauſſæ meritis exceptiones conquiſitas, in medium proponere

CLIII.

Conſtat ex iis, quæ hactenus tradita ſunt, in vtriſq; mandatis tàm cum clauſula, quàm ſine clauſula, exceptiones dilatorias & declinatorias, ſuprà tamen expoſita ratione obiici poſſe. Quęritᷣ nunc, vtrū ex cōſtitutione imperij in Anno 70. Spiræ promulgata, Reus, ſi dilatorias in hoc mandatorū punctoobiicit, litem in euentū ſimul cōteſtari cū annnexis in euentū reſponſionib. ſubiunctis peremtorialibus aut defenſionalibus, teneatᷣ. Et licet hoc in cauſſis appellationū ad huc obtineat per conſtitutionem imperij Ratiſbonæ Anno 94. promulgatā §. In Appellation Sachen/per eandē tamē cōſtitutionem hoc in cauſſis ſimplicis querelæ mutatū eſt, §. Wiewol wir nun *& ſeq.* tùm quòd hac ratione Reus, nimis curto ad libellum diu multumq; magna induſtria & ſtudio ab actore elaboratum excogitatumque reſpondendi, termino coarctarētur, tùm quòd hac ratione fruſtrà merita cauſſæ annecterentur, quando declinatoriæ ſufficientes iudicando pronunciarentur, tùm verò etiam quòd hoc pacto Reus contra omnia Iura Actorem inſtrueret, cauſſaq; ſua prodita ad ſeſe iugulandum ipſi arma ſuppeditaret. Itaq; Reus in ſecundo termino hodie declinatorias, cum euētuali litis conteſtatione, in cauſſis ſimplicis querelæ proponere, aut, ſi non habeat, litem conteſtari tenetur. Poſtea verò per interlocutoriam Iudicis dilatoriarum puncto expedito, aut litis cōteſtatione Reo iniuncta, vel ſi litis conteſtatione pro re nata opus non ſit, ipſe reſponſiones ad libellum, ſi hic quidem articulis diſtinctus exhibitus ſit, ſi verò ſummariè productus, defenſionales in Iudicio producere tenebitur.

CLIV.

Cùm verò eædem planè rationes obtineant in cauſſis mandatorum hoc quidem in pūcto, quæ in cauſſis ſimplicis querelæ, quod per prædictam imperij conſtitutionem Ratisbonæ ſcriptam ea in re ſtatutum eſt; idem quoq; in Mandatorum cauſſis obtinebit, *Frider. d. cap. 15. num. 10. circ fin.*

CLV.

Qualeſcunq; autem exceptiones in cauſſis Mandatorum opponantur, tàm ſummariè, quàm articulatim in Camera proponi poſſunt. *Memorial. Viſitat. Anno 79.* §. Als da ſolch *Chriſtoph. Schvvanmann. lib. 2. Proceſſ. Cameral. cap. 36. numer. 3. Frider. d. cap. 15. num. 9.*

CLVI.

Si tamen ex variis capitibus conquiſitæ & latiores ſint, articulis diſtinctè proponi debent, vſq; adeò, vt ſi exceptiones huiuſmodi ſummariè & indiſtinctè inferantur, ad articulandum redhiberi ſoleant, vt actor eò commodius ad ſingulas exceptiones replicare queat. *Frider. d. capitu. 15. numer. 9. Idq; in Camera obſeruatur Frider. d. loc.*

CLVII.

An autem hæc per articulos exceptionum diſtinctio ſiue diffuſio in cauſſis mandatorum ſine clauſulis tolerari, & an ordinaria in iis probandis via admitti debeat, quæritur.

Et quam.

Digitized by Google

*CLVIII.*

Et quamuis alij diffuſionem hanc non ferendam, neq; ordinariam probandi viam, ſi teſtibus res probanda ſit, admittendam, ſed vnam eamq́; breuiorem pro omni dilatione indulgendam eſſe ſtatuant, alij verò circa exceptionum breuitatē nihil certi ſtatui poſſe exiſtimantes, breuiores dilationes, non amplius trium vel duorum menſium vel vnius quoq; menſis ſpacio pro negocij tamen qualitate, diſtantia loci, & multitudine teſtium indulgendas eſſe cenſeant; ego tamen illorum ſententiæ ſubſcribo, qui modum contrahendi exceptiones non facilè inueniri poſſe arbitrantur: eò quòd Procuratores exceptiones, quales à partibus earumq́ue Aduocatis tranſmittuntur, exhibere teneantur, &, ſi releuantes exceptiones ſint, ad ordinariam probationis viam eas admittendas eſſe, eamq́; minimè immutari poſſe ſtatuo, *par.3.ord.tit.26.in princ.* ita tamen, vt Iudex dilationes pro locorum diſtantia reiq; neceſſitate prudenter moderetur, *Schvvanmann. cap.16.a num 4. vſque ad num.8. Frider.d.cap.15.num.6.*

*CLIX.*

Porrò exceptionibus ita à Reo tàm in cauſſa Mandatorum cum clauſula, quàm ſine clauſula propoſitis Actor ſi pœnæ tantum declarationem vrgeat & in cauſſam ipſam cōdeſcendere nolit, in eo non audietur, ſed per interlocutoriam ei iniungetur, vt in ipſa cauſſa procedat, atque hac declarationis pœnæ petitione non attenta contra exceptiones à Reo propoſitas replicet, & ad ipſam ſimul cauſſam condeſcendat, *Autor noſter hic ſub numer.20.* vbi tamen de mandatis cum clauſula loquitur verb. Alſo wo gleich der Kläger oder ſein Procurator allein auff die Straff dringen/ vnd die Hauptſach nicht außzuführen willens/ wird er nicht gehört/ ſondern wirdt jhm aufferlegt in der Hauptſachen fortzufahren.

*CLX.*

Vnde intelligitur, exceptiones à Reo propoſitas mandatum tantiſper ſuſpendere, donec eæ ventilatæ & diſcuſſæ fuerint.

*CLXI.*

Poſt factam autem diſcuſſionem illarum & prçuiam Iudicis examinationem, mandatum, quod hactenus Rei & Actoris deſuper conflictu durante ſuſpenſum fuit, aut caſſatur & tollitur; aut redintegratur, id eſt, in eum, in quo fuit ante exceptiones à Reo propoſitas, ſtatum reponitur, hoc eſt, firmum ratumq́; pronunciatur. *Frider. lib. vn. de mandat. Iudic. cap.16. num.1. & 2.*

*CLXII.*

Caſſatur mandatum atq; tollitur, cum exceptiones à Reo obiectæ releuantes repertæ fuerint. *Frider.d.c.16.num.1.*

*CLXIII.*

Redintegratur, cum exceptionibus propoſitis tāquam irreleuantibus non attentis Reo paritio iniungitur. Et forma pronunciandi talis eſt: In cauſſa N. contra N. mandati de relaxando arreſto auditis, ponderatis, & diſcuſſis vtrinq́, allegationibus, exceptionibus, reſpōſionibus, replicis & cognoſcimus, decernimus, pronunciamus, quòd Reus, exceptionibus vtpote inualidis & irreleuantibus minimè attentis, mandato iuxta eius tenorem parere teneatur, ſicut ipſum & ad hoc condemnamus. *Frider.d.cap.16.num.2. Autor noſter hîc nume.22.verb.* Daß Beklagter nachmal bey der Straff vnd Zeit dem Mandat eynverleibt/ dem Mandat zu geleben ſchüldig ſeyn ſoll.

*CLXIV.*

Quamuis verò in mandatis ſine clauſula Iudex huius caſſationis & redintegrationis omninò expreſſam mentionem facere teneatur, id tamen in mandatis cum clauſula (præſertim ſi à tempore extracti & inſinuati primùm mandati multi anni abierint, ſiquidem in his cum clauſula mādatis ordinariam Iudiciorum telam adhiberi ſæpiſſimè à nobis dictum ſit, eò quod docuimus, Mādatum,

cum

cum clauſula per comparitionem aduerſę partis in ſimplicem citationem reſolui, ideoq; cõtrouerſia illa ſæpe hominum iſtorum, qui hanc primùm litem exorſi ſunt, ætatem longè excedat, quin immò etiam ad hæredes hæredũ, experientia locupletiſſimè atteſtante trans mitti propagarique ſoleat) non eſſe neceſſe ex allegata ratione tradit *Frider. d. cap. 16. num. 3.* ideoque ſufficere, ſi Iudex generaliter in cauſſa ſententiando pronunciet, quod Iuris eſt.

*CLXV.*

Siue autem Mandatum caſſetur & tollatur, ſiue redintegetur, Victus victori in expenſas condemnatur, ſi vel actor friuolè egerit, vel Reus friuolè exceperit, aliâs expenſæ vtrinq; compenſantur, *Frider. d. cap. 16. num. 2. circa finem.*

*CLXVI.*

Quod ſi verò Reus terminum in Mandato præfinitum contumaciter elabi ſinat, & neq; mandato pareat, neq; exceptiones etiam vllas proponat, quid tum faciendum erit?

*CLXVII.*

Vtiq; vt in contumaciam aduerſus ipſum procedi poſſit, neceſſe eſt, vt Actoris procurator contumaciam eius incuſet. *l. Properandum. §. & ſiquidem, ibi parte abſentiam incuſante ibiq; DD. C. de Iudic.*

*CLXVIII.*

Vtrùm verò ſtatim in pœnam mandato inſertam declarari, an verò ad videndum ſe declarari in pœnas mandato inſertas, aut ad allegandum cauſſas, cur hoc fieri non debeat, citari priùs debeat, quæſtionis eſt.

*CLXIX.*

Et quamuis prius quidem ex vi & tenore mandati, in quo ad præfinitum terminum ei paritio ſub pœna iniuncta eſt, dicendum videbatur; poſterius tamen ex Iuris veritate obtinet. *Bartol. in l. vn. in Summar. nu. 13. ff. Si quis ius dicenti. non obtemper. per le. 2. §. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. idq; generali hoc nititur fundamento, quòd abſq; citatione partium lata ſententia nulla ſit. l. ſi accuſatoribus. ibiq; DD. C. eod. Ita vt & ſententia in fauorem non citati lata ipſo iure nulla foret. Vant. de nullit. ex defect. Citat. num. 10. vbi multa allegat.*

*CLXX.*

Accedit, quòd ex cauſſis Iure licitis fortè impeditus fuerit, quò minùs mandato obtemperare potuerit. Iam verò & impedimenti allegatio in cauſſis mandatorum attenditur. *l. 1. in fin. C. de annal. except. leg. fin. §. illud etiam 4. C. de tempor. & reparat. appellat. l. 2. §. quod dicimus. ff. ſi quis Cautionib. de Iudic. ſiſt. l. 14. ff. de re Iudic.*

*CLXXI.*

Sed an vnica hoc in caſu citatio ſufficiet? Et licet de iure communi ad minimum duæ citationes requirantur, eò quòd vbicunq; de priuatione alicuius Iuris citeriori tempore vnius anni agitur, ad minimum duas citationes interuenire oporteat. *cap. ex tua de cleric. non reſid. l. Aemilius. ff. de Minor. l. 4. ff. de pignoratit. action. Caſar Contard. in l. Diffamar. cap. 4. nu. 31. 32. & ſeq.* in camera tamen Imperiali vnica citatio peremptoria ſufficit, intellige etiam, quo ad videndum ſe declarari in pœnas, aut ad allegandum, cur id fieri non debeat, *Frider. lib. vn. de mandat. Iudic. c. 17. numero 6.*

*CLXXII.*

Cum hac enim citatione peremptoria citatio, quæ fit in mandato ratione proceſſus, nihil quicquam commune habet. Nam præter hanc alia eaq; peremtoriâ Citatione opus eſt, ad citandum & allegandum *Frider. d. cap. 17. num. 9.*

*CLXXIII.*

Limita hæc, quæ modò de citatione diximus, vt non procedant in caſu euidentis, manifeſtę, & notoriæ contumacię veluti ſi contumax dicat, ſe comparere nolle. *Is enim abſq; citatione prauia aut audiendam ſententiam & declarationem in pœnam*

*declarari*

Digitized by Google

*declarari poteſt Alex in l. Quod te.num.8.ſi cert.petat. Felin.in c. Inquiſitionis §. ad petitionem de accuſat. col.pen.& ſeq.& in c.ex.lit.n 9.verb.fallit 6.de conſtit.*

*CLXXIV.*

Sed vtrùm Iudex ſtatim in hanc pœnam notorium illum contumacem declarare poſſit, an verò lapſum totius termini expectare teneatur, in quæſtione eſt. Et poſterius verum eſt, quia contumax poſſet mutare voluntatem & cõparere. *Bald.in l.deberi per illum tex. C. de fideicommiſſ.libertat. & in l.cauſſam quæ in princ. C. quomod. & quando Iudi. Iaſ. in l.cum ſtipulatus ſum à proculo de verb.obligat.in 1.notab. Cæſar.Contard.in l.diffam.num.69.& ſeqq.* vbi plures limitationes traditæ de citatione illa concluſionis ponit.

*CLXXV.*

Poteſt autem pars, quæ impetrauit mandatum, reo contumaciter abſente, & ad pœnam mandato inſertam, & ad refuſionem expenſarum agere, & nihilominus paritionem vrgere. *Frider.de mandat.Iud.cap.24.num.1.*

*CLXXVI.*

Quin imo arctius præterea mandatum, ita vt etiam ad petitionem bãni tandem deuenire liceat, petere ſimul poterit, vt tùm communis practica Cameralis atteſtatur, tum Frider. locupletiſſimus teſtis eſt. *cap.25.in princ.& cap.24.num.4.*

*CLXXVII.*

Prædicta autem petitio fieri hunc ad modũ ſolet, vt Actoris procurator mandatũ vna cum executione reproducat illud, breuiter ſeſe ad id referendo, querelæ loco repetat, contumaciam Rei, quatenus mandato vel non paritum vel contrauentum ſit, incuſet, & poſtea pœnæ hunc in caſum in mandato inſertæ declarationem, expenſarum & damnorum refuſionem & ſimul quoque paritionem petat. *Frid.d.cap.22.nu.2. Autor noſter infra part. 8.num.9.10.11.12.vbi formulas aliquot elegantes huius petitionis recenſet.*

*CLXXVIII.*

Quoniam autem in mandato ſub pœna mandari alicui ita ſolet, vt ſi non pareat, vel contraueniat, dimidiam partem fiſco & alteram dimidiam partẽ Impetranti parti perſoluere teneatur, in hoc contumaciæ caſu Actoris procurator parti impetranti dimidiã tantum partem applicari petet, quòd fiſcus ipſe pro ſua eodem vel ſimili modo peculiariter agat, *Fride. d. loc. & Autor noſter in d.p.8.in iis, quas ibi poſuit, formulis.*

*CLXXIX.*

Intelligitur ex his omnibus, quò ad pœnæ cõmiſſionem & declarationem, inter mandata cum clauſula & ſine clauſula, nullum eſſe diſcrimen. *Id quod & Gail.1.obſ.14.num.3.* annotauit, cum ſcriptum ibi reliquit: Mandata ſine clauſula in effectu, quò ad pœnæ commiſſionem, parum aut nihil à mandatis cum clauſula differre, *Autor noſter hic num.19.verb.* Alſo daß vnter dem Mandat ohn ein Clauſul / vnd dem andern mit Iuſtificatori clauſul, ſo viel die verwirckte Straffe anlanget / geringer Vnterſcheid.

*CLXXX.*

Inter petitionem declarationis pœnæ in mandatis cum clauſula, & ſine clauſula hoc intereſt, quòd in iis illa potiſſimum in ſcriptis fiat, in his verò ſufficiat, ſi viua voce illa pœnæ declaratio petatur. *Memorial. viſit. de Anno 79.* §. als dann *vbi ita edicitur*, als da ſolch Mandat *ſine clauſula* mit ſeiner Execution gerichtlichen reproduciert / vnnd darauff *ad declarationem pœnæ* verfahren wirdt / iſt vnnötig / auch von Alters nicht herkommen / derowegen ſchrifftliche Klagen / oder Libell eynzugeben / ſondern mag die *pœnæ declaratio* nur mündlich gebetten / vnnd drauff procediert werden / doch dem Citierten ſeine Rechtmäſſige *exceptiones ſub & obreptionis*, im Fall eynige erhebliche zuläſſige bevor ſeyn ſolten / eynzuwenden vnbenommen / *Et idem ſancit conſtitutio Imperij in comitiis Ratisbonæ Anno 94.habitis promulgata* §. fürters *hiſce verbis.* Fürters vnd zum vierden / daß in vorermeldten Sachen mãdatorum ſine clauſula möge vor Gericht *declaratio pœnæ*

*tio pœna* mündlich gebetten werden / vnnd nicht nötig ſey / daß ſolches in Schrifften geſchehe.

*CLXXXI.*

In vtroq; etiam mandato tàm cum, quàm ſine clauſula, ſi actor in termino non cõpareat, poſt lapſum ſex iuridicorum dierum circumductio termini locum habet. *Frid.lib.vn.de mand.Iud.cap.20.§.9.& ſupra diximus.*

*CLXXXII.*

An in mandatorum cauſſis attentata locum habeant, quæritur. Et cum litis pendentia, quæ per citationem inducitur, ſecundum ea requiſita quæ tradit *Mynſ.cent.4.obſ.2. Gail.1.obſ.74.numer.17.c.propoſuiſti de for. compet. clem.vt liti penden. nihil in nou.* in mandatis locum habeat, quicquid autem lite pendente fit, pro attentato habeatur, certum eſt, ſi mandatis ritè executis Reus aliquid innouet, Actorem non modò ad pœnam mandato inſertam, ſed etiam ad reuocationem attentatorum agere poſſe tradit *Frid.lib.de mand.Iudic.cap.23.num.1.*

*CLXXXIII.*

Executio mandatorum & deſuper latarum ſententiarum literarumque executorialium, ſicut in ſententiis ſimplicis querelæ & appellationis, ex communis iuris obſeruantia & præſcripto *part.3. ord. tit.48. fieri debet vt ſancitur part.1. ord. tit. 23. verb.* Was aber die Execution der geſprochenen Vrtheil vnnd Executorial Brieff belanget / damit ſoll es vermöge gemeiner Rechte / vnd dieſer Ordnung / wie hernach im dritten Theil geſetzt iſt / gehalten werden.

*CLXXXIV.*

Reliquum nunc eſt, vt vtriusque mandati proceſſum quam breuiſſimis videamus.

*CLXXXV.*

In mandatis cum clauſula, in primo termino, procurator ſufficienti mandato inſtructus, vel de Rato cauens, mandatum, cum retrò ſcripta executione producit paritionemq; vrget: Reus verò ſiue citatus cõparens exceptiones, quamobrem mandato parere non teneatur, exhibet, ad quas Actoris procurator plerunque tempus ad agendum petit, ſi verò exceptiones à Reo obiectæ minus ſint releuantes, narratis mandati, repetitis pœnæ declarationẽ vrgere ſolet. *Schvvanman.lib.2. Proceſſ.Cameral.cap.15.num.9.*

*CLXXXVI.*

Et hoc quidem in puncto, ſi exceptiones oppoſitæ ſint ſummariæ, plerunq; in nouis per mem. viſit. de Anno 80. §. wie dann auch vſq; ad triplicas proceditur. *Schvvanman.d.loc. vbi hoc per formas receſſuum ibidem ſubiectas declarat, quas illic videre licet.*

*CLXXXVII.*

Si verò exceptionales à Reo articuli opponantur, vt ſæpiſſimè quidem opponi ſolent, ad eos, ſi releuantes ſint, Actor reſpondere & defenſionales ſeu peremtoriales exhibere, vel alias, quòd decet agere teneatur. *Schvvanmann.d.ca.15.n.12.*

*CLXXXVIII.*

Puncto reſponſionum abſoluto nominantur commiſſarij, petuntur dilationes, Rotulus producitur, & vtrinque duobus exhibitis productis, non ſecus ac in cauſſis ſimplicis querelæ concluditur, & ordinariè quaſi tunc procedi, & in præfixis extraordinariis agi neceſſe eſt. *part.3.tit.3.§.13.* Item alle Sachen / Mãdatorum pœnalium *Schvvanm.d.loc. vbi vide integrum protocollum in cauſſa mandati cum clauſula.*

*CLXXXIX*

Et hæc de proceſſu mandatorum cum clauſula: ſequitur proceſſus mandatorum ſine clauſula.

*CXC.*

Eſt autem talis: Actoris procurator ſufficienter legitimatus, vel de Rato cauens,

cauens mandatum in præfixo termino, cum retro ſcripta executione producit, & ſi Reus compareat, comparitionem acceptat, vrget, vt de paritione doceatur, & licet Reus exceptiones obiiciat, tamen declarationem pœnæ, & arctius mandatum petit. Facta vtrinq; ſubmiſſione, Iudex, ſi exceptiones ſint releuantes, per interlocutoriam pronunciat, Actori petitionem declarationis pœnæ adhuc denegatam, eidemq; ſpacium quatuor menſium ad agendum ad productas exceptiones præfixum eſſe, cum comminatione, niſi egerit, cauſſam in hoc puncto pro concluſa acceptari debere *Schvvanmann. li. 2. Proceſ. Cameral. c. 16. n. 10.*

CXCI.

Actor poſtea ad latam interlocutoriam intra præfixum terminum præiudicialem replicas exhibet, ad quas Reus duplicas, & deniq; Actor triplicas producit, quibus ita productis concluditur. *Schvvanman. d. cap. 16. nu. 10. & 11, vbi triplicas in cauſſa mandatorum ſine clauſula admitti multis Cameræ præiudiciis firmat.*

CXCII.

Et hæc quidem ita ſeſe habent, quando exceptiones à Reo oppoſitæ fuerunt releuantes, ſi verò irreleuantes fuerint. Reo ſub euentuali pœnæ, mandato inſertæ declaratione iniungitur, vt mandato pareat, & de hac paritione intra certum terminum fidem faciat, & in expenſas interdum purè, interdum conditionaliter condemnatur. *Schvvanmann. d. cap. 16. num. 12.*

CXCIII.

Si poſtea Reus ad præfixum terminum documentum paritionis exhibeat, idq; inſufficiens ſit, Actor contra illud excipit, ſin autem omninò mandato paritum non ſit, latam ſententiam repetit, petit pœnæ declarationem, & arctius mandatum.

CXCIV.

Quod ſi & huic arctiori extracto, inſinuato & reproducto mandato, non pareatur. Proceditur ad pœnam ei inſertam, & denique ad Banni declarationem *Schvvanmann. d. cap. 16. num. 12.*

CXCV.

Cæterùm probe notandum eſt, hunc in mandatis ſine clauſula paritionis punctũ in nouis expediri Memorial. *viſitat. de Anno 80.* §. wie dann auch/ *Schvvanm. d. cap. 16. num. 11.* qui totum proceſſum per receſſus, & integrum protocollum in eodem capite ſubiectum, plenè declarat.

# Von Mandaten/ ſo von Arreſt wegen erkandt werden.

Aus dem Speyeriſchen Abſchied Anno 1570.

WAnn auch die Arreſta / wie die repræſalien, generaliter im Rechen verbotten / bevorab da auff angebottene caution iudicio ſiſti & iudicatum ſolui dieſelbige nicht wöllen relaxieret werden/ welches ja ſo beſchwerlich/ als das Pfänden/ zu achten: Demnach haben wir der Churfürſten vnnd Fürſten/ vnnd gemeiner Stände/ auch der Abgeſandten räthlich gut Achten/ darüber angehört/ vnd vns mit jnen vergliechen/ ſetzen/ ordnen/ wöllen/ daß in ſolchen Fällen/ da einer dem Reich ohn Mittel vnter-

 werffen

**worffen/durch ſich ſelbſt oder die ſeinen/einem andern dem Reich gleicher Geſtalt ohn Mittel vnterworffen/deſſen Leuten vnd Vnterthanen/oder deren Güter Arreſtieren würde/vnd ſolche Arreſt auff angebottene gebührliche** caution de Iudicio ſiſti & Iudicatum ſolui **nicht wölle auffgehaben werden/daß als deñ ſolcher Arreſtierter/am Keyſer. Kammergerichte/auch Mandat ohn Clauſul/mit angeheffter Ladung/**ad docendum ſe paruiſſe, vel ad videndum, &c. **Sollen vnd mögen gebetten vnd außbracht werden. Da denn demſelbigen Mandat gehorſam geleiſtet/ſoll die Hauptvrſach/darumb das Arreſt angelegt/an ordentlich Recht/wie ſich gebühret aus zuführen remittiret/vnd gewieſen werden.**

ª Wann auch die Arreſta] Quoniam ſæpe numero eueniebat, vt alter imperij ſtatus, vel per ſeſe, vel per ſuos alterum Imperij ſtatum, vel in perſona, aut bonis eius propriis, vel in ſubditorum eius perſonis, aut bonis poſſeſſionis, merâ facti non iuris viâ, obiecto impedimẽto, in cauſſa ciuili ſiſteret, quòd arreſtare vulgari apellatione à Gallis mutuò accepta dicimus, eaq; re pax tranquillitaſue publica, cuius magna ſemper, (vt ex tot Imperij ea de cauſſa promulgatis iteratisque conſtitutionibus apparet,) ab Imperatoribus ratio eſt habita, mirum in modum perturbabatur: Imperator & proceres Imperij ad vnum omnes, malo vt iſ[..] remedium inuenirent, in comitiis Spiræ Anno 70. habitis, ſaluberrimam hanc conſtitutionem vnanimi conſenſu promulgandam eſſe ſtatuerunt, *qua quidem conſtitutione cautũ eſt, vt illi Imperii ſtatui qui per ſeſe vel ſuos alteri Imperii ſtatui merâ facti non iuris via, in perſona vel bonis eius propriis, aut in ſubditorũ eius perſonis vel bonis, poſſeſſionis in cauſſa ciuili obieciſſet impedimentũ illud, quod arreſtum trita appellatione dicitur, ab arreſtato propterea ſupplicante, oblata idonea cautione, Iudicio ſiſti & Indicatũ ſolui, per mandatũ ſine clauſula pœnale, cũ annexa citatione ad docendum de paritione ad præfixum terminum, vel vidẽdum ſe declarari in pœnas mandato inſertas, aut ad allegandũ cauſſas, quamobrem illa pœnæ declaratio fieri non debeat, iniungatur, quo illud impedimẽtum ſiue Arreſtum in perſona vel bonis ipſius arreſtati ſtatus, ſiue ſubditorum eius, cum refuſione expenſarum, damnorum, & intereſſe, quæ ex re ipſa proueniunt, & quorum à tempore oblatæ cautionis ratio ducitur, relaxet, cauſſa principali, quamobrem Arreſtum factum eſt, ad ordinarium Iudicem remittenda.*

Cæterùm vt hæc conſtitutio rectè intelligatur, ſingula nunc plenius ſunt euoluenda conſtitutionis requiſita, quorum vno deficiente tota deficit conſtitutio, & fruſtra pro arreſto relaxando in Camera ſupplicabis.

Primum autem dicitur, conſtitutionem hanc inter perſonas immediatè imperio ſubiectas locum habere, ſi altera alteri per ſeſe vel per ſuos in perſona aut bonis propriis, vel in ſubditorum perſonis aut bonis arreſtum inieciſſet, *d. conſt. hac noſtri verb.* ſetzen ordnen vnnd wöllen/daß in ſolchen Fällen/da einer dem Reich ohn Mittel vnterworffen durch ſich ſelbs oder die ſeinen/einem andern dem Reich gleicher geſtalt ohn Mittel vnterworffen/deſſen Gütter vnd Vnterthanen/oder deren Gütter arreſtieren würde/ Et rectè ſtatim Camera in hoc caſu aditur, non attento Auſtregarum ſiue primæ inſtantiæ priuilegio, quia in mandatis ſine clauſula Auſtregas ceſſare ſuprà diximus.

An autẽ ſi aliquis Imperij Status (Status enim Imperij & perſona immediatè Imperio ſubiecta in idẽ hoc in caſu recidũt,) veluti comes quiſpiam, qui extra ſuum comitatũ in principis alicuius territorio dominia cũ caſtris, villis, pagis & ſubditis poſſidet, ac eo principe in bonis, quę ibi poſſidet, de facto arreſtet principẽ iſtum ſup hac arreſtorũ cõſtitutione in Camera cõuenire poſſit. *Gail. in tract. de arreſt. Imperij c. 6. diſtinctionis adhibito fœdere quæſtio. hanc decidit.* Aut. n. Comes bona in

Prin-

Principis alterius territorio poſſidet iure proprio & Imperij, tanquam immediatè à Cæſare & Imperio dependentia; aut tanquam ſubditus illius principis. Priori caſu conſtitutioni ſuper Arreſtis locum eſſe, eamque ob rem Principem in Camera rectè conueniri exiſtimat, per ea quæ ibi allegat; Poſteriori autem caſu ordinarium Principis arreſtantis Iudicem adiri oportere ſtatuit. Et hæc quidem Gailij diſtinctio mihi veriſſima eſſe videtur. De priori diſtinctionis membro nullum planè eſt dubiū. De poſteriori dubitari queat ex hac ratione, quod in conſtitutione ſola perſonarum qualitas, nulla prorſus inter bona facta diſtinctione conſideretur, veluti ſi vtraque perſona tàm arreſtans quam arreſtata ſit immediatè imperio ſubiecta. Hæc autem qualitas ſemper in Comite durat tàm in ſuo comitatu, quàm extra illum, cùm nimirùm in territorio principis alicuius bona poſſidet. Facit, quod expreſsè ſcribit *Gail. de arreſt. obſeru. 6.* legem principaliter ratione perſonarum Imperij ſcriptam eſſe, licet bona alibi ſint ſita, quæ in conſequentiam ſuo ſubiecto accedant *num. 3.* item ſufficit inquit, idem *Gail. d. obſeru. 6. nume. 4.* ad decernendos proceſſus & fundandam Cameræ iuriſdictionem qualitas illa perſonarum, quæ ſuo ſubiecto ſemper inhæret, & à perſona, vbicunque locorum bona ſita ſunt, auelli nequit. Hinc ſi argumentor. Cui conueniunt verba diſpoſitionis, eidem & conuenit ipſa diſpoſitio per vulgar. Et verbis legis ceſſantibus, ipſa quoque diſpoſitio legis ceſſat, *l. 4. §. quoties. ff. de damn. infect. l. 1. §. quod autem ait. ff. Ne quid in flum. publ. Hippol. in l. ſi quis. num. 130. ff. de quæſt. Iaſ. in l. non ſolùm. §. ſciendum. num. 3. ff. de nou. oper. nunciat.* Iam verò verba conſtitutionis etiam huic poſteriori diſtinctionis membro conueniunt.

Nam ſi in bonis in principis alicuius territorio ſitis ab eodem principe in cauſſa ciuili de facto arreſtetur, & ſufficientem cautionem offerat, nihil obſtare videatur, quò minus in Camera mādatum de relaxando arreſto cōtra illum principem obtinere poſſit. Adſunt enim omnia formalia conſtitutionis requiſita, ergò & ipſum formatum, conſtitutionem nimirùm adeſſe neceſſariò oportere, *quia propter de elect. l. cùm hi in princ. & §. ſi prætor. ff. de tranſact. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhibend.*

Verùm, his nihil obſtantibus, tenendum eſt, poſteriori hoc caſu conſtitutioni locum non eſſe, ideoque principis ordinarium Iudicem vigore ordinationis adiri oportere. Ratione enim illorum bonorum, reſpectu quorū ſubditus princeps eſt, ceſſat qualitas illa, quę conſtitutioni locum facit, & conſideratur non vt Status Imperij, ſed vt ſubditus. Hinc quotidiè dicimus, in practica ſemper inſpiciendum eſſe, quo nomine aliquid fiat, quo reſpectu qua ſeu cuius cōtemplatione, *l. ſi quis domum. §. penul. in fin. ff. locat. l. debitor. § fin. ff. ad Trebel. l. ſi fideicommiſſ. §. Interdum. ff. de legat. 3. l. fin. C. de vſufr. Euerhard. in Topic. legal. loco de tanquam ſeu reſpectiuis.* Quoniam igitur hoc caſu deficit qualitas ſubſtantialis vna eaque præcipua, totam conſtitutionem deficere neceſſe eſt *l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit ff. de verb oblig. l. ſi hæredi plures. ff. de condict. indeb. Schurpff. cent. 2. conſi. 12. Mynſing. cent. 4. obſer. 8. Gail. 1. de pac. publ. cap. 13. & cap. 7. num. 20 & libr. 1. obſeru. 3. Facit approbata Theorica Iohan. And. & Innoc. in c. conqueſtus. de for. comp. quod fundans ſe in libello ſuper certa qualitate ſi eam non probet, ſuccumbere debeat, quòd ea nō probata factum illud deductum eſſe in iudicium non videatur.* Accedit quòd hæc interpretatio ſit iuri magis cōſentanea, quælibet autem diſpoſitio, quæ à iure communi recedit, ita interpretanda eſt, vt quàm maximè cum iure communi concordetur *l. vnic. ibique DD. c. de inoffic. dotibus. Et caſus in conſtitutione, quæ ius commune corrigit, cuiuſmodi has certè conſtitutiones Imperatorum nouellas eſſe nemo eſt qui ignoret, non expreſſus pro omiſſo habetur. l. commodiſſimè ibiquè DD. ff. de liber. & Poſth.* Et his probè conſideratis non obſtabunt in contrariam ſententiam allata, quod diuerſus reſpectus qualitatem conſtitutionis vnam eamque præcipuam, & ſic quoque verba conſtitutionis, ceſſare faciat.

Sed an dominus, qui Status Imperij vt ſit neceſſe eſt, pro relaxatione ſubditi



Digitized by Google

ſui ab alio Imperij Statu arreſtati, in Camera agere poſſit, etſi dubitatione omni carere videatur per verba conſtitutionis: Einen andern dem Reich gleicher geſtalt vnterworffen/deſſen Güter vnd Vnterthanen/oder deren Güter arreſtieren würde. Hæc tamen diſtinctio tenenda eſt, quod illa ſubditi arreſtatio aut ſecundariò & minùs principaliter domini intereſſe concernat, aut primariò ſiue principaliter. Priori caſu Camera adiri nequit, tùm quod præcipua conſtitutionis qualitas in perſona immediatè imperio ſuppoſita deficiat, tùm verò etiam, quòd ſubditus ille arreſtantem coram ſuo ordinario conuenire poſſit, idque ne iuriſdictiones confundantur *per Iur. vulg.* poſteriori caſu dominus pro ſuo ſubdito ratione proprij intereſſe oblata cautione ſufficienti, in Camera relaxationem ſubditi ſui rectè petit & impetrat *Gail. (licet paulò obſcurius) de arreſt. Imper. cap. 8. numer. 1. 2. Verùm hoc caſu neceſſe erit, vt & ſupplicatio in perſonam domini concipiatur, & ipſe dominus, non autem ſubditus cautionem iudicio ſiſti & indicatum ſolui aduerſario offerat & præſtet. Gail. d. obſeru. 8. num. 6.* ſicut & ſententia relaxationis in puncto mandati, non in perſonam ſubditi ſed principaliter ipſius domini formatur *Gail. d. loc. num. 7.*

Quid verò obtinet, ſi aliquis Imperij Status alterius Status ſubdito, qui bona ſub iuriſdictione ſua poſſideat, res mobiles, quas ex domicilij loco eò aduexit, ratione iuris alicuius ſui territorium ſuum reſpiciēdis, arreſto detineat? An ſi tùm ſubditi arreſtati Magiſtratus in Camera pro relaxando arreſto ſupplicet, ei mandatum decerni, an verò denegari debet? *Et decernendum, eamquè in rem Anno 94. In Camera conſultum factum eſſe nouiſſimè ſcribit præſtantiſſimus Iureconſultus (quem quoties nomino, toties ſummi honoris & obſeruantiæ cauſſa nomino) Petrus Denaiſius, Cameræ Imperialis Aſſeſſor in iure ſuo Camerali ſub Rubric. mandata ſuper conſtitutione arreſtorum* §. 11.

Secundò notandum eſt, quod ſuprà in deſcriptione huius conſtitutionis poſuimus, arreſtum in ea intelligendum eſſe, quòd fit via facti, non iuris. *Gail in tract. de arr. Imper. cap. 3. in princ.* vbi arreſtatio, inquit, ſiue impedimentum contra conſtitutionem Imperij fieri dicitur, quando Status alterius Status bona propria vel eius ſubditi, via facti non iuris impedit, detinet, vel manus iniectione moleſtiā affert & *eod. cap. 4. num. 1.* vbi dico via facti, inquit, quæ ſunt, quę fiunt propria authoritate ſine cauſſæ cognitione. Hæc igitur arreſtorum conſtitutio de iis arreſtis, quæ propria autoritate, cauſſa non cognita, ſuſcipiuntur & illicita ſunt, ſtrictè accipienda eſt. Non igitur huc pertinent licita & de iure permiſſa arreſta, vt quæ fiunt ratione contractus confeſſati, rei iudicatæ, conuentionis, pacti, tranſactionis, conſuetudinis priuilegij, auch gewöhnlicher hergebrachten Nachſtewer/ ꝛc. *Conſtit. Ratisb. de anno 94.* §. vnd ſo viel/ ſicut nec pertinent arreſta, quę Magiſtratus ad petitionem tertij cuiuſdam, pro eiuſdem intereſſe, in iis nimirùm caſibus, in quibus arreſta, alioqui iure permiſſa ſunt, decernit §. Ob wol auch ferrner. *d. conſtit. Imper. Ratisb. de Anno. 94.*

Neque huc pertinent arreſta, quæ nomine der Nachſtewer à magiſtratibus ſubditorū bonis, quæ ipſis eò nomine tacitæ hypothecæ vinculo obligata ſunt, iniiciuntur. Hæc enim arreſta omnia licita ſunt atque permiſſa *d. conſtit. Ratisb.* §. alſo auch. Vt verò hæc omnia eò planiora ſint, & curſum inſtituti & noſtri & autoris porrò teneamus, de his omnibus ipſa conſtitutionis verba hùc aſſcribere placet quæ ita ſe habent. Vnd ſo viel die vngleiche Meynungen vnnd Verſtand deß Worts Arreſt vnnd daheró eyngefallene Streit belangt. Dieſelbige zu entſcheiden wöllen wir/ daß die conſtitutio arreſtorum ad licita arreſta facti, quæ fiunt propria autoritate ſine cognitione cauſſæ, vnnd die jhrer rechten Eygenſchafft/ nach wahre vnd in Rechten verbottene *Arreſta* genennt werdē/ zu verſtehen/ vnd ad licita de iure permiſſa arreſta, welche ratione contractus confeſſati, rei iudicatæ, conuentionis, pacti, tranſactionis, cōſuetudinis, priuilegij auch gewohnlicher hergebrachter Nachſtewer/ Abzug/ rechtmäſſig erlangten vnnd gewohnlichen Zolls halben/ ſich zutragen möchten/ nicht zu extendieren ſeyn/ ꝛc.

Ob

Digitized by Google

Ob wol auch ferrner in Zweiffel gezogen wirdt / wie es mit denen Arreſten ein Gelegenheit habe / ſo von einem Richter / Magiſtrat / oder Obrigkeit / welche von einer dritten Perſon / als der Parthey pro intereſſe ſuo Ampt vnd Obrigkeit halben angeruffen werden / erlangt vnd beſchehen / dieweil aber iedoch vorgeſetzt / wie das Wort arreſtum, vnd in was proprietet es zuuerſtehen / ſo wirdt ſolcher Zweiffel dadurch leichtlich auffgehaben ſeyn / wie auch nicht darfür zuhalten / daß ſolcher Fall in Reichs Conſtitutionen von Arreſten verſehen.

Alſo auch ſo der Nachſtewer halben / gegen den Vnterthanen arreſta angelegt würden / ſollen dieſelbige in Erwegung der Vnterthanen Güter nach Außweiſung der Rechten / tacitè oder ſonſt altem Gebrauch vnnd Herkommen nach vor Männiglich darumb verhafft / hypothecirt / vnnd afficiert / vnter gemelter Conſtitution nicht begriffen ſeyn. *Adde Gail. in tract. de arreſt. Imper. cap. 11. & vlt. num. 11. & 12.* qui hæc omnia quæ hactenus recenſuimus, multo tempore ante editam hanc conſtitutionem, in allegatis locis monuit, neque dubium eſt, quin Imperator & cæteri Imperij proceres, in conſtitutione hac ſancienda, quæ hanc in ſententiam à Gailio in medium allata ſunt, diligenter ponderauerint. *Confer Friderum lib. 1. de proceſſ. cap. 40. num. 5. & lib. eod. cap. 39. nume. 4. 5. & 6. D. Petrum Denaiſium in elegantiſſimo nuper edito ſuo Iure Camerali ſub. Rubric. mandata ſuper conſtitutione arreſtor. §. 4. 5. 6.* Neque porrò ad hanc conſtitutionem arreſtorum pertinent arreſta, quibus domini ſiue Magiſtratus ſubditos ſuos facinoroſos & refractarios, veluti qui debita & vſitata ipſis ſeruitia præſtare detrectant, coercere & in officio continere ſolent. *Gail. de arreſt. Imperij cap. 10. vbi ſi operas certas vel incertas à domino loci indictas, ſubditi contumaciter & inoffitioſè ferre & edere recuſent, poſſe eorum bona cum inſtrumentis, quorum appellatione quæ veniant declaratur in l. fund. inſtrumenta. l. Quæſitum eſt & tot. tit. ff. de fund. inſtruct. arreſtari ſcribit. d. cap. 10. numer. 4. vbi vide plenius, quæ ad horum explicationem pertinent.* Vndè contra magiſtratum ex officio quietiſque cauſſa facinoroſos comprehendentem ſubditiſue contumacibus mandata de relaxando ſuper conſtitutione arreſtorum non decerni *Memorial. viſit. de Anno 77. cautum fuiſſe ſcribit conſultiſſimus Denaiſius ſub d. Rubric. mandat. ſuper conſtitut. arreſt. §. 3.* Tertiò diximus, arreſtum factum eſſe oportere in perſona vel in bonis, vbi notandum, nihil intereſſe, vtrùm res arreſti nexu obſtricta ſit res nocens, an verò innocens, contra quam requiritur in conſtitutione ſuper pignorationibus, vbi rem pignoratam innocentem eſſe neceſſe eſt. *d. conſti. Ratisb. de Anno 94.* §. alſo auch *verb.* wir ſehen / ordnen / vnd wollen / auch ſo viel die *requiſita* obgemelter Conſtitution / *de arreſtis* berühren mag / daß zu Erlangung derſelben Proceß es betreff gleich die Perſon oder Gütter / res tertia wie in Pfandungs Sachen nicht nohtwendig ſey / in Erwegung daß gewohnlich die jenigen / ſo etwas ſtreittig vnd nocentes oder ſonſten affectiert / verhafft / vnd alſo res ipſæ arreſtiert werden / ob gleich auch res innocentes & tertiæ bißweilen in Arreſt kommen mögen *Denaiſ. d. loc. §. 7.*

Quartò de cauſſa ciuili diximus, itaq; diligenter notandum eſt, cauſſam arreſti ciuilem eſſe oportere, quòd Camera iuriſdictio in criminalibus non niſi ratione nullitatis fundata ſit. *part. 2. ord. tit. 25. §. 1. & diximus ſuprà part. 1. Gail. tract. de arreſt. Imperij. cap. 4. num. 16. Frid. lib. 1. de proceſſ. cap. 40.*

Quintò idoneæ arreſtanti ab arreſtato oblatæ cautionis facta eſt mentio, quia notandum eſt, requiri omninò, vt arreſtatori offeratur idonea cautio iudicio ſiſti & iudicatum ſolui *per verb. conſtitut.* auff angebottene gebürliche Caution idque vt Arreſtatori via ordinaria acturo, de cauſſa principali cautum ſit, neq; aduerſarius tergiuerſandi cauſſam habeat. *l. litibus C. de agricol. & cenſit. l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. ff. Qui ſatiſd. cog. l. ſi cuius rei. ff. de vſufr.* Et hanc quidem cautionem Arreſtatori oblatam eſſe in ſupplicatione pro mandato de relaxando arreſto expreſsè narrari debet. Et ad obtinendum mandatum illud ſola cautionis oblatio ſufficit, etiam ſi ab Arreſtatore non fuerit acceptata *Gail. d. cap. 4. num. 9. & 10.* vſq;



Digitized by Google

adeò vt nihilominus mandatum decernatur, etiamſi nullum afferatur documentum, quòd cautio oblata fuerit, ſed ſufficiat, ſi narretur in libello ſupplice, cautionem idoneam fuiſſe oblatam & adhuc offerri; ſi tamen pro re nata de cautione, vtrùm illa idonea ſit & ſufficiens, dubitetur, tàm decretis, quam mandatis ſpecialis illa clauſula auff vorgehende genugſame wirckliche Caution/ *inſeretur d. conſt. Ratisbon. de Anno 94. verb.* dergleichen ſollen auch gemeldte Proceß in Arreſt Sachen erkannt werden/ ob gleich kein *documẽtum* oder Vrkund angebottener Caution vorbracht werde/ ſonder genugſam ſeyn/ daß in Supplicatione pro mandato narrieret vnd angezeiget ſolches zuuor geſchehen / vnd noch gegenwertiglich offeriert vnd angebotten werde/ daß wo ermelte Caution nach Gelegenheit vñ Wichtigkeit der Sachen/ etwas zweiffentlich oder vor vngenugſam angeſehen / daß als dann ſo wol *in decretis* als *mandatis* die *Special. clauſul.* doch auff vorgehende gnugſame wirckliche Caution hinzu geſetzt werden ſoll. Cæterùm quia lex ſiue conſtitutio expreſsè idoneam & ſufficientem cautionem requirit, qua Arreſtatori ordinaria iuris via aduerſus arreſtatum experturo, reuera cautum ſit, conſtitutioni ſiue legi Imperij aliter ſatisfieri non poteſt, quàm ſi fideiuſſoribus vel pignoribus caueatur *l. 4. ſi ſub conditione. ff. de fideicommiſſ. libert. l. ſi mandato. §. fin. ff. mandat. l. 1. §. iubet autem prætor. ff. de collat. bonor. ibi rectè caueatur. l. niſi malit. ff. de rei vendic. ibi cum ſatisdatione cauebitur.* An autem generalis bonorum omnium hypotheca in hac arreſtorum cõſtitutione ſit ſufficiens cautio, nec ne, Iudicis arbitrio in Camera relinqui atteſtatur *D. Petrus Denaiſius in Iure Camerali ſub. Rubric. cautio. §. 3.* Quòd & aliâs iuri communi conſentaneum eſt, vt *ſcribit Menoch. de arbitrar. iudi. quæſt. caſ. 131. & ſeqq.* Nullus igitur iuratoriæ cautioni relinquetur locus? Quod regulariter quidem ita procedit, *quia iuratoria cautio non dicitur ſufficiens cautio gloſſ. in c. qua fronte de appellat. Et in ſpecie id docuerunt Curt. in tract. de Sequeſtr. quæſt. 14. Angel. ad l. poſt quam §. Imper. ff. vt legat. nom. cau. Socin. ad l. 1. ff. Qui ſatiſd. cog. Spec. de Sequeſtr. poſſeſ. §. 1. verſ. ſed pone, & alij, quos refert Peckius de iure ſiſtendi cap. 31. num. 4. & illis quodammodo ibi accedit Peckius.* Sed tamen fallit, ſi perſona arreſtata ſit honeſta & non ſuſpecta *Mynſing. cent. 2. obſeru. 11. maximè ſi etiam iuret, ſe fideiuſſores & pignora habere non poſſe Gail. 2. obſeru. 47. num. 8.*

Notandum porrò eſt, quòd ſupra diximus, Arreſtantem à tempore oblatæ cautionis expenſas, damna, & intereſſe, quæ ex re ipſa prouenerunt, reſtituere vna cum re ipſa oportere. Sicut enim aliàs ad eum, qui rem alterius ſine iuſta cauſſa detinet, ipſe rei interitus & deterioratio ſpectat, eiq; reſtitutio omnis rei vtilitatis incumbit. *l. quod te vbi ita Pomponius Iuriſconſultus ſcribit, Quod te mihi dare oporteat, ſi id poſtea perierit, quam de per te factum erit, quo minus id mihi dares, tuum fortè id detrimentum conſtat. Sed cum quæratur, an per te factum ſit, animaduerti debebit, non ſolum in poteſtate tua fuerit id necne, aut dolo malo feceris, quo minus eſſet vel fuerit, necne ſed etiam, ſi aliqua iuſta cauſſa ſit, propter quam intelligere debeas, te dare oportere. ff. de Reb. cred. l. 23. vbi ita Pomponius ſcribit: ſi ex legati cauſſa aut ex ſtipulatu hominem certũ mihi debeas, non aliter poſt mortem eius tenearis mihi, quam ſi per te ſteterit, quò minus eo viuo eum mihi dares, quòd ita fit, ſi aut interpellatus non dediſti, aut occidiſti eum. ff. de ver. obli. l. 1. C. de his quæ vi metuſue cauſſa fiunt: & verbum reſtituere pleniſſimam ſignificationẽ habet, omnemq; rei vtilitatem continet. l. Iulianus, ff. de Rei vendic. l. præterea. ff. eod. tit. l. videamus la. 2. §. Item ſi indebitum. ff. de vſur. l. ſi in condemnatione §. cum verbũ. ff. de Reg. Iur. eiuſq; rei computatio à tempore moræ eius, qui rem alterius ſine iuſta cauſſa detinet, ineunda eſt. d. l. quòd te & l. Mora 32. ff. de vſur. In mora autem quis per vnicam interpellationem extra iudicialem ex communi Doctorum opinione conſtituitur. l. Titia Seio. §. vſuras. ff. de legat. 2. l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nunciat. cum ſimil.* Sic etiam hoc caſu ad arreſtantem à tempore moræ, oblatæ nimirum ſufficientis cautionis iudicio ſiſti & iudicatum ſolui, quæ interpellatio quędã extra iudicialis eſt, ipſius rei interitus & deterioratio ſpectat, eique reſtitutio rei arreſtatæ cum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, quæ ex ipſa re arreſtata prouenerunt, incumbit, *Gail. in tract. de Arreſt. Imperi, ca. 13. Frid.*

lib.

*lib. 1. de Proceſſ. cap. 39. num. 11. D. Petrus Denaiſius ſub Rubric. Mandat. ſuper conſtitut. Arreſtorum §. 10. Atq; illud ipſum expreſſè ſancit conſtitutio Imperij in Comitiis Ratisbonæ Anno 94. habitis promulgata, quæ ita habet.* Was dann ferrner bey dieſen Sachen de Arreſtis der Expens / Koſten / Schäden / *deterioration* vnnd *intereſſe* halben erreget worden / von welcher Zeit an dieſelbige dem Klagenden Theil erſtattet werden ſollen / ſintemal es in deß Arreſtierten gelegenheit ſtehet / die Caution fürderlich zu offerieren vnnd zu leiſten: So wollen vnd ordnen wir / daß dieſelbige Erſtattung *à tempore oblatæ cautionis*, vnnd nicht weiter / auch kein andere Expens vnnd Intereſſe / dann allein die / ſo *ex re ipſa* gevrſacht / geſchehen vnd erkennet werden ſoll.

Et hæc quidem requiſita ſunt conſtitutionis imperij de arreſtis, quæ ſingula in ſupplicatione pro relaxando Arreſto inſeri oportet.

Ad extremum notandum eſt, cauſſam ipſam Principalem, quamobrem Arreſtum iniectum fuit, non in Camera ventilari, ſed expedito duntaxat ibi Arreſti puncto ad ordinarium Iudicem remitti hac conſtit. *verb.* Da dann denſelben Mandat Gehorſam geleyſtet / ſoll die Hauptſache darumb das Arreſt angelegt / an ordentlich Recht wie ſich gebüret auß zuführen remittiret vnnd gewieſen werden *Gail. in tract. de arreſt. Imper. cap. 2. num. 4. Denaiſ. d. loc. §. 2.*

Nunc proceſſum ſiue practicam ſuper hac conſtitutione paucis videbimus. Actor in primo termino, mandato inſerto, per procuratorem aut ſufficienter legitimatum, aut de mandato intra certum tempus producendo cauētem, comparet, percepturus rei comparitionem. Reus ſimiliter per Procuratorem comparet, cum proteſtatione tamen ſolita de non conſentiendo, niſi quatenus & in quantum de Iure, & tunc vel documentum paritionis exhibet, vel exceptiones ſub & obreptionis producit.

Priori caſu Actor, vlteriora ſibi reſeruando, Copiam documenti petit, & tūc aut plenè & ſufficienter Mandato eſt paritum, aut non plenè ſiue inſufficienter.

Priori caſu res benè habet, atq; ita puncto Mādati expedito cauſſa Principalis ad ordinarium Iudicem remittitur.

Poſteriori caſu Actor exceptiones contra documentum paritionis, demonſtrando, mandato ſufficienter paritum non eſſe, exhibet, & declarationem pœnæ, adiudicationem medietatis, arctioresque Proceſſus petit, Reus viciſſim replicas exhibet, Actor contrà duplicas, vel oraliter concludit.

Hinc ad factam ſubmiſſionem Iudex ſi animaduertat, mandato ſufficienter paritum haud eſſe, Reo, vt intra certum terminum plenam paritionem doceat, ſeriò iniungit.

Et hæc quidem ita ſe habent, quando documentum paritionis à Reo eſt exhibitum.

Quod ſi verò non documentum paritionis, ſed exceptiones ſub & obreptionis produxit, Actor illarum exceptionum copiam petit, &, quia non excipiendum ſed parendum ſit, repetit narrata Mandati, ſimul declarationem pœnæ, adiudicationem medietatis, & arctiores proceſſus petendo, deſuperq; ſubmittēdo.

E contrario Reus exceptiones ſuas repetit, & quia releuantes eæ ſint, ſicut in illis petitum eſt decerni, vel actori breuem agendi terminum præfigi petit, ſimiliterq; ſubmittit.

Ad factā ita ſubmiſſionem Iudex, ſi exceptiones oppoſitæ ſint releuantes, Actori per interlocutoriam iniungit, vt intra certum ei hanc ad rem præfixum terminum contra exceptiones illas, quod decet, in ſpecie agat, hac inſuper adhibita comminatione, ſi ita tunc non egerit, cauſſam pro concluſa acceptatam eſſe debere.

Actor tunc replicas, Reus duplicas exhibet, & concludit; nonnunquam etiam triplicæ admittuntur. Quod ſi exceptiones productæ legitimæ inuentæ fuerint, Mandatum caſſatur, & Actor ſiue impetrans in expenſas condemnatur.

Si

Si verò exceptiones irreleuantes reperiantur, Reo, iis non obſtantibus ſub euentuali pœnæ declaratione, certus terminus, intra quem paritionem doceat, præfigitur, cum hac annexa comminatione, ſi Cæſareo Mandato intra illum terminum per omnia non pareat, quòd nunc pro vt ex tunc, & tunc pro vt ex nunc in pœnas Mandato inſertas declaratus, & vlteriores iiq; ſub banni pœna proceſſus decreti eſſe debeant, atque id quidem plerumq; ſub euentuali expenſarum condemnatione. Quòd ſi exceptiones planè friuolæ ſint, interdum Reus purè in expenſas condemnatur, cauſſa principali ad ordinarium remiſſa.

Et hæc quidem ita ſe habent, quando Reus in termino comparuit.

Si verò prorſus non comparuit, Actor contra contumacem ſtatim proclama petit, quod etiam, modò executió rectè facta ſit, per interlocutoriam à Iudice decernitur

Facto deinde à Iudicij Pedello proclamate & ſex Iuridicorum dierum ſpacio decurſo Actor narrata mandati repetens, quòd contumacia manifeſta appareat, declarationem pœnæ, ad iudicationem medietatis, & arctiores proceſſus in contumaciam petit, deſuperque ſubmittit.

Atque hunc Receſſum etiam Fiſcalis ratione intereſſe Fiſci repetit, declarationem pœnæ, adiudicationem medietatis, & arctius mandatum petendo. Factâ ita ſubmiſſione; ſi Reus adhuc interea non compareat neq; paritionem doceat Reus in pœnam Mandato inſertam & expenſas à Iudice per ſententiam declaratur; poſteaq; executoriales & arctiores proceſſus ſub pœna banni decernũtur. Atque hunc quidem Proceſſum *Chriſtophor. Schvvanmenn. lib. 2. proceſſ. Camer.* tùm tradit, tùm in omnibus mandatis ſine clauſula obſeruari aſſerit, *ibidem nu. 6.* integro in mandati ſine clauſula puncto cum citatione de relaxando arreſto ſubiecto protocollo, quòd nos infrà appoſuimus,

# Von Mandaten/ſo von Pfandungen vnnd gefangenen wegen erkannt werden.

XXIII.

VOn dieſem Mandat oder Conſtitution der Pfändung/beſchicht in der Cammergerichts Ordnung bey dem 22. Tittel deß andern Theils meldung. Damit aber dieſe Conſtitution ſtatt/vnd dergleichen Mandata erkandt werden/ wirt erſtlichen erheiſcht daß beyde Theil ohn Mittel dem Reich vnterworffen/ vnnd in ſolchem Gewalt ſeyen/ daß leichtlichen durch die fürgenommene Gewaldtſame Pfändung vnnd Entſetzung ein Empörung entſtehen möchte.

XXIV.

Zum andern daß der Beklagte für ſich oder auß ſeinem Befehl/ oder doch einer ſeiner Amptleut/die Pfändung in ein bewegend Gut mit Gewalt fürgenommen. Jn welchem Fall dann der Herr vnnd die Amptleut ſampt beklagt werden. Zum dritten/daß der Pfänder beger vnnd fürhabe/jhm auß ſolcher Pfändung ein Gerechtigkeit zu ſchöpffen.

Zum

Zum vierdten/daß ſolche Pfändung vnd Sachen Bürgerliche vnd nicht Peinliche Sachen belangt.

XXV.

Zum fünfften vnnd letzten/ daß es nicht ein ſimplex ſpolium, oder ein ſchlechte Entſetzung betreffe/ ob aber die Sachen gleich nicht allerdings auff dem Landfrieden qualificiert/ ſo werden doch auff dieſe Conſtitution der Gefangenen vnd Pfändung halber Proceß erkandt.

XXVI.

So iſt etwann auff der Partheyen beger ein Mandat de non offendendo, bey der Straff deß Landtfriedens nit erkannt worden.

XXVII.

Wann nun dieſe Vrſachen ſo erzelt fürfallen/ als dann werden dieſe Mandata ſine clauſula erkannt/ alſo daß der Beklagt ohn einige Eynred oder Exception dem Mandat alſo ſtracks zu Parieren vnd zu gehorſamen ſchüldig/ wie dann ein Straff vnd Citation dem Mandat angehenckt wirdt/ der Geſtalt/ daß der Beklagt erſcheinen vnnd darthun wölle/ daß er dem Mandat gelebt/ oder aber ſich ſehen in dem Mandat einverleibte Straff zu condemnieren/ vñ hindert nit/ ob der Supplicant gleich ſupplicierte/ daß er verſtrickt an dem Ort/ da er in gemeynſchafft der Obrigkeit geſeſſen.

XXVIII.

Wiewol aber auß jetzt geſetzten vnnd erzehlten genugſam zuverſtehen/ daß kein Entſchuldigung oder Exception hierinn nicht ſtatt/ ſondern daß der Beklagt auff den ernenten Rechtstag durch ein Glaubwürdig documẽtum oder inſtrumentum, daß dem Mandat gelebt/ Anzeigung thun ſolle/ ſo iſt doch dieſe Exception/ die der Beklagt fürgewendt/ daß er nicht ohn Mittel dem Reich zugethan/ zugelaſſen worden.

XXIX.

Wort fůro baß denn Mandatis, ſo auff die Pfåndung ſine clauſula außgehen/ eynverleibt werden ſollen/ da auch die Pfandt durch deß Pfånders verſchulden/ vnnd Fahrlåſſigkeit vernachtheilt/oder gar verdorben/oder auch zufůrkommung ſolches Schadẽs durch den Gepfåndten vmb Gelt wieder gelöſt werden / es ſey gleich vor oder nach ermelden Proceß/ wollen wir daß der Beklagt oder Pfånder nicht weniger den billichen Werth der vernachtheilten verdorbenen Pfandt oder aber daß an ſtatt gelöſten Pfandt eingenommenen Geldt zuerlegen/ vnd damit außgangenen Mandaten Vollziehung zuthun ſchuldig ſeyn ſoll.

* Von Mandaten ſo von Pfåndungen wegen] Antequam ad enarrationem textus autoris accedam, viſum mihi fuit, integram conſtitutionis de pignorationibus doctrinam & praxin, qualis in hodierno illa vſu ſeruatur, concluſionibus certis, facilioris traditionis cauſſa, comprehenſam præmittere.

*I.*

Cum per ſtatus imperij, & nobiles immediatè Imperio ſubiectos, inter ſeſe mutuo, ob iuris alicuius turbatam quaſi poſſeſſionem pignorationes fierẽt, quæ, vt fit inter magnates, (quorum haud vana eſt ſine viribus ira, vt Poëta canit,) faces magnarum ſeditionum cruentorumq́ue bellorum incendebant, pace publica, cuius conſeruandę gratia peculiaris edita fuerat conſtitutio, pedibus quaſi indignè proculcatâ, Imperator & proceres imperij, vt tanto malo latius quotidiè ſerpenti medicinam facerent, & pacem publicam, quæ Imperij neruus eſt, ab interitu aſſererent, hanc de pignorationibus ſalutarẽ conſtitutionem vnanimi conſenſu ſanciendam promulgandamq́ue eſſe exiſtimauerunt. *part. 2. ord. tit. 22. verb.* Nach dem auch nicht allein in obgemeldtem Fall / ſondern auch aus dem / daß einer den andern Pfåndt/ jhn oder die ſeine fåhet gemeiniglich alle thåtliche Handlungen/ Empörungen/ vnd Auffruhren jm Reich entſtehen/ vnd erfolgen/ ſolchem zu begegnen ſetzen vnd ordnen wir. *Gail. in tract. de pignoration. obſeruat. 1. n. 1. Chriſtoph. Schvvanman. lib. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 12. num. 1.*

*II.*

Eſt autem conſtitutio de pignorationibus, Cæſaris, & ſtatuum Imperij ordinatio, qua ei imperij ſtatui, vel nobili immediatè imperio ſubiecto, qui in quaſi poſſeſſione iuris ſui capitis ſubditis, vel bonis mobilib. abductis, vel pignori acceptis, ab altero Imperij ſtatu, vel nobili immediatè imperio ſubiecto, per ſeſe vel alios, noui cuiuſdam iuris vſurpandi cauſſa, ex cauſſa ciuili turbatur, in Camera ſupplicanti, mandatum pœnale ſine clauſula iuſtificatoria, aduerſus capientem aut Nobilem immediatè Imperio ſubiectum vel pignorãtem Imperij ſtatum decernitur, vt is quidem res pignoratas in continenti reſtituat, & captiuos relaxet, ſub conſueta cautione non vlciſcendi, & ſeſe iterum, ſi ſic iudicatum fuerit, ſiſtendi, cum annexa citatione, vt ad terminum in mandato inſertum primum de paritione doceat, dehinc verò ius pignorationis articulatim proponat, vel videat ſe in pœnas mandato inſertas declarari *part. 2. ord. tit. 22. ver.* Setzen vnd ordnen wir / daß hinfurt in ſolchem Fall / da einer der dem Reich ohne Mittel vnterworffen/ einen andern/ der dem Reich gleicher Geſtalt vnterworffen / oder die ſeinen Pfånden oder fahen wůrde/ warumb oder vmb was Sachen willen/ (allein Malefitz ſachen außgenommen) das beſchehe / daß als denn auff anruffen deß jenigen / der oder deß Vnterthan alſo gepfåndet oder gefangen/ dem Thåter durch das Keyſerliche Cammergerichte/ bey einer namhafften Peen / vnd *ſine clauſula iuſtificatoria* Mandiret vnd gebotten werden ſoll/ ohne Verzug/ auch einige Eynrede. (*adiecta eſt ex Receſſu Imperij Auguſtano Anno 66.* §. als auch in zweẽ vnd zwantzigſten *clauſula* ohn entgeld; *eaq. mandatis iſtis*

*inſeri*

*inſeri debet*) die Pfande wider zu geben/ vnd die gefangene auff alte gewöhnliche Vrphede/ doch anders nicht/ denn auff widerſtellen/ im Fall ſolches mit Recht erkannt würde/ ledig zulaſſen/ mit angehengter Ladung/ in einer beſtimbten Zeit am Cammergericht zu erſcheinen/ erſtlich/ daß er ſolchem Mandat gehorſamlich gelebt/ anzuzeigen/ vnnd dann weiter ſeine Gerechtigkeit der Pfändung oder Fahens halben im Rechten/ wie ſich gebühret/ fürzubringen vnnd darzuthun/ oder aber zuſehen vnd hören/ ſich in die Peen deß außgangenen Mandats/ ſeines Vngehorſams halben mit Vrtheil vnnd Recht zu erklären vnd zu erkennen. *Petr. Frider. Mindan. liber. 1. de proceſſib. cap. 54. in princ. Petrus Denais. in Iure Camerali nouiſſimè edito in Rubric. Mandata ſuper conſtitutione pignorationum & captiuorum* §. *1. & 2.*

*III.*

Hinc ſequentia reſultant requiſita, quorum vno deficiente, & in ſupplicatione neglecto, fruſtrà in Camera pro impetrandis proceſſibus ſuper conſtitutione pignorationum & captiuorum ſupplicaueris, quod aliquoties à nobis ex iure demonſtratum ſit, ſi plura tanquam ſubſtantialia requiſita legis ſiue conſtitutionis adeſſe oporteat, vno deficiente, totam deficere cõſtitutionem. *Primùm autẽ neceſſe eſt, vt vterque pignorans & pignoratus immediatè imperio ſint ſuppoſiti. d. ordin. Frider. d. cap. 34. in princip. D. Denaiſ. d. loc.* §. *1. Gail. in Tract. de pignorat. obſ. 3. num. 5. Chriſtoph. Schvvanmann. lib. 1. proceſſ. Cameral. d. cap. 12. nu. 3. Secundò requiritur, vt pignoratus ſit in poſſeſſione, & iniquè turbetur. Gail. d. obſ. 3. num. 6. Frider. d. loc Chriſtoph. Schvvanmann. d. cap. 12. numer. 4. Tertiò requiritur, vt pignorans noui cuiuſdam iuris eo in loco, vbi pignoratio facta eſt, vſurpandi acquirendiue gratia, pignorauerit. Gail. d. obſ. 3. num. 7. Frider. d. loc. Schvvanmann. d. cap. 12. nume. 4. atque illud quidem ius in ſpecie, eaquè quantum fieri poteſt, ſpecialiſſima in ſupplicatione allegari & deduci debet, idquè per conſtitutionem Imperij in Comitiis Ratisbonæ anno 94. habitis promulgatam.* §. Wir wollen auch/ *quæ ſic habet.*

Wir wollen auch/ daß in Pfandungs Sachen/ der Supplicant zu Erlangung Proceß/ auff dieſelbe Conſtitution in Specie anzeigen ſoll/ was der Pfänder vor Gerechtigkeit/ durch die vorgenommene Pfändung ſchöpffen wolle.

Si igitur generaliter fiat narratio, Sempronium pignoraſſe, vt in meo territorio nouam ſibi quandam iuriſdictonem acquireret, decretum fieri ſolet. Wo ferrn Supplicant das ius, welches Gegentheil auff ſeinem Eygenthumb ſich durch die Pfändung anmaſſen wölle/ außdrücklich Specificieren wirdt/ ſo ſoll als dann auff ferner Erſuchung geſchehen was recht iſt. *Petrus Friderus Mindan. lib. 1. de proceſſ. cap. 35. num. 10. Adde D. Denaiſ. d. loc.* §. *17. Schvvanmann. d. cap. 12. num. 3.*

*Quartò requiritur, vt res pignorata vel capta ſit res tertia & innocens, quæ cum Iure controuerſo nihil habeat commune, & in qua nec fructus illius neque vſus conſiſtat, de quo promulgata eſt conſtitutio in Comitiis Imperij Anno 1594. Ratisbonæ habitis in* §. Dieweil dem ferner/ quæ ſic habet: die Mandata vnd Pfandung Sachen vnd andere/ cum & ſine clauſula belangend/ iſt man nicht weniger im Streit geweſen/ ob vnnd wie ſonderlich res tertia in Pfändung Sachen verſtanden vnd in Achtung genommen werden ſoll. Wann dann in dieſem Punct/ mehrgedachtes vnſers Cammergerichts Wolmeynung/ der Churfürſten deputierten Fürſten vnnd Stände Räht vnd Bottſchafften zukommen/ vnnd ſie jhnen dieſelbige als Rechtmäſſige gefallen laſſen/ ſo vergleichen wir vns auch mit jhnen/ vnd wollen/ daß allein in denẽ Fällen/ da *res tertia* die nicht ſtreitig iſt/ abgenommen wirdt/ Mandata mit angeheffter Citation *ad videndum ſe paruiſſe, &c.* erkennet werden ſollen/ in Erwegung daß die That ein rechte Pfändung ſey/ vnd keinem Theil dadurch vorgegriffen wirdt/ *D. Pet. Denaiſ. d. lo.* §. *10. vbi Mandata, inquit, ſuper conſtitutione pignorationum, iis duntaxat caſibus, quibus res tertia, minimequè controuerſa ablata eſſe dicitur, decernuntor. Gail. d. obſ. 3. nu. 8. Fride. d. loc. Schvvanm. d. loc. nu. 4. Quintò requiritur, vt cauſſa, propter quam pignoratio facta eſt, ſit ciuilis non criminalis. d. ord.* allein Malefitzſachen außgenommen. *Gail. d. obſ. 3. num. 10. Frider. d. loc. Schvvanmann. d. cap. 12. num. 4.*

Nunc

IV.

Nunc de ſingulis requiſitis dicemus. Et de primo quidem requiſito notandum eſt, illud generaliter accipiendum eſſe, ideoq́; , quicunque immediatè Imperio ſubiectus, alterum imperio immediatè ſubiectum vel ſubditum eius pignorauerit, ſiue Auſtregarum priuilegium inter ſeſe habeant, ſiue non habeant, indiſtinctè Cameræ iuriſdictionem in prima ſtatim inſtantia ſuper conſtitutione pignorationis fundari *d. ordin. part. 2. tit. 22. verb.* dem Thäter durch das Keyſerliche Cammergerichte.

An verò immedietatem etiam notoriam allegare in Supplicatione oporteat, veluti ſi Landgrauius Haſſiæ comitem à Naſſau pignorauerit. Hîc enim notorium eſt, & Iudici iam tùm conſtat, vtrumque tàm pignoratorem, quàm pignoratum immediatè imperio ſubiectum eſſe, quæritur. Et licet hæc immedietas notoria ſit, eàm tamen nihilo minus in ſupplicatione allegari oportere dicendum eſſe videatur, quòd notorium, quamuis ab onere probandi releuet, non tamen releuet ab onere proponendi, & notorium allegandum eſſe tradant *Marſil. in Rep. Rubric. C. de probat. num. 220. Iohan. Andre. in c. 2. vt lit. non conteſt. Abb. in c. vt debitus col. 1. de appellat. gloſſ. in Clement. appellanti de appellat. Natt. conſil. 219. num. 4. & conſil. 275. num. 1. Iohan Crot. in repetit. l. 1. §. hoc autem edictum. num. 57. ff. de nou. oper. nunciat. vbi hanc ſententiam dicit communiter eſſe approbatam,* plerique tamen Camerales, vt atteſtatur *Frid. d. cap. 35. num. 1.* Sufficere, ſi notorium ſit, iuriſdictionem fundatam eſſe, concluſerunt, id quod in eo fundamento innititur, quòd non neceſſe ſit notorium ex actis reſultans allegare. Nam etiam nemine petente, in eo Iudex ſupplet. *c. cum olim de verb. ſignif. gloſſ. in c. euidentia de accuſat. Dec. in c. ex inſinuatione ibiquè communiter. DD. de appellat. Viu. in commun. opinion. verſ. notorium. Anton. de Butr. in c. ex tenore col. 1. de reſcript. Innoc. in c. per tuas de teſtibus, quos refert & ſequitur Maſcar. de prob. volum. 2. concluſ. 1108.* maximè cum hîc notorium non tàm ex facto partis, quàm ex facto iuris reſultet, ideoque Iudex ex officio ſuo ſupplere, & abſque alia partis propoſitione procedere poſſit *text. in l. 1. C. vt quæ deſ. Aduoc. ibiquè Alex. text. in c. afferte de præſumt. Innoc. in c. Raynutius de teſtam. Maſcard. d. concluſ. 1108. num. 9. vbi vide egregiè declarantem, quatenus notorium allegari debeat.*

V.

Apparet hinc, quoniam collegia ſiue capitula cathedralium & maiorum Eccleſiarum immediatè nō ſubſunt imperio ſed ſuo Archiepiſcopo vel Epiſcopo, *Gail. libr. 1. obſeru. 30. & obſeru. 37. & lib. 1. de pac. publ. cap. 8.* ea, ſiue pignorent Imperij Statum aliquem, qui beneficium Auſtregarum in hoc reſpectu habeat, ſiue ab eo pignorentur, neque paſſiuè neque actiuè Cameræ iuriſdictionem fundatam eſſe, ideoque ordinarium Iudicem adiri oportere. *Gail. de pignorat. obſeru. 7. num. 1. & 2.*

VI.

Hæc tamen concluſio quatuor recipit limitationes Prima eſt, vt non procedat ratione bonorum feudalium, quæ immediatè ab imperio recognoſcunt. Siue enim pignorent, vt eo loci, vbi facta eſt pignoratio vel captura, aliquid noui iuris acquirant, ſiue ab alio in iis bonis pignorentur, vt qui in iis nouam quandam iuriſdictionem eâ ipſâ pignoratione ſibi acquirere conetur, Cameræ iuriſdictio fundata eſt. *Gail. d. obſeru. 7. numer. 3.* Ratio eſt, quòd hîc non tàm perſonæ quàm res ipſæ in iudicium trahantur, *l. ſed & loci. §. ſi alter fundus. ff. fin. regund. l. qui aliena. §. fin. ff. de negot. geſt. Couar. pract. quæſt. cap. 35. cum ſeq. Soc. in c. 1. nu. 35. de for. compe.*

VII.

Secunda limitatio eſt, vt non procedat tradita concluſio, ſi capitulum vel collegium ſede vacante pignoret vel pignoretur, cum enim in eo caſu Archiepiſcopum vel Epiſcopum repræſentet, ratione omnis iuriſdictionis & iuris adminiſtrandi ad illud. deuoluti *c. 1. & 2. Ne ſed vacant. c. cum olim de maior. & obædient. in 6.*

Ca-

Digitized by Google

Cameræ iuriſdictio fundata eſt, iudiciumque tàm actiuè quam paſſiuè cæptum cùm nouo prælato, modò factum capituli ratum habeat, continuari poteſt. *Gail. d. obſeru. 7. num. 5. & Pet. Frider. Mind. lib. 1. de proceſſ. c. 38. nu. 10.*

*VIII.*

Tertiò limitatur, vt non procedat ſi Epiſcopus vnà cum capitulo ſuper pignoratione ageret. Quòd tamen non aliter, quàm in bonis etiam quoad nudam ſaltem adminiſtrationem communibus procedit, non autem in bonis ſeparatis, quòd in his capitulum plenam habeat adminiſtrationem *Gail. d. obſeru. 7. num. 8.*

*IX.*

Quartò limitatur, vt non procedat in capitulis ſiue collegiis canonicorum liberis in temporalibus ex ſingulari priuilegio Cæſari & Imperio ſubiectis, vt ſunt Collegium canonicorum Bruxellæ propè Spiram, Burſchedt propè Aquiſgranum, & collegium Arnuel propè Sarbrücken/ *Gail. d. obſeru. 7. num. 6.* vbi & præiudicia nonnulla Cameralia recenſet.

*X.*

Porrò pignorationem facimus non ſolùm per nos ipſos, verùm etiam per alios, eoſque vel planè extraneos, vel officiales & familiares noſtros: ſi per aliquem planè extraneum, in libello ſupplici expreſsè narrãdum eſt, tertium illum eumque extraneum non ſolum iuſſu & mandato principis aut domini, ſed etiam in rem, & contemplatione ipſius pignoràſſe, quòd dominus pignorationem alterius nomine, & non ſui contemplatione factam, ratam habere non poſſit, per regulam, quòd quis ſuo nomine non geſtum ratum habere non poſſit *c. ratum quis de reg. Iuris. in 6 l. ſi pupilli. § ſed ſi ego de negot. geſt. ibiquè gloſſ. & comm. DD.* Secus ſe res habet, ſi domini contemplatione facta ſit pignoratio. Tunc enim ratihabitio idem operatur quòd iuſſus & mandatum *c. ratihabitio de reg. iur. in 6. d. l. Si pupilli. §. ſed ſi ego ibiquè communiter DD. ff. de neg. geſt. l. 1. §. ſed et ſi cum quis l. 1. §. cum proponas. ff. de vi & vi armat. confer quæ tradunt Gail. de pignorat. num. 3. 4. & 5. & Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 34. num. 1. 3. & 4. & Schvvanmann. lib. 1. proceſſ. Cameral. d. cap. 12. num. 3.*

*XI.*

Quid verò obtinet, ſi pignoratio quidem iuſſu domini, non autem in rem, & contemplatione ipſius facta ſit, an nihilominùs tamen aduerſus dominum ex conſtitutione hac ſuper pignoratione agi poterit? Quòd cum Fridero *d. ca. 34. numer. 2.* negandum eſſe exiſtimamus, quia dominus per hanc pignorationem nihil noui iuris vſurpauit. Suprà autem inter alia cõſtitutionis huius requiſita hoc quoque poſuimus, vt per pignorationem ſibi pignorans nouum quoddam ius vſurpare & acquirere velit. Idque vſque adeò verùm eſſe diximus, vt ex conſtitutione Imperij Anno 94. ius illud in Supplicatione ſpecificè ſit exprimendum. Iam verò deficiente conſtitutionis qualitate vna, tota deficit conſtitutio, quòd ad veritatem copulatiuæ requiratur, vt omnia in ea comprehenſa vera ſint, & ad effectum deducantur. *l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem. ff. de verb. obligat. l. ſi à reo ff. de fideiuſſor. l. non ignorat. c. Qui accuſar. non poſſ.*

*XII.*

Si verò per officiales, præfectos, & familiares facta ſit pignoratio, non eſt neceſſe, vt in Supplicatione pro extrahendis proceſſibus ſuper conſtitutione pignorationis concepta ponatur, hanc pignorationem iuſſu principis aut domini factam eſſe. Idq; probant verba conſtitutionis durch die ſeine/ quæ iuſſum & mandatum domini non obſcurè includunt & præſupponunt, *Gail. d. obſ. 5. num. 9. & 10. Frid. d. cap. 34. nume. 50.* Ratio eſt, quòd officiales non niſi ſciente, iubente vel aſſentiente domino actus huiuſmodi iuriſdictionales exercere præſumãtur, maximè præfecti qui pro iure dominorum ſuorum ſarto tecto conſeruando aſſerendoq;, vi iuramenti præſtiti, non ſecus ac pro aris & focis propugnare tenentur, ideoq; etiam ex facto ipſorum conueniuntur *arg. l. quoties in princ. & in §. 1. ff. de noxal. acti. l. 1.*

Digitized by Google

*l.1.§.familiæ nomen.ff.de public. & vectigal. ibidemquè Bartol. num.1.gloſſ.notab.in c.cum ad ſedem in verb.interdictum de reſtitut.ſpoliat.*

*XIII.*

Si poſteà dominus reproductis proceſſibus in termino præfixo compareat, & ſuo mãdato pignorationem factam eſſe neget, petendo mandatum illud cum refuſione expẽſarum caſſari, pignoratus probare tenetur, pignorationem mandato domini factam eſſe. *Gail. d. obſeru.5.num.11.12.& 13.& Frid. d. cap.34.num.6.* eaque probatio à Iudice per interlocutoriam ipſi ad hunc modum iniungitur: In Sachen N. Kläger/ wider M. beklagten / iſt erkannt / wölle vnd möge gedachter Kläger in Zeit 6. Wochen/ſo jhm darzu angeſetzt/ beweiſen vnd darthun/ daß angezogene Pfandung auß Befelch vnd Geheiß ermeltes Beklagten fürgenommen vnd geſchehen ſey/ daß ſolches gehört werden/ vnd darauff ergehen ſoll/ was recht iſt. *Gail.d.obſeru.5.num.13.*

*XIV.*

Quòd ſi de conſenſu & ratihabitione domini, quàm mandato æquiparari docuimus, diſputetur; per conſtitutionem Imperij in Comitiis Ratisbonæ Anno 94. habitis, promulgatum ordinatumq́ue prouiſum eſt, vt ſi poſt extractum mandatum dominus rei pignoratæ, reſtituendæ facultatem habeat, eamq́; non reſtituat, ratihabitio illa ſufficienter ſit probata: *Ita autem habet illa Imperij conſtitutio:* Wann ſich auch in Pfandungs Sachen zutragen ſolt/ daß eines Herren oder Obrigkeit Diener oder Befelchhaber einen pfandt / vnnd von den Partheyen nach erlangtem Mandat *de conſenſu vel ratihabitione domini* ſpitzig vnnd ſcharff / zu Auffzug der Parition diſputiert würde/ darmit dißfals auch aller gefährlicher Auffzug verhütet/ ſoll es hinfüro damit alſo gehalten werden / wo ferrn der Herr oder Obrigkeit / in ſolchem Fall/ nach außgegangenem Mandat *rei reſtituendæ facultatem* vnd Gelegenheit hätte/ vnnd die Reſtitution nicht erfolgen wolte/ daß durch ſolch Reſtitutions Verwaigerung/ die *ratihabitio* nach eyngeführtem vblichem *Stylo* gnugſamlich beſcheinet ſeyn ſoll. *Adde D. Petrum Denaiſ.in iure Cameral.nouiſſimè edito. Rubric. mandata ſuper conſtitutione pignorationum. §.22.vbi pignorationis,inquit,ab officialibus facta ratihabitio eo ipſo probata cenſetor,ſi dominus reſtitutionem,cum poſſit,non faciat Frider.d.cap.34.num.6.*

*XV.*

Vaſallus etiam mediatè imperio ſubiectus, ſi in re feudali, quàm à domino immediatè imperio ſuppoſito recognoſcit, non quidem ex ſua perſona, ſuoq́; tantùm nomine, verùm vnà cum domino illo ſuo directo ex conſtitutione pignorationis aduerſus pignoratorem in prima inſtantia rectè ſtatim in Camera experitur, ſic vt hîc locum inueniat regula illa, *aliquem ex alterius perſona conſequi, quòd ex ſua obtinere non poſſit c.autoritate.§.fin. de conceſſ. prabend. l.ſi communẽ.ff quemadmodum ſeruit.amit.Gail.de pignorat.obſe.6.n.1* Ratio eſt, quòd hîc non tantum præiudicium vaſalli ſed maximè præiudicium domini reſpectu directi dominij vertatur, vsq́; adeò, vt etiam abſq; vaſallo dominus agere principaliter, & poſſeſſionem vaſalli atque ius ſuum defendere poſſit. *Gail.d.obſeru.6.num.2.* Quin imò tranſigendo vaſallus domino ſuo nihil præiudicat *Gail. d. loc. num.3.* cum aliàs certi atque explorati iuris ſit, vaſallum de feudo in præiudicium domini directi trãſigere non poſſe *Bald.in c. vnic. numer. 6. de controuerſ.inter vaſallum & alium de benefic. Barth.de feud. cap.8.num.44. vbi hanc communem eſſe DD. ſententiam atteſtatur Tiraquel.de vtroque retract.tit.1.§.1.gloſſ.14.num.66.Iul.Clar.in §.feudum quæſt.38.*

*XVI.*

Sic vſufructuarius etiam mediatè imperio ſubiectus, vnà cum domino proprietatis immediatè imperio ſubiecto ex conſtitutione pignorationis rectè in Camera experitur *Gail. d. obſeru. num. 6.* Quin vſufructuarius ipſe imperio immediatè ſuppoſitus, ſi per pignorationem ab aliquo Imperij Statu in poſſeſſione iuris ſui turbetur, ex ſua perſona ſuper conſtitutione rectè agit *Gail. d.loc.* Ratio eſt quòd vſufructuario etiam cõpetat interdictũ vti poſſidetis *l.fina.ff. vti poſſid. quod*

*eſt*

Digitized by Google

vt interdictum retinendæ poſſeſſionis. §. retinendæ. Inſt. de interdict. Conſtitutio autem pignorationis ad interdictum retinendæ poſſeſſionis pertinet, *Gail. de pignorat. obſeru. 3. num. 3.*

Eſt enim pignoratio nihil aliud, quàm turbatio poſſeſſionis, quando quis captis pignoribus iure ſuo vti prohibetur *l. pen. ff. de ſeruit. l. Sicuti. §. dicit igitur. ff. ſi ſeruit. vendic. l. 1. § hoc interdictum ſufficit. ff. vti poſſid. Gail. de pignorat. obſeru. 1. num. 7. & obſeru. 3. num. 1.*

XVII.

Cæterùm an ciuitas pro ciue ſuo pignorato aduerſus aliquem immediatè imperio ſubiectum ſuper conſtitutione pignorationum ſupplicare poſſit, in diſquiſitionem cadit. Et diſtinctione huius quæſtionis deciſio expedienda eſt. Aut enim ciuitatis principaliter intereſt, ciuem non eſſe pignoratum, veluti qui rem illam, in qua à pignorante animo & voluntate iuris cuiuſdam ſibi acquirendi pignoratio facta ſit, Emphyteuſeos vel feudi titulo teneat. Et nullum planè dubium eſt, quin ciuitas rectè ſuper hac conſtitutione ſupplicare poſſit, ſiquidem ex hoc ſubditi ſiue ciuis facto, quod dominum concernit, ipſe dominus iniuria affici & pignorari videatur. *§. ſeruis de Inſt. de in Iur. l. Item apud Labeonem §. Item ſi liberum. ff. eod. tit. Gail. d. obſ. 6. num. 11. & 12. Frider. d. cap. 34. num. 7.* Aut ciuitatis principaliter nō intereſt, ſed priuatum ſolius pignorati commodum vertitur. Et non poteſt ciuitas pro ciue ſuo ſeſe intromittere, eò, quòd tunc deficiente qualitate conſtitutionis vna eaque præcipua, (ciuis enim ille non eſt perſona immediatè imperio ſubiecta,) tota deficiat conſtitutio per ſupra allegata. *Gail. d. obſ. 6. nu. 13. Frider. d. loc.*

XVIII.

Porrò quoniam conſtitutio diſertè requirit, vt vterq; tàm pignoratus quàm pignorans ſint immediatè imperio ſubiecti, verb. Da einer dem Reich ohne Mittel vnterworffen/ durch ſich ſelbſt oder die ſeine Pfänden oder fahen würde/ quæritur, ſi aliquis mediatè imperio ſubiectus pignoretur à Comite, Barone, Nobili immediatè imperio ſubiecto, qui reſpectu mediatorum priuilegium primæ inſtantiæ der Außträge non habeat, an in Camera eos conuenire debeant. De quo multum dubitare non attinet, quod Camera eo in caſu Comitum, Baronum, Nobilium immediatè imperio ſubiectorum ſit Iudex Ordinarius, Iuris autem manifeſti ſit, quòd Actor Iudicem rei ordinarium adire debeat. *vulgat. l. final. C. vbi in rem act. 1 9.*

XIX.

Magis autem ancipitem dubitandi curam affert hæc quæſtio, ſi Mediatus aliquis pignoretur ab aliquo principe, vtrùm auſtregę locum habeant. Et princeps ex vno aliquo octo modorum, quos præſcribit ordinatio *part. 2. tit. 4. conueniri debeat*, an verò Cameræ hoc caſu iuriſdictio fundata ſit, vt pignoratus Mediatus Principem pignoratorem in Camera ſuper hac pignorationis coſtitutione conuenire teneatur.

XX.

Quod coram Auſtregis vigore ordinationis primæ inſtantiæ Princeps conueniatur, ex hoc dicendum videri queat, quia vt Camera ſuper pignoratione mandata decernat, conſtitutio diſertè requirit, vt vtraq; pars ſit immediatè imperio ſubiecta, ſed hîc vtraq; pars immediatè imperio ſuppoſita non eſt, verbis igitur legis ſiue conſtitutionibus ceſſantibus, ipſa quoque ceſſat conſtitutio. *l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. l. Prætor ait la. 2. §. docere ff. vi bonor. rapt.* Cameræ igitur iuriſdictio fundata non eſt, abeundum igitur neceſſariò ad Auſtregas.

XXI.

Ego verò Cameræ iuriſdictionem hoc in caſu fundatam eſſe, Auſtregarum priuilegio locum non inueniente, ex hoc fundamēto planè mihi perſuaſum ha-



Digitized by Google

beo, quod ſuper pignoratione mandata, ſine clauſula iuſtificatoria decernatur, *ord.2.p.tit.22.* Iam verò in mandatis ſine clauſula Cameræ iuriſdictio fundata eſt, & auſtregæ ceſſant etiam eo caſu, quando Mediatus vult conuenire principem. *Gail.1.obſ.16.num.12.Schvvanmann.lib.2.proceſſ.Cameral.cap.15.n.5.Frider.lib.de Mand. Iud.cap.12.numer.20.vbi multa Cameræ præiudicia recenſet, & ego docui ſupra de Mandatis concl.80.*

*XXII.*

Quod tantò magis dicendum eſt, quia pignorationes ſunt omni iure prohibitæ, ideoq; inhoneſtæ & obdibiles ſuper his exactiones appellantur, *in Notell.vt non fiant pignorationes 52.in præfat.text.in c.1.de iniur.vbi dicitur, quod pignorationes tanquam legibus & æquitati contrariæ prohibeantur. Auth.vt nulli Iudic.134.§.Quoniam verò contingit 101.tit.c.vt nulli ex vicar.pro alien.vicar.l.nullum C. de Executori.& exactor. lib. 12.l. hac definitione C. de omni agro deſerto lib.11. Gail.de Pignorat.obſ.3.nu.8.Marc.Mant. ſing 388.num.2. Pariſ.conſ.107.num 48.vol.3. Didac.Couar.reſolut.cap.2.num.15.verſ.primo lib.1.Hierony.Schurff.cenſ 15.num.1.cent.4.VVeſenbec.conſi.7.num.4.& 7.& conſi 41. nume.16 part.1.Dn.Iohannes Köppe in deciſionibus quæſtionum illuſtrium nuper editis quæſt. 41.numer.1.* eamq; ob rem compendioſo aliquo mandati pœnalis ſine clauſula in Camera impetrati remedio, non longis auſtregarum circuitionibus, ſtatim ſunt reſecandæ.

*XXIII.*

Quid? quod in conſtitutione imperij de pignoration. auſtregarum priuilegium ſiue primam inſtantiam ceſſare, ideoq; Cameram ſtatim adiri oportere diſertis verbis atteſtentur *Gail.lib.1.obſ.1.nu.6.& de pignorat.obſ.3.nume.11.Frider.lib.1. de proceſſ.cap.20 numer.3.Schvvanmann.lib.1.Proceſſ.Cameral.cap.7.nume.1.& Autor noſter ſupra part.1.num.8.*

*XXIV.*

Vnde conſtat, mediatum à principe pignoratum, ipſum in Camera non autem coram auſtregis conuenire oportere parumq; ſibi conſtare Petrum Friderum *Mind.lib.1.de proceſſ.d.cap.34.num.1.cum hoc in caſu ex vno oct.modorum 2.ord.tit.4. contra Principem agendum eſſe ſcribit.*

*XXV.*

Neque obſtat conſtitutio allegata. Quia non propterea Cameræ Iuriſdictio fundata eſt in pignorationibus, quod Actor & Reus ſint immediatè imperio ſubiecti. Hac enim ratione dicendum potius erat, inter eos, qui habent priuilegium primæ inſtantiæ, potius auſtregas locum obtinere, ſed quia pignorationes ſint omni iure prohibitæ, ideoq; mandatis pœnalibus, quæ ſubito in Camera extrahi poſſunt, ſtatim tollendæ, quod non itidem fieret, ſi auſtregis vtendum foret, quæ multas ſolennitatum circuitiones requirunt, interea verò pignoratus re ſua pignorata cum magno ſuo damno diu multumque carere, quin imò captiuus in carcere cum magno valetudinis detrimẽto hærere cogeretur, quòd Imperator & ordines Imperij minimè patiendum, ſed maturo potius quodam remedio malum illud ſanandum eſſe vt prudenter, ita ſalutariter admodum ſtatuerunt. Quod vbi maius periculum ſit, ibi plenius & maturius quoque conſuli debeat. *c. vbi maius de Elect.li.6.l.1.§.Sed ſi quis.ff.de carbonia edict.gloſſ.notab.in l.final. in verb.indiciis.C.de probat.* Iam verò eadem ratio obtinet, cum mediatus aliquis à Principe pignoratur, ergo idem quoque ius ſtatui debet. Intrepidè igitur pronuncio, etiam hoc caſu Cameræ iuriſdictionem fundatam eſſe, idq; tantò etiam magis, quod hoc in caſu in conſtitutione pignorationis nihil ſpecialiter cautum ſit, ideoq; caſus ille diſpoſitioni alterius conſtitutionis, quæ per prædictam conſtitutionẽ minimè abrogata fuit, *quod enim non abrogatur, cur ſtare prohibeatur. l.præcipimus C.de appellat: & l.ſancimus C. de Teſtam.reſeruetur arg.leg.commodiſsimè ibique DD.ff.de liber.& poſthu.Iam verò Conſtitutio Imperij part.2.ord.tit.23. vult, vt mandata*

*ſine*

Digitized by Google

*ſine clauſula, quæ decernuntur contra reum immediatè imperio ſubiectum, immediatè iuriſdictionem Cameræ fundent. Gail. lib. 1. obſ. 1. num. 5.* ergo hoc quoq; mandatum ſine clauſula, contra Principem reum immediatè imperio ſubiectum, Cameræ iuriſdictionem in pignoratione fundabit.

*XXVI.*

Diximus in definitione conſtitutionis de pignoratione, ſuper ea pro proceſſibus impetrãdis ſupplicari poſſe, ſi imperio immediatè ſubiectus alterum quendam ſimiliter imperio ſubiectum vel ſubditos eius pignorauerit & ceperit, quæritur nunc, an conſtitutio locum habeat, ſi capti ſint ſerui, ſiue homines vt loquuntur, proprij, ſiue, quod idem eſt; an pro relaxandis iis ex conſtitutione pignorationis dominus in Camera experiri poſſit. Quod negandum eſt, quia homines iſti proprij, ſiue glebæ aſſcripti, licet ad operas ſeruiles domino obligati ſint, eius tamẽ ſubditi propriè ſunt, ſub cuius iuriſdictione domicilium habent, *quod non ſeruitus illa perſonalis, ſed domicilium & habitatio ſubditos faciat le. domicilium. ff. ad Municipal. l. ſi. patria. l. ciues C. de Incol. li. 10. & res & perſonæ ſita vel habitãtes in territorio domini eius eſſe præſumantur, quod iuriſdictionem & ſubiectionem cuius eſt territorium. ca. cũ perſonæ de priuile. in 6. cap. fi. §. de offic. arch. c. cum epiſcopus de offi. ordinar. in 6. Iuriſdictio enim territorio cohæret Bart. in l. inter 29. de acquir. rer. domin. & conſ. 189. Primo quæſitum n. 2. per l. 1. §. cum vrbem de offi. præfect. vrb. & tit. C. vbi & apud quem cognit. l. Quicunque C. de fund. limit. lib. 10. c. 1. vbi Bald. & D. D. de c. qui cur. vendid. in vſib. feud. VVeſenbec. in para tit. Digeſt. de iuriſdictione n. 10.* Non igitur dominus pro iis relaxandis ex conſtitutione pignorationis in Camera agere poteſt. *Mynſig. cent. 1 obſ. 12. Gail. de pignorat. obſ. 8. nu. 4. & 5. Adde Frid. d. cap. 34. n. 12.* Sed neceſſe eſt vt dominus hominis proprij alio quodam iuris remedio ordinario aduerſus dominum territorij ratione factæ turbationis aut prehenſionis agat. *Gail. d. obſ. 8. in fin.*

*XXVII.*

*Hactenus primum conſtitutionis requiſitum fuit declaratum: ſuccedit nunc alterum, quod eſt, vt pignoratus ſit in poſſeſſione vel quaſi eius loci vel iuris, reſpectu cuius facta eſt pignoratio.*

*XXVIII.*

Quoniam enim conſtitutionem pignorationis ad interdictum retinendæ poſſeſſionis pertinere ſupra demõſtrauimus, neceſſe eſt vt pignoratus ſit in poſſeſſione vel quaſi. Hoc enim eſt alterum interdicti redinendæ poſſeſſionis requiſitum *§. hodie Inſt. de interd. Schneidvin. in §. retinendæ. Inſt. de interd. nu. 32. vbi ex parte Actoris poſſeſſionem requiri docet. Non autem intereſt, vtrum quis in totum, an ex parte, an pro indiuiſo poſſideat. l. 1. §. hoc interdictum 7. ff. vti poſſid.*

*XXIX.*

Sicut autem interdictum vti poſſidetis competit, non ſolùm cum quis in poſſeſſione rei corporalis immobilis, verùm etiam in quaſi iuris alicuius poſſeſſione turbatur *l. ſicuti 8. §. Ariſto. in fin. ff. ſi ſeruit. vendic. l. fin. ff. vti poſſidetis gloſſ. in l. 1. ff. & C. vti poſſid. Faber in d. §. retinendæ. Inſt. de interd. & Sneidvvin. ibid. nu. 6.* Ita quoq; conſtitutio pignorationis pro re incorporali competit, in cuius quaſi poſſeſſione turbatur, cui res mobiles vel ſubditi pignorantur & capiuntur. *Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 35.*

*XXX.*

Neque refert, vtrùm in loco controuerſo, vel extra locum controuerſum, in loco domicilij, vel extra locum domicilij, etiam in proprio pignoratoris territorio, incontinenti, vel ex interuallo res auferantur, aut perſonæ capiantur. Semper enim conſtitutio pignorationis locum habet, modo noui iuris acquirendi cauſſa pignorator pignorationum iſtam faciat. *Gail. de pignorat. obſeru. 10. n. 1. & 2. Frider. d. cap. 35. num. 7.*



Digitized by Google

XXXI.

Quin imò, etiamſi plures in vno eodemq́ue loco, ciuitate, aut pago, vt in Germania quidem noſtra inter magnates frequentiſſimum eſt, plures communem iuriſdictionem habeant, & vnius domini ſubditus eo in loco ab alio iniquè pignoretur vel capiatur noui cuiuſdam iuris acquirendi gratia rectè mandatum ſuper conſtitutione pignorationis in Camera impetratur. *Gail. de pignorat. obſ. 20. nume. 1. vbi eleganter declarat, an & qua ratione res mihi cum alio communis etiam mea eſſe & à me poſſideri dicatur. Adde Frider. d. cap. 35. num. 8.*

XXXII.

Neque proceſſibus reproductis pignoratus audietur, ſi prætendat, nihil ſe noui iuris vſurpaſſe, ex confeſſione enim aduerſarij conſtare, quod iuriſdictionem quoque in illo loco contineat. Cùm igitur nouum ius aliquod ſibi pignoratione iſta acquirere non voluerit, & verò conſtitutio idipſum requirat, deficiente vna conſtitutionis qualitate, totam deficere conſtitutionem per iura ſæpius allegata. Nam replicando id facile eliditur, ſi dicatur, cum ſocium iuriſdictione ſua hoc pacto priuare, eamq; ad ſeſe vniuerſam pertrahere cogitet, rebus ipſum nouis ſtudere, ſiue ius nouum vſurpare. Quin imo paritio hac diſputatione non retardabitur, verùm ea illi, controuerſia iſta ad citationis proceſſum reſeruata, ſeuerè iniungetur. *Fride. d. cap. 35. num. 8.*

XXXIII.

*Et hac de requiſito ſecundò: ſuccedit nunc tertium, quod eſt vt pignorator noui ſibi iuris quærẽdi intuitu pignorationem iſtam fecerit. Quod quidem in ſpecie, vt loquuntur, ſpecialiſſima in ſupplicatione à pignorato exprimendum eſſe ſupra ex Conſtitutione Imperij Anno 1594. promulgata docuimus. Alias enim hac pignoratio ſimplex foret turbatio vel ſpolium. Frider. d. cap. 35. num. 9.*

XXXIV.

Quartum requiſitum eſt, vt res pignorata vel capta ſit res tertia, hoc eſt, innocens minimeq; litigioſa, quæ cum iure controuerſo nihil commune habeat, *vt ſuprà ex conſtitutione Imperij Anno 94. promulgata.* §. dieweil dann ferner. Docuimus, veluti ſi ſubditum meum vel eius bona ratione iuris venandi, quod in Sylua mea prætendis & vſurpare conaris, capias, ſubditus enim meus vel bona eius ſunt res tertia & planè innocens, atque cum iure illo venandi litigioſo nihil quicquam commune habent, & ſanè hoc requiſitum, vt ſuper pignorationis conſtitutione proceſſus impetraretur, etiam ante nouiſſimam illam Imperij conſtitutionem in Comitiis Ratisbonæ Anno 94. habitis promulgatam obtinuit, *vt cum Gail. ipſe locupletiſſimus teſtis eſt in tractat. de pignorat. obſeru. 3. numer. 8. tùm verò etiam ex apertiſſimis iuris Iuſtinianei textibus apparet. Ita enim ſcribit Iuſtinianus Imperator in Nouell. vt non fiant pignorat. num. 52. cap. 1. cùm propterea, inquit, ſancimus, nullam omninò pignorationem in Republica noſtra præualere neque in mercatibus (hoc quòd maximè ibi præſumtum inuenimus) neque in agris, neque in ciuitatibus, neque in vicis, neque in ciuibus, neque in vicaneis, neque in agricolis, neque alio omninò quocunque modo vel tempore: ſed præſumentem alium pro alio ſecundum pignorationis formam, aurum aut aliquid aliud exigere, hoc reddere in quadruplum violentiam paſſo & cadere etiam ab actione, quam habuit aduerſus eum, pro quo exactionem fecit. Non enim habet rationem, alium quidem eſſe debitorem, alium verò exigi, ſed nec alteri moleſtum eſſe pro altero quodem tanquam innaſionem aut iniuriam committentem, & alium quaſi vicaneum exiſtentem cædi, aut iniuriam ſuſtinere, & aliquid pati, quod omninò non competit pro alio, & abſque legitima occaſione quamlibet perferre calumniam & ſupplicia ſuſtinere in corpore? Præſidentibus gentium ſcientibus, quaſi non hæc egerint, ſed in prouinciis quibus præſunt, pignorationes præſumi patiantur, nihil erit tale, quòd à noſtris eos eripiat manibus. Sic etiam idem Imperator Iuſtinianus in Nouell. 34. cap. 4. ἀνδρο-ληψίας ſiue capturam hominum veluti cùm homo innocens propter delictum alterius, vel vt nos ex conſtitutione pignorationis loquimur ratione iuris alicuius, quòd Pignorator per pignoratio-*

*rationem affectat, quo cum homo ille tanquam res tertia & innocens nihil quicquam commune habet, capitur diſertè prohibet. Ita enim, quoniam verò, inquit, contingit adulteria, aut raptus mulierum, aut homicidia, aut alia qualibet crimina in prouinciis committi, iubemus prouinciarum iudices omnia ſecundum leges vindicare & peccantes tenere, & non alios pro aliis, aut ex quibus nati ſunt vicis, qui crimina præſumpſerunt, alium pro alio comprehendere, aut damnum eorum inferre vicis, ſed neque pignorationes facere propter peccantem, aut criminis vindictam proprij lucri cauſſa inferre, aut delinquentium res proprium lucrum facere. Et Imperator Zeno in l. vnic. C. vt nulli ex vican. pro alienis vicaneorum debit. teneat. Graue eſt, inquit, non ſolum legibus, verum etiam æquitati naturæ contrarium. Pro alienis debitis alios moleſtari. Idcircò huiuſmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.*

*XXXV.*

Et hanc quidem rem vel perſonam tertiam actoris, non rei eſſe oportet. *Gail. in tract. de pignorat. obſeru. 15. Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 36. num. 1*

*XXXVI.*

Si igitur res vel perſona non tertia & innocens, ſed litigioſa pignoretur vel capiatur, veluti ſi propter ius lignandi quod in Sylua mea affectas, ligna ſuccisa auehas, quoniam illa litigioſa ſunt, ſimplex turbatio eſt vel ſpolium, ideoque ſuper conſtitutione pignorationis, deficiente hoc requiſito quarto, vt nimirùm res pignorata ſit res tertia & innocens minimeq; litigioſa, proceſſus in Camera, vt maximè pro iis ſupplices, impetrare non poteris. *Gail. de pignorat. obſeru. 3. nu. 10. Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 36. numer. 3. vbi cum Anno octuageſimo 9. Nouembris Nobilis quidam N.* von Windelsberg / *pro reſtitutione pignoratorum Palorum atq; Vidicarum ſupplicâſſet, proceſſus in Camera denegatos fuiſſe ſcribit, eò quòd propter prætenſum ius lignandi pignoratio facta eſſet.*

*XXXVII.*

Quòd ſi duo imperio immediatè ſubiecti de iuriſdictione ſubditorum loci alicuius contendant, & ſubditi omnem fidem atque obœdientiam ei offerant qui litigioſam illam in iure iuriſdictionem obtinuerit, & tamen hac pollicitatione ſubditorum & iuri & æquitati conſentanea minimè attenta, alter ſubditum quendam abduxerit, & in vincula coniecerit, hoc rei tertiæ requiſitum attendendum non eſſe, ideoque alterum illum immediatè imperio ſubiectum pro relaxando illo ſubdito ſuper conſtitutione pignorationis rectè agere edicit conſtitutio Imperij in Comitiis Ratisbonæ Anno 94. habitis promulgata *in* §. Wir wöllen auch / *cuius verba hæc ſunt*: Vnd als ſich offt zuträgt daß die armen Vnterthanen / wo zwiſchen den Herrſchafften dem Reich ohn Mittel vnterworffen / die Obrig. Herrlig. vnd Gerechtigkeiten / oder auch die darunder geſeſſene Perſonen ſtreittig / vnnd dieſelben Vnterthanen ſich gegen den ſtreittigen Obrigkeiten / eins vnd anders Theils / alles gebürenden Gehorſams erbieten / auch gerne dem jenigen geben vnnd leiſten wolten / welcher der Obrig. Herrlig. vnd Gerechtigkeit befugt / darüber aber ohn jre Beſchüldigung / von einer oder der andern Obrigkeit gefangen werden / ſo wollen wir / daß in dieſen Fällen / hinfüro das obgeſetzte *requiſitum de re tertia* ſo gnaw nicht geſucht / ſondern da dergleichen Perſonen vber jhr anerbieten / als vnſchüldig / vnd die mit den / zwiſchen den Obrigkeiten erhaltenden Streittigkeiten jres Theils nichts zuſchaffen / in Gefängnuß geworffen werden ſolten / daß derwegen *Mandata* auff die Conſtitution der Pfandung zuerkennen ſeyen. *Adde D. Petr. Frid. Mind. lib. 1. de proceſſ. d. c. 36. nu. 6. D. Petrum Denaiſium in iure Camerali nouiſſimè edito Rubric. mandata ſuper conſtitutione pignorationum. §. 18. vbi ſubditi litigioſi, inquit, ſi cum neutri parere detrectent, litis planè exortes inſontesquè ab alterutro carcerentur, requiſitum illud rei tertiæ non vſque eò exactè perpenditor, ſed ſuper conſtitutione pignorationum mandata decernuntor.*

*XXXVIII.*

Quòd ſi res ablata ſiue pignorata partim ſit res tertia & innocens, partim res

ipſa ſiue litigioſa, mandata de reſtituendo, quatenus ad rem tertiam, & decernuntor & intelliguntor, vt edicit Imperij conſtitutio in Comitiis Ratisbonæ anno 94. habitis, promulgata, quæ ita habet: Da aber in Pfandungs Sachen *partim res tertia, partim res ipſa* gepfändet / als da einer ſich einer Gerechtigkeit deß Holtzes anmaſſet / Wagen vnd Pferde mit dem ſtreittigen Holtz hinweg führet / wirdt auß erwogenen Vrſachen billich darfür gehalten / daß die *mandata de reſtituendo* allein *ad rem, quatenus eſt tertia & innocens* verſtanden / vñ dem Pfänder die Widerſtellung *rei ipſius* nit alſo baldt gebotten / noch *ad punctum partitionis* gezogen / ſondern das ſtreittige von dem vnſtreittigen vnterſchieden / vnd allein deſſelben halben pariert werden ſoll / *Frid. libr. 1. de proceſſ. cap. 36. nume. 5. D. Petrus Dena. d. loc. §. 2. vbi re ablata inquit, partim tertia, partim controuerſa, reſtitutio, quæ tertia eſt, nec vltrà mandato iniungitor.*

*XXXIX.*

Controuerſum fuit inter dominos Camerales, vtrùm prẹda venationis, piſcationis, aucupij, ſi ita in perſequentis poteſtatem venerit, vt eam amplius euadere nequeat, pro re ipſa ſiue litigioſa an verò pro re tertia & innocenti haberi debeat.

*XL.*

Alij pro re ipſa ſiue litigioſa, alij verò pro tertia ſiue innocenti prædam illam habendam eſſe exiſtimauerunt.

*XLI.*

Qui priórem amplexi ſunt ſententiam ij ſequentibus vſi ſunt argumentis, prẹda, argumentantur, venationis, aucupij, piſcationis ſunt prædictorum iurium fructus, *l. item ſi fundi 9. §. vbi aucupiorum quoque inquit Vlpianus Iuriſconſultus, & venationum reditus, Caſſius ait libro octauo iuris ciuilis, ad fructuarium pertinere. Ergò & piſcationum & l. 62. in princ. vbi vſufructuarium inquit Triphonius Iuriſconſultus, venari in ſaltibus, vel montibus poſſeſſionis probè dicitur nec aprum, aut ceruum quem ceperit proprium domini capit: Sed fructus aut iure ciuili aut gentium ſuos facit. ff. de vſufruct.*

*XLII.*

Alterum ipſorum argumentum tale eſt: venatio hodierno iure prohibita eſt *c. 1. §. nemo retia de pac. tenend. & eius violator in vſib. feud.* Et qui fundum alterius lege, conſuetudine, vel etiam Iudice prohibente ingreditur, quod capit ſuum non facit. *Faber. in §. Feræ. Inſtit. de rerum diuiſion. & ibi Angel.* Ergò cum nihil ſuum faciat capiens, præda venationis, aucupij, piſcationis, non poteſt dici res ipſius. Erit igitur litigioſa.

*XLIII.*

Poſterior ſententia hoc immoto innititur fundamento. Feræ, beſtiæ, piſces ac volucres, ſimul atque captæ fuerint, fiunt capientis, & eo vsque ipſius intelliguntur, donec eius cuſtodia coerceantur. *§. feræ, beſtiæ. inſtit. de rerum diuiſion. & acquirendo ipſorum domin. l. 1. §. 1. vbi Gaius ICtus, omnia, inquit, animalia, quæ terra, mari, cælo capiuntur, id eſt, feræ, beſtiæ, volucres & piſces capientium fiunt. Et idem Gaius in l. 3. §. 2. Quicquid autem, inquit, eorum ceperimus, eo vſque noſtrum eſſe intelligitur, donec noſtra cuſtodia coercetur, cùm verò euaſerit cuſtodiam noſtram, & in naturalem libertatem ſe receperit noſtrum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit. ff. de acquir. rer. domin. cum igitur præda venationis, piſcationis, aucupij, capientis fiat pleno iure, eo vſque quatenus cuſtodiam illius non euaſerit, neque in naturalem ſeſe libertatem receperit per allegatos text. non poteſt dici res litigioſa, ſic igitur argumentor. Quicquid eſt meum pleno iure, id eſt tàm dominio quam poſſeſſione, id non poteſt dici litigioſum. At præda venationis, piſcationis, aucupij à me capta, quatenus cuſtodia mea coercetur, mea eſt, ergò non poteſt dici res litigioſa. Cum igitur non ſit res litigioſa, erit res tertia.*

*XLIV.*

Cùm igitur ex hoc immoto fundamento luce meridiana clarius euadat, prẹdam venationis, piſcationis, aucupij habendam eſſe pro re tertia, pignoratum



Digitized by Google

autem rem tertiam eſſe oportere inter alia in cóſtitutione ſuper pignoratione à nobis requiſitum fuerit, conſtat hinc, ſi aliquis immediatè imperio ſubiectus, ius venandi in Sylua alterius ſimiliter immediatè imperio ſubiecti quęrens feras, beſtias, abducat, poſſe ita pignoratum ex conſtitutione pignorationis mandatum de reſtituendis captis feris, beſtiis, ſine clauſula in Camera impetrare.

*XLV.*

Et hanc ſententiam in Camera præualuiſſe teſtatur *Chriſtoph. Schvvanmann. libr. 1. proceſſ. Cameral. cap. 22. nume. 10. & D. Petrus Denaiſius in iure Camerali ſub Rubric. mandata ſuper conſtitutione pignorat. §. 32. vbi refert inter conſulta collegij Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum tranſmiſſa, & ita ſcribit. Sin venationis, piſcationis, aucupij præda ſic in perſequentis poteſtatem venerit vt iam euadere amplius nequeat, protinus pro re tertia habetor.*

*XLVI.*

Non obſtat argumentum primum, quia vt maximè venatio, piſcatio, aucupium ſint res litigioſa, non tamen ipſa præda, quatenus in perſequentis poteſtatem venit, vt iam euadere amplius nequeat, ſicut ſuprà ex iure demonſtrauimus.

*XLVII.*

Neque obſtat argumentum alterum quia hîc ſermo eſt non de venatione omninò prohibita, ſed de venatione permiſſa, eaque, de qua inter ſeſe controuertunt Status Imperij, & perſonæ immediatè imperio ſubiectæ, quas conſtat cum Regalibus aliis, tùm verò etiam venatione, quæ inter Regalia refertur *c. vn. Quæ ſint regal. in vſibus feudorum*, ab Imperatoria Maieſtate ex generali Germaniæ conſuetudine inueſtiri atque infeudari.

Neque Fabri & eorum, qui ipſum ſequuntur ſententia, vllum habet in iure fundamentum. Licet enim prohibeatur ingreſſus, non tamen prohibetur ipſa captura, *quam ſententiam gloſſ. Bartol. & communiter DD. dicunt eſſe veriorem, & hanc ſententiam mordicus tenent Porcus in d. §. feræ Sneiduin. ibid. nu. 7. VVeſenb. nu. 5. & Mynſing. ibid. Quin imò huius ſententia veritas ex manifeſto textu. d. §. feræ elicitur. Nam nec intereſt inquit Imperator Iuſtinianus, feras, beſtias & volucres vtrùm in ſuo fundo quis capiat an in alieno. Non enim agro cohærent, ſed in aëre degunt qui communis eſt omnium, & propterea, vt maximè ſyluam poſſideamus, non tamen poſſidemus feras & volucres, ſicut & piſces qui in Stagno ſunt, à nobis non poſſidentur l. 3 §. 14. vbi Paulus Iuriſconſultus item feras, beſtias, inquit, quas viuariis incluſerimus, & piſces quos in piſcinas coniecerimus, à nobis poſſideri, ſed eos piſces, qui in ſtagno ſunt, aut feras, quæ in ſyluis circumſeptis vagantur, à nobis non poſſideri, quoniam relictæ ſunt in libertate naturali, alioquin etiam ſi quis ſyluam emerit, videri eum omnes feras poſſidere, quod falſum eſt. ff. de acquir. vel amit. poſſeſ.*

*XLVIII.*

Porrò quæſtionem mouet Schvvanmannus *d. cap. 22. num. 11.* an ex conſtitutione pignorationis mandata decerni debeant, wann propter controuerſum ius der fürſtlichen Ober vnnd Herligkeit oder deß Eckern genieſſens eines Eichen Waldes/ Wildbirn/ Apffel/ oder ander Wildobs abgenommen werden.

*XLIX.*

De qua quæſtione duas potiſſimum ſententias refert, quoſdam enim ſcribit quoad ius glandis legendæ mandatum denegare, ſecus autem der fürſtlichen Oberkeit halben. Propterea enim illos proceſſus decernere. Alias verò, quatenus fructus ipſi ſint controuerſi iuris mandata denegare, ſi verò cum iure controuerſo nihil habeant commune, rectè mandatum ex conſtitutione ſuper pignoratione decerni.

*L.*

Quod ad ius glandis legendæ attinet, illorum ſententia, qui mandatum denegant, mihi non probatur. Facti enim ſpecies, de qua iam ſermo eſt, loquitur in ſpecie de iure glandis legendæ fageę Von der Eckern genieſſen Gerechtigkeit vel etiam

ipſa ſiue litigioſa, mandata de reſtituendo, quatenus ad rem tertiam, & decernuntor & intelliguntor, vt edicit Imperij conſtitutio in Comitiis Ratisbonæ anno 94. habitis, promulgata, quæ ita habet: Da aber in Pfandungs Sachen *partim res tertia, partim res ipſa* gepfändet / als da einer ſich einer Gerechtigkeit deß Holtzes anmaſſet/ Wagen vnd Pferde mit dem ſtreittigen Holtz hinweg führet / wirdt auß erwogenen Vrſachen billich darfür gehalten / daß die *mandata de reſtituendo* allein *ad rem, quatenus eſt tertia & innocens* verſtanden/ vnd dem Pfänder die Widerſtellung *rei ipſius* nit alſo baldt gebotten / noch *ad punctum partitionis* gezogen / ſondern das ſtreittige von dem vnſtreittigen vnterſchieden/vnd allein deſſelben halben pariert werden ſoll/ *Frid. libr. 1. de proceſſ. cap. 36. nume. 5. D. Petrus Dena. d. loc. §. 2. vbi re ablata inquit, partim tertia, partim controuerſa, reſtitutio, quæ tertia eſt, nec vltrà mandato iniungitor.*

*XXXIX.*

Controuerſum fuit inter dominos Camerales, vtrùm præda venationis, piſcationis, aucupij, ſi ita in perſequentis poteſtatem venerit, vt eam amplius euadere nequeat, pro re ipſa ſiue litigioſa an verò pro re tertia & innocenti haberi debeat.

*XL.*

Alij pro re ipſa ſiue litigioſa, alij verò pro tertia ſiue innocenti prædam illam habendam eſſe exiſtimauerunt.

*XLI.*

Qui priòrem amplexi ſunt ſententiam ij ſequentibus vſi ſunt argumentis, præda, argumentantur, venationis, aucupij, piſcationis ſunt prædictorum iurium fructus, *Litem ſi fundi 9. §. vbi aucupiorum quoque inquit Vlpianus Iuriſconſultus, & venationum reditus, Caſſius ait libro octauo iuris ciuilis, ad fructuarium pertinere. Ergò & piſcationum & l. 62. in princ. vbi vſufructuarium inquit Triphonius Iuriſconſultus, venari in ſaltibus, vel montibus poſſeſſionis probè dicitur nec aprum, aut ceruum quem ceperit proprium domini capit: Sed fructus aut iure ciuili aut gentium ſuos facit. ff. de vſufruct.*

*XLII.*

Alterum ipſorum argumentum tale eſt: venatio hodierno iure prohibita eſt *c. 1. §. nemo retia de pac. tenend. & eius violator in vſib. feud.* Et qui fundum alterius lege, conſuetudine, vel etiam Iudice prohibente ingreditur, quod capit ſuum non facit. *Faber. in §. Feræ. Inſtit. de rerum diuiſion. & ibi Angel.* Ergò cum nihil ſuum faciat capiens, præda venationis, aucupij, piſcationis, non poteſt dici res ipſius. Erit igitur litigioſa.

*XLIII.*

Poſterior ſententia hoc immoto innititur fundamento. Feræ, beſtiæ, piſces ac volucres, ſimul atque captæ fuerint, fiunt capientis, & eo vsque ipſius intelliguntur, donec eius cuſtodia coerceantur. *§. feræ, beſtiæ. inſtit. de rerum diuiſion. & acquirendo ipſorum domin l. 1. §. 1. vbi Gaius ICtus, omnia, inquit, animalia, quæ terra, mari, cælo capiuntur, id eſt, feræ, beſtiæ, volucres & piſces capientium fiunt. Et idem Gaius in l. 3. §. 2. Quicquid autem, inquit, eorum ceperimus, eo vſque noſtrum eſſe intelligitur, donec noſtra cuſtodia coercetur, cùm verò euaſerit cuſtodiam noſtram, & in naturalem libertatem ſe receperit noſtrum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit. ff. de acquir. rer. domin. cum igitur præda venationis, piſcationis, aucupij, capientis fiat pleno iure, eo vſque quatenus cuſtodiam illius non euaſerit, neque in naturalem ſeſe libertatem receperit per allegatos text. non poteſt dici res litigioſa, ſic igitur argumentor. Quicquid eſt meum pleno iure, id eſt tàm dominio quam poſſeſſione, id non poteſt dici litigioſum. At præda venationis, piſcationis, aucupij à me capta, quatenus cuſtodia mea coercetur, mea eſt, ergò non poteſt dici res litigioſa. Cum igitur non ſit res litigioſa, erit res tertia.*

*XLIV.*

Cùm igitur ex hoc immoto fundamento luce meridiana clarius euadat, prædam venationis, piſcationis, aucupij habendam eſſe pro re tertia, pignoratum

an-

Digitized by Google

autem rem tertiam eſſe oportere inter alia in cõſtitutione ſuper pignoratione à nobis requiſitum fuerit, conſtat hinc, ſi aliquis immediatè imperio ſubiectus, ius venandi in Sylua alterius ſimiliter immediatè imperio ſubiecti quęrens feras, beſtias, abducat, poſſe ita pignoratum ex conſtitutione pignorationis mandatum de reſtituendis captis feris, beſtiis, ſine clauſula in Camera impetrare.

*XLV.*

Et hanc ſententiam in Camera præualuiſſe teſtatur *Chriſtoph. Schvvanmann. libr. 1. proceſſ. Cameral. cap. 12. nume. 10. & D. Petrus Denaiſius in iure Camerali ſub Rubric. mandata ſuper conſtitutione pignorat. §. 32. vbi refert inter conſulta collegij Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum tranſmiſſa, & ita ſcribit. Sin venationis, piſcationis, aucupij præda ſic in perſequentis poteſtatem venerit vt iam euadere amplius nequeat, protinus pro re tertia habetor.*

*XLVI.*

Non obſtat argumentum primum, quia vt maximè venatio, piſcatio, aucupium ſint res litigioſa, non tamen ipſa præda, quatenus in perſequentis poteſtatem venit, vt iam euadere amplius nequeat, ſicut ſuprà ex iure demonſtrauimus.

*XLVII.*

Neque obſtat argumentum alterum quia hîc ſermo eſt non de venatione omninò prohibita, ſed de venatione permiſſa, eaque, de qua inter ſeſe controuertunt Status Imperij, & perſonæ immediatè imperio ſubiectæ, quas conſtat cum Regalibus aliis, tùm verò etiam venatione, quæ inter Regalia refertur *c. vn. Quæ ſint regal. in vſibus feudorum,* ab Imperatoria Maieſtate ex generali Germaniæ conſuetudine inueſtiri atque infeudari.

Neque Fabri & eorum, qui ipſum ſequuntur ſententia, vllum habet in iure fundamentum. Licet enim prohibeatur ingreſſus, non tamen prohibetur ipſa captura, *quam ſententiam gloſſ. Bartol. & communiter DD. dicunt eſſe veriorem, & hanc ſententiam mordicus tenent Porcus in d. §. fera Sneiduin. ibid. nu. 7. VVeſenb. nu. 5. & Mynſing. ibid. Quin imò huius ſententiæ veritas ex manifeſto textu. d. §. fera elicitur. Nam nec intereſt inquit Imperator Iuſtinianus, feras, beſtias & volucres vtrùm in ſuo fundo quis capiat an in alieno. Non enim agro cohærent, ſed in aëre degunt qui communis eſt omnium, & propterea, vt maximè ſyluam poſſideamus, non tamen poſſidemus feras & volucres, ſicut & piſces qui in Stagno ſunt, à nobis non poſſidentur l. 3 §. 14. vbi Paulus Iuriſconſultus item feras, beſtias, inquit, quas viuariis incluſerimus, & piſces quos in piſcinas coniecerimus, à nobis poſſideri, ſed eos piſces, qui in ſtagno ſunt, aut feras, quæ in ſyluis circumſeptis vagantur, à nobis non poſſideri, quoniam relictæ ſunt in libertate naturali, alioquin etiam ſi quis ſyluam emerit, videri eum omnes feras poſſidere, quod falſum eſt. ff. de acquir. vel amit. poſſeſ.*

*XLVIII.*

Porrò quæſtionem mouet Schvvanmannus *d. cap. 22. num. 11.* an ex conſtitutione pignorationis mandata decerni debeant, wann propter controuerſum ius der fürſtlichen Ober vnnd Herrligkeit oder deß Eckern genieſſens eines Eichen Waldes/ Wildbirn/ Apffel/ oder ander Wildobs abgenommen werden.

*XLIX.*

De qua quæſtione duas potiſſimum ſententias refert, quoſdam enim ſcribit quoad ius glandis legendæ mandatum denegare, ſecus autem der fürſtlichen Oberkeit halben. Propterea enim illos proceſſus decernere. Alias verò, quatenus fructus ipſi ſint controuerſi iuris mandata denegare, ſi verò cum iure controuerſo nihil habeant commune, rectè mandatum ex conſtitutione ſuper pignoratione decerni.

*L.*

Quod ad ius glandis legendæ attinet, illorum ſententia, qui mandatum denegant, mihi non probatur. Facti enim ſpecies, de qua iam ſermo eſt, loquitur in ſpecie de iure glandis legendæ fageę Von der Eckern genieſſen Gerechtigkeit vel etiam

iam de iure legendæ glandis querneæ. Iam verò ſi ratione illius iuris controuerſi legendæ glandis vel fageæ, vel querneæ, vel vtriusque etiam pignorator auferat poma & pyra ſylueſtria, an propterea mandatum denegabitur? Minimè puto. Quia ius legendi poma & pyra ſylueſtria non eſt controuerſum, controuerſum tantum eſt ius legendæ glandis fageæ vel querneæ: Poma igitur & pyra ſylueſtria ſunt res tertia & innocens, quæ cum iure controuerſo legendæ glandis fageæ vel querneæ die Eckern oder Eycheln im Walde zu genieſſen/ nihil quicquam commune habet. Non. n. poma & pyra ſylueſtria ſunt glandes ipſæ fageæ vel querneæ. Cum igitur res pignorata ſit res tertia & innocens, mandatum ex cōſtitutione pignorationis rectè decernitur. Aliter autem ſeſe res habetet, ſi in genere foret controuerſum ius legendæ glandis, ſicut Iuriſconſulti noſtri glandem accipiunt in interdicto de glande legenda, *vbi glandis nomine omnes fructus continentur, vt ait Vlpianus Iureconſultus in l. vnic. §. 1. ff. de gland. legend. & text. eſt in l. Qui venenum. 236. §. 1. verb. Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt Iauolenus ICtus ait. ff. de verb. ſignific.* Quod verò in puncto cōtrouerſo der fürſtlichen Obrigkeit hoc in caſu mandata ſuper conſtitutione pignorationis decernenda eſſe ſtatuerunt in eo rectè ab ipſis factum eſt. Quid enim cum iſto iure abducta pyra vel poma ſylueſtria commune habeant.

LI.

Cæterùm diſtinctio in altera ſententia poſita, quòd nimirùm, ſi fructus ipſi controuerſi ablati fuerint, mandata ex conſtitutione pignorationis denegentur, ſi verò ipſi controuerſi non ſint, nec cum iure controuerſo quicquam commune habeant, mandata decernantur, & iuris veritati conſentanea eſt, & in Camera approbata. *Chriſtoph. Schvvanman. d. cap. 12. nume. 12. D. Petrus Denaiſ. in iure Cameral. d. loc. §. 30 vbi fructibus, inquit, naturalibus ademptis vtique ſi de his ipſis controuerſia fuerit, pignoratio nulla admiſſa intelligitur. Fructus autem naturales etiam pro re litigioſa & controuerſa habentur, quando ſuper poſſeſſione ipſius fundi controuerſia mouetur Schvvanmann. d. loc. vbi & hanc ſententiam approbatam eſſe ſubiicit.*

LII.

Quid verò iuris eſt, cum aliquis captiuus abductus detentusque fuit, isq; à pignoratore, mulctâ tātum pecuniaria ei impoſita ohn andern entgeld/ antequam pro mandato ſupplicetur, relaxatur, num poſt carcerationem ita finitam poſtea ſupplicanti relaxato pro reſtitutione mulctæ, Mandata ex conſtitutione pignorationis decerni, an verò denegari debent.

LIII.

Et quamuis hæc quæſtio olim inter dominos Camerales controuerſa fuerit, aliis exiſtimantibus, eò quod mulctam pendere coactus fuiſſet, nō cenſeri ipſum abſque cauſſa relaxatum ideoq; mandatum ex conſtitutione pignorationis decernēdum. Aliis verò ſtatuentibus, eò quòd multa illa non ſit niſi res ipſa quam quis iure ſuo, quo potitur, exigat, neque aliter quis vel iure ſuo vti aut poſſeſſionem exercere poſſit; atque hac ratione cum ipſo iure litigioſo coincidat, reique tertiæ qualitatem non habeat, mandatum iſtud denegandum eſſe. Hæc tamen poſterior ſententia, quod nimirùm carceratione finita pro reſtitutione multæ per carcerem extortæ ſupplicanti Mandatum non decernatur, hodie à Cameralibus commmuniter eſt approbata, ideoq; inter conſulta collegij Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum tranſmiſſa, relata, *D. Petrus Denais. d. loc. § 24. vbi ob multam inquit, per carcerem extortam mandatum carceratione finita non decernitur.*

LIV.

Si de iuriſdictione ſubditorum duo contendant, & alter ſubditos illos litigioſos per carcerem cogat, vt non ſolùm fidelitatem & obœdientiam ſibi iurent, ſed etiam alteri obœdientiam omnem per ſubiectionem præſtare eiurent, captiuos relaxandos eſſe, omnes exiſtimarunt Camerales, & cautum eſt conſtitutione

Impe-

Imperij anno 94. promulgata, quam ſupra recenſuimus. Controuerſum tamen inter ipſos fuit, an alter, pignoratus nimirum, pro relaxatione iuramenti iſtius, quo ſubditi obſtricti fuerunt pignoratori, reiq; in priſtinum ſtatum reſtitutione, carcere iam finito, ex conſtitutione pignorationis ſupplicare cũ effectu, & mandatum impetrare poſſit: aliis negantibus ſupplicanti mandatum decernendum eſſe, tùm quod iam tùm priſtinæ fidelitati iam antea præſtitæ per ſeſe inſit obœdientia & ſubiectio, tùm quod iuramentum illud non vlterius, quam quatenus ſubditi de iure tenentur, intelligi debeat: aliis verò affirmantibus, eò quod ſubditorum conſcientiæ nimium hac ratione grauentur.

*LV.*

Verùm de hac quæſtione nihil iam amplius dubitare attinet, quod prior ſententia, quæ mandatum ex conſtitutione pignorationis decernẽdum eſſe negat, communiter ſit approbata, & inter conſulta collegij Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum tranſmiſſa relata, vt teſtis eſt *D. Petrus Denaiſ. d. loc. §. 26. vbi ſi ſubditi, inquit, litigioſi per carcerem non ſolum fidelitatem & obædientiam capienti iurare, ſed & alterius ſubiectionem eiurare rogantur: durante quidem carcere captiui ratio habetor: eo autem finito, nullum vltra mandatum decernitor.*

*LVI.*

Quæſtio occurrit memorabilis & cotidiana, ſi duo Imperio immediatè ſubditi de iure Meri imperij in loco aliquo contendant, & alter criminoſum capiat, alter verò è manibus capientis ipſum eripiat, an ei, qui prius ipſum cepit, pro relaxatione & reſtitutione captiui ſic ſibi è manibus erepti abductique, ex conſtitutione pignorationis, cum effectu agere poſſit, eique mandatum propterea decerni debeat.

*LVII.*

Ab vtraque parte militant argumenta ab affirmatiua facit, quòd metuendùm ſit ne pignorans, vt actum poſſeſſorium acquirat, celerius atque par erat, dum captiuo procedat, aut etiam nulla ipſum pœna affectum, contra mentem atque voluntatem conſtitutionis, quæ dignis pœnis criminoſos plecti iubet, impunitatemque illorum omnem auerſatur, relaxet, è vinculiſq; dimittat.

*LVIII.*

A parte negatiua facit, quod criminoſa illa perſona ſit res ipſa & litigioſa, eamq; ob rem rei innocentis ac tertiæ qualitas deſit. Neque enim capiens ius ſuum aliter tueri, & alterius poſſeſſionem impedire potuit, quam eo modo, quo criminoſum è capientis manibus ereptum abduxit. Cum igitur propter defectum rei tertiæ & innocentis actus ille pro mera turbatione habendus ſit. Mandatum ſuper conſtitutione pignorationis decerni minimè poteſt.

*LIX.*

Atque hæc quidem ſententia & communiter nunc recepta eſt, & inter conſulta collegij anno 94. Auguſtã ad comitia ordinũ tranſmiſſa relata, *teſte D. Petro Denaiſio d. loc. §. 31. cum, ſi criminoſum, inquit, in loco litigioſo ab altero iam captum, alter eripiat è manibus: mandato ob id locus ne eſto. & de hac eadem ſententia atteſtatur Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de proceſſ. cap. 38. num. 2. vbi executionem maleficij, ex prætenſo iure meri Imperij ſibi competentis non minus ab eripiente, quam ab eo, cui ereptus eſt opponi poſſe, ideoque omnes Dominos hoc caſu proceſſus denegandos eſſe dixiſſe ſcribit.*

*LX.*

Neque obſtant rationes dubitandi à parte affirmatiua allatæ. Quia pro eo tanquam qui pro Magiſtratu, ſe gerit, & qui iam nactus eſt occaſionem ius ſuum plenius exercendi, præſumi neque poteſt neque debet, ipſum aut contra iuris præſcriptum aliquid Tyrannicè & crudeliter aduerſus captiuum tentaturum, aut ipſum impunitum dimiſſurum eſſe. *vide Chriſtoph. Schvvanmann. d. cap. 12. numero 20.*

Hæc

LXI.

Hæc quoque quæſtio propter ſummam in quotidiano vſu frequentiam, diſcuſſione digniſſima eſt. Sæpe cõtingit vt duo immediatè nimirum imperio ſubiecti de iure meri imperij controuertant. Alter cadauer, aut iam tùm cæſum aut propter delictum vltimo ſupplicio affectum pro conſeruanda poſſeſſione meri imperij, terræ infodiendum curat. Alter verò, vt ne ſibi per actum iſtum in iure ſuo præiudicetur, iterum cadauer illud effodiendum in ſuumque territorium deportandum curat. Quæritur nunc. An alteri illi, ex cuius territorio cadauer è terra effoſſum abductumq; fuit, ſupplicanti in Camera, Mandatum ex conſtitutione pignorationis de reſtituendo abducto cadauere, decerni debeat.

LXII.

Et poteſt hæc in vtramq; partem diſputari quæſtio, pro affirmatiua ſequentia faciunt argumenta. Primò quòd cadauer illud, actu meri imperij ſiue gladij nunc abſoluto, pro re tertia atque innocenti haberi debeat. Secundò quod ſepulchrorum violatio omni iure prohibita ſit. *vt tit. Digeſt. & Cod. de ſepulchrorum violati one.*

LXIII.

Pro parte negatiua hæc ſequentia propugnant argumenta. Primum enim ea ipſa ſepulchrorum violatio omni iure prohibita, quæ nunc iteratò fieret, multo magis reſtitutionem impedit. Secundò quod actum meri Imperij Dominus iam tùm exercuerit, ideoq; nihil omninò iſta cadaueris reſtitutio ipſi ſit profutura, poteſtq; ille ſolennibus proteſtationibus ſibi cauere.

LXIV.

Et pro hac ſententia vnanimiter concluſum eſſe ſcribit. *Schvvanmann. d. cap. 12 num. 24. Quin imo inter conſulta collegij Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum tranſmiſſa relata eſt. atteſtante D. Petro Denaiſio d. loc. §. 27. cum cæſorum, inquit, punitorumue cadauerum, ex territorio alieno, ob cauſſam litigioſi meri aſportatio, pro pignoratione ne eſto.*

LXV.

Neque obſtant allatæ rationes. Nam de prima, vt maxime demus, cadauer rem eſſe innocentem & tertiam, obſtabit tamen omni iure prohibita iteranda ſepulchrorum violatio, eademq; de cauſſa nec aduerſatur ratio altera.

LXVI.

Sicut fallacia fallaciam parit: ita quæſtio quæſtionem. Ex ſuperiori enim quæſtione hæc ipſi cognata naſcitur, ſi duo de meri imperij iure controuertant, alterq; eorum in ſignum exercitionis meri imperij, vulnera occiſi cadaueris inſpicienda curet, & de veſtibus aut membris interfecti corporis nihil quidem ſecum ſumat, ſed tamen menſuram ſaltem vulnerum ſecum auferat, an mãdatum ex conſtitutione pignorationis, de hac menſura vulnerum reſtitutione, decerni debeat.

LXVII.

Nonnulli decernendam eſſe ex Cameralibus putarunt, ſed tamen ſententia negatiua cõmuniter eſt approbata. *Et refert præiudicium Frid. d. c. 36. in cauſſa* Wertheim *contra* Würtzburg/ *vbi ſupplicanti mandatum denegatum fuit, eò quod de ſuo ipſi nihil abeſſet.* Quin imo vt maxime de veſtibus cæſi & corpore aliquid ſecũ abſtuliſſet, mandato tamen locus non foret, & hæc quoque ſententia habetur in conſultis collegij Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum tranſmiſſis. *D. Petr. Denaiſi. d. loc. Cum enim quæſtionem præcedentem definiuiſſet.* §. *2.* cæſorum inquiens, punitorumue cadauerum ex territorio alieno, ob cauſſam litigioſi meri Imperij tranſportatio, pro pignoratione ne eſto, ſubiicit §. *ſeq. Multoquè minus, ſi quid de corpore vel veſtibus cæſi. vulnerumue menſura in ſignum pignusq; meri Imperij ablatum dicatur.*

Quæ-

Digitized by Google

LXVIII.

Quæritur etiam ſi alicuius immediatè imperio ſubiecti ſubditus, vel familiaris aut miniſter innocens, propter ius aliquod, veluti ſignationis controuerſum, ab altero immediatè Imperio ſimiliter ſubiecto captiuus abducatur, ante impetrationem autem mandati relaxetur, ſed ita tamen, vt iuramento ſeſe prius aſtringere cogatur ſe tum ius illud litigioſum in poſteritatem nō vſurpare, tum verò etiam ad requiſitionem pignorantis ſiue capientis ſeſe iterum carceri ſiſtere velle, an alteri illi pro hoc iuramento relaxando ſupplicanti in Camera mandatum ex conſtitutione pignorationis decerni debeat.

LXIX

Et magis eſt, vt dicamus, mandatum illud decerni oportere, tùm quod relaxatus ratione iuramenti ſiue vinculi religioſi adhuc captiuus reputetur, tùm quod iuramentum loco pignoris exactum & quaſi abductum, pro noui iuris vſurpatione hiſce caſibus videatur. *Petr. Frid. Mindan. lib. 1. de proceſſ. capit. 36. num. 13. D. Petrus Denaiſius d. loc reponit hanc ſentētiam in numerum conſultorum collegij Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum tranſmiſſorum, cum in* §. 25. *Alienis, inquit, ſubditis vel miniſtris ſponſione obſtrictis, ne ius litigioſum vſurpent in poſterum, mandato locus eſto.*

LXX.

Diximus ex conſtitutione res pignoratas ablatas vel perſonas captiuas abductas eſſe oportere. Quid verò obtinet, ſiquis rem aliquam iuris cuiuſdam noui vſurpandi gratia, veluti armentum, gregem pignoret quidem, ſed non auferat, & abducat, verùm includat in locum aliquem, vt inde exire nequeat. Et ne fraus conſtitutioni fiat, & quod paria ſint rem auferre, & ita includere, vt vſus eius nobis intercidat, conſtitutioni locus erit, ideoq; mandatum ſuper re incluſa relaxanda reſtituendaq, obtineri poterit. *Gail. de pignorat. obſeru. 9. vbi de hac incluſione multa eleganter tradit. & Frider. d. c. 36. num. 7.*

LXXI.

Sed quid dicendum erit, ſi propter ius controuerſum vini venalis habendi ſiue vendendi, hedera deiiciatur aut, ſi, inter duos de iure quopiam in caſtro aliquo controuerſia exiſtente, alter alteri inſignia deiiciat. Affirmandumnè erit conſtitutioni locum eſſe an verò negandum?

LXXII.

Diſtinctionis adhibito fœdere, quæſtio hæc communiter deciditur. Aut enim hedera & inſignia deiecta manent integra, aut per iſtam deiectionem franguntur corrumpunturque. Poſteriori caſu locus eſt conſtitutioni, mandatumq; pro reſtitutione precij decernitur, quòd rei etiam viliſſimæ, æſtimabilis tamen, reſtitutio in odium pignorantis, mādato ex hac conſtitutione iniungatur: Priori autem caſu, eò quod nihil ſupplicanti de ſuo abſit, mandatum denegatur, eaque deiectio pro mera turbatione habetur.

LXXIII.

Et hæc quidem ſententia communiter in Camera approbata eſt, *vt tradit Chriſtoph. Schvvanmann. lib. 1. Proceſſ. Cameral. d. cap. 12. num. 25.* proptereaque etiam relata in numerum conſultorum collegij, Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum tranſmiſſorum, vt atteſtatur *D. Petrus Denaiſius d. loc.* §. 34. *cum ſi venali vino, inquit, hedera ſuſpenſa adfixaue, caſtro litigioſo inſignia non ſolum deiiciantur, ſed & confringantur corrumpanturue, & harum & cuiuſlibet rei viliſſimæ, æſtimabilis tamen reſtitutio, mandato iniungitor. Deiectio pro ſimplici turbatione habetor.*

LXXIV.

Si verò res ſoli quæpiam, veluti patibulum, ſæpes, caſula, aliaue ſtrues ita deiiciatur, vt tamen ex ruderibus nihil auferatur, an huiuſmodi factum ad conſtitutionem trahi poſſit, iudicantis æſtimatio eſto. *D. Petrus Denaiſ. d. loc.* §. 29. *Petr. Frider. Mind. d. cap. 36. num. 11.*

Porrò

LXXV.

Porrò & alij caſus ſunt, in quibus, ſaluis verbis conſtitutionis, ſententia eius circumuenitur, ideoque ipſi conſtitutioni imponitur, fraudem enim legi facit, qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit, *vt inquit Paulus Iureconſ. in l. contra legem 29. ff. de legibus.* veluti ſi propter controuerſum ius paſcendi fruges in agro conculcetur, fœnum in flumen coniiciatur, pecora in flumen aut limoſam paludem fugentur, vt inde pereant, vel propter ius controuerſum venationis plagæ conſcindantur, vel canes venatici occidantur. Cùm enim hac quoque ratione in conſtitutionem ipſam peccetur, legisq; latoris mens atque voluntas offendatur paria quoque ſint, rem auferri, vel inutilem planè redditam relinqui, atq; parium & æquipollentium eadem ſit natura atque diſciplina *l. ſi mater C. de inſtit. & ſubſtitut. vbi gloſſ. in verb. ſua cauſſa, gloſſ. in l. final. §. fin. in verb. lucri. ff. mandat. clem. exiui. §. vt autem de ver. ſignifi. c. tuam. de conſang. & affin. gloſſ. Ibid. in verb. æquipollentibus,* pro rebus iis ita deperditis perinde proceſſus ex conſtitutione pignorationis decernuntur, ac ſi illæ ablatæ forent. *Frider. d. cap. 36. num. 9. Et hæc ſententia communiter in Camera approbata eſt, eamquè ob rem in album cõſultorum collegij Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum trãſmiſſorum aſſcripta, teſte D. Petro Denaiſio. d. loc. §. 33. cum rebus, inquit, in conſtitutionis fraudem corruptis velut retibus conciſis, occiſiſue canibus, aut armentis in flumen actis, proceſſus non ſecus, quam iiſdem ablatis decernuntur.*

LXXVI.

Ecquomodo verò res ipſæ ita peremptæ reſtituentur, cum partim inutiles planè redditæ, partim ex rerum vniuerſitate ſublatæ ſint, ſic vt fruſtra alicui pro reſtitutione iſtarum ſupplicaturus videare, multo minus mandatum decerni poſſe videri queat, propterea quòd non entis nullæ ſunt qualitates.

LXXVII.

An igitur pro reſtitutione æſtimationis & precij ſupplicandum, mandatúmq; decernendum erit? Et quidem prima fronte dicendum videbatur, non poſſe, propterea quod hæc actio ſit particularis, in particularibus autem precium in locum rei non ſuccedat. *l. venditor 2. ff. de hered. vel action. vend. l. ſi quis vxori §. ſi Titius, ff. de furt. l. Qui vas. §. fin. ff. eod. tit. Soci. in fallent. reg. 302. incip. precium vbi duodecim fallentias ponit. Gail. de pignor. obſ. 11. num. 3.*

LXXVIII.

Verùm, ratione illa non obſtante, dicendum eſt, rectè pro precij reſtitutione ex conſtitutione pignorationis & ſupplicari, & mandatum decerni. *Gail. d. obſeru. 11. Mynſing. cent. 3. obſ. 21.* Quod in tribus caſibus procedit. Primò quidem ſi res tertia ablata, deteriorata, corrupta & perdita ſit. Secundò ſi animalia pignorata fame confecta, vel alio modo interemta ſint. Tertiò ſi pignoratus eò, quod carere non potuit ea, vel quod interitum illius veritus ſit, rem pignoratam à pignoratore iuſto precio ſoluto redemerit. His enim caſibus pignoratus pro reſtitutione precij rectè & ſupplicat & mandatum impetrat. *Gail. d. obſ. 11. Mynſing. cent. 3. obſ. 19. vbi ſuo tempore nobilibus de* Walborn *contra Archiepiſcopum Colonienſem in cauſſa* der abgepfändeten 125. Thaler / *& in quibuſdam aliis cauſſis, decretos fuiſſe Proceſſus affirmat Frider. d. c. p. 36. nu. 14. Atque ita quoque peculiari conſtitutione Imperij in Comitiis Auguſtanis Anno 66. promulgata* §. als auch im zwey vnd zwantzigſten *cautum eſt. Adde D. Petrum Denaiſ. d. loc. §. 6. cum pignoribus, inquit, culpa vel negligentia corruptis conſumtiſue, precioue à Domino redemtis, æſtimatio ſeu precium loco rei reſtituitor.*

LXXIX.

Non obſtat ſupra allata iuris Theorica. Ea namq; non procedit, quando quis conuenitur ratione doli. *l. is. qui à debitore 9. verb. qui dolo malo emit, bona fide autem ementi vendidit, in ſolidum precium rei, quod accepit, tenebitur. ff. quæ in fraud. creditor.* Pignorans autem, eò quòd pignora contra Iuris tàm communis, quam conſtitutionis ſuper pignoratione prohibitionem abſtulit, & ſic rei illicitæ operam de-

dit,

dit, non ſolum in præſumto, verum etiam in manifeſto dolo eſſe cenſetur. *l.2.§. de blamentio. ff. vi bonor. raptor. cum ſimil. allegatis à Mynſing. d. obſ. 19. & à Gail. d. obſer. 11. numero 7.*

*LXXX.*

Controuerſum fuit, ſi duo de iure collectandi, mulctandi vel vectigalis contendant, & pignorans non plus auferat, quam ſibi collectæ, mulctæ, vel vectigalis nomine deberi prætendit, an pignoratus pro reſtitutione, ex conſtitutione pignorationis ſupplicare, & mandatum impetrare poſſit.

*LXXXI.*

Plerique ex dominis Cameralibus factum illud meram turbationem ſapere, ideoque conſtitutioni ſuper pignoratione locum non eſſe exiſtimarunt. *Eaq; ſententia inter conſulta collegij Anno 94. Auguſtam ad comitia ordinum tranſmiſſa relata eſt, teſte D. Petro Denaiſio. d. loc. cum iure vectigalis, inquit, mulctæ, collectæ controuerſo, ſi non plus, quam eo nomine deberi prætendatur, ademptum ſit, pro pignoratione ne habetor.*

*LXXXII.*

Quoniam etiam fieri quotidie videmus vt pignoratus in continenti rurſum pignorantem ſiue eum qui prius pignorauit, pignoret, quæri poteſt, an hæ repignorationes ſint licitæ.

*LXXXIII.*

Dubitandi occaſionem ſuppeditat, quòd iure naturali licitum ſit, vim vi repellere, ſic vt non ſolum pro defenſione corporis ſui. *leg. vt vim ibiq; communiter DD. ff. de iuſt. & iur. Angel. Aretin. in tract. ſuper maleficiis. §. Et Titius n. 1.* verũ etiam pro *defenſione rerum, moderamine tamen inculpatæ tutelæ vtrobiq; ſeruato vt tractant ordinarie DD. in d. l. vt vim alterum occidere liceat. l. Furem 9. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. 4. §. ff. ad l. Aquil. Et hanc repignorationem eo magis licitam eſſe videri queat, quod Diocletianus & Maximianus in l. 1. C. vnde vi reſcribãt, rectè poſſidenti, ad defendendam poſſeſſionem, quam ſine vitio tenebãt, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulſare licere.*

*LXXXIV.*

Verùm mutuas illas pignorationes illicitas eſſe ex eo conſtat, quòd quilibet ſeſe viâ iuris, non facti defendere debeat. *leg. extat. ff. Quod metus cauſſ. l. meminerint. C. vnde vi* & tanto magis eæ coercendæ ſunt, quantò vehementius ea re animi exacerbantur, ſic vt poſtea partes vtrinque ad arma deueniant, & publicę pacis tranquillitas, cuius conſeruandæ aſſerendæque gratia hanc quoq; pignorationis conſtitutionem inuentam & introductam eſſe ſuprà docuimus, hac ratione mirum in modum vehementerque perturbetur.

*LXXXV.*

Quocirca in Camera imperiali vtrique parti paritio in cauſſa mandati iniungetur, vt nimirum pignora ablata reſtituant. *Gail. de pignorat. obſ. 12. nu. 2. Frid. d. cap. 36. num. 2.*

*LXXXVI.*

Non obſtat ſuprà allata dubitandi ratio, quia illa de neceſſaria defenſione loquitur, mutuæ autem pignorationes non ad neceſſariam defenſionem, ſed ad interdictum retinendæ poſſeſſionis & proinde ad rem familiarem pertinent. *l. 2. §. hac autem interdicta. ff. de interd. Gail. d. obſeru. 12. num. 12.*

*LXXXVII.*

Et hæc de requiſito tertio ſatis ſuperque dicta ſunt. Reſtat quartum nimirùm vt cauſſa, propter quam ſit pignoratio, ſit ciuilis, non criminalis *part. 2 ordin. tit. 22.* allein Malefitz Sachen außgenommen/ *Gail. in tractat. de pignorat. obſeru. 3. nu. 11. Frider. libr. 1. de proceſſ. cap. 37. Schvvanmann. libr. 1. cap. 12. num. 4.* verùm de hoc infrà plenius in exceptione maleficij.

*LXXXVIII.*

Diximus ſuprà, pignoratori ex conſtitutione pignorationis à Camera Imperia-

periali per mandatum pœnale ſine clauſula Iuſtificatoria iniungi vt captiuum ſtatim à die inſinuati mandati relaxet, aut pignora ablata reſtituat, cum annexa citatione ad docendum de paritione, & deducendum ius pignorationis aut videndum ſe declarari in pœnas mandato inſertas.

LXXXIX.

Vndè conſtat, proceſſum in cauſſa conſtitutionis ſuper pignoratione eſſe duplicem, *vnum in cauſſa mandati ſeu paritionis alterum in cauſſa citationis d. ordinat. p. 2. tit. 22. Gail. de pignorat. obſeru. 13. num. 1. Chriſtoph. Schvvanmann. lib. 2. Proceſſ. Camer. cap. 18. D. Petrus Denaiſ. d. loc. §. 2*

XC.

Mandati ſiue paritionis punctus in nouis pertractatur *Viſitat. receſſ. Anno 68.* §. demnach auch / *quem receſſum ſuprà poſuit autor & memor. viſitat. Anno 80.* §. Wie dann auch *D. Petrus. Denaiſ. d. loc. §. 8. Chriſtoph. Schvvanmann. libr. 2. proceſſ. Cameral. d. cap. 18. num. 2*

XCI.

Cæterùm in cauſſa mandati ſiue paritionis ita proceditur: pignoratori per mandatum pœnale ſine clauſula iuſtificatoria à Camera imperiali iniungitur, vt captiuum ilicò ohn einigen Entgeldt. Sub cautione ſolita de non vindicando carcere, & ſi aliter in iudicio iudicatum fuerit ſeſe iterum ſiſtendi relaxet & pignora ſtatim, repromiſſione ab actore facta, ea, ſi cauſſa cadat repræſentandi, plenè integreque reſtituat, cum annexa citatione ad docendum in præfixo eam ad rem termino de facta paritione, & proponendum ius pignorationis, aut videndum ſe declarari in pœnas mandato inſertas. *part. 2. ordin. tit. 22.*

XCII.

Citatio vigore conſtitutionis noſtræ ſuper pignoratione fit ad docendum de paritione, non autem ad proponendum cauſſas, quamobrem reus mandato parere non teneatur, quæ clauſula inſeritur mandatis, cum clauſula iuſtificatoria, quæ tale factum contineant, quòd iure iuſtificari poſſit.

XCIII.

At verò pignorationes omni iure prohibitæ ſunt. *Auth. vt non fiant pignorat. c. 1. de iniu. in 6.* & per alia iura ſuprà allegata. Ergò rectè mandatum ſine clauſula & petitur & decernitur, paritioque preciſè vrgetur, quòd Iudex ab huiuſmodi mandato in factis ipſo iure prohibitis ſtatim incipere poſſit, *part. 2. ordin. tit. 23. Et nos diximus ſuprà.*

XCIV.

Dixi, actori à reo pignora relaxari, facta ab actore ſcilicet repromiſſione de repræſentandis iis pignoribus, ſi fortè poſteà cauſſa cadat, quam quidem repromiſſionem, ita quidem vt neceſſe non ſit cautionem fideiuſſoriam vel pignoratitiam præſtari, ſufficere puto, tùm quod negocium hoc loco vertatur inter perſonas tales, quæ ſoluendo ſint tùm quod per mandatum executoriale Reus id, quod ita ei repromiſſum fuit, facilè cõſequi poſſit, tùm verò etiam quòd in cauſſa ſæpenumero per quam modica & exili iniurioſa videatur iſta cautionis exactio.

XCV.

Iudex tamen pro ratione circumſtantiarum, reique qualitate, ne per diſputationem longiorem, vtrùm cautio oblata ſufficiens ſit, nec ne, paritio contra mentem conſtitutionis diu multumq; procraſtinetur, maturè arbitrium ſuum interponet, quòd nihil in conſtitutione expreſsè hac de re definitum ſit, ideoq; Iudicis arbitrio permitti debeat *l. 1. ff. de iur. deliber.*

XCVI.

Porrò mandato legitimè inſinuato, & in iudicio reproducto reus ad præfixum terminum aut de paritione plena docet, aut exceptiones obiicit. Si docet, veluti

veluti per inſtrumentum publicum à Notario adhibitis duobus teſtibus in forma ſolita confectum, vel pignorati quietantiam, aut per repromiſſionem ſiue cautionem ab actore præſtitam *Chriſtophor. Schvvanmann. libr. 2. proceſſ. Cameral. cap. 18.* Benè ſe res habet *Schvvanmann. d. loc. Gail. d. obſeru. 13. num. 5.*

*XCVII.*

Quod ſi mandato quidem pareatur, ſed non plenè, & actor plenè paritum eſſe neget, reus autem affirmet, actori nominatim probandum incumbit, in quibus mandato non ſit paritum, idque Iudex per hanc interlocutoriam ipſi iniungit. Iſt der Beſcheidt/daß der Kläger in ſpecie anzeigen ſoll/ worinn dem Keyſerlichen Mandat kein Gehorſam geleiſtet/ *Gail. de pignorat. obſeru. 16. numer. 9. Adde Chriſtophor. Schvvanmann. d. cap. 18. num. 10.*

*XCVIII.*

An autem exceptiones contra paritionem in cauſſa mandati ſuper hac conſtitutione pignorationis admitti debeant, non abs re in quæſtionem vocari poteſt.

*XCIX.*

Pro parte negatiua, quòd exceptiones admitti non debeant, ſequentia propugnant argumenta. Primum enim dicit conſtitutio ipſa *part. 2. ordin. tit. 22.* ohne Verzug auch einige Eynrede die Pfandung wider zu geben. *Per vocabulum autem* Eynrede *nihil aliud intelligitur quàm exceptio. Non igitur exceptio contra paritionem admitti debet.* Secundò ſi exceptiones contra paritionem in cauſſa mandati ſuper hac conſtitutionis pignoratione admittendæ forent, paritio cum magno pignorati captiui, præſertim qui interim in ſqualore carceris hærere cogeretur, periculo & damno diu multumque procraſtinaretur, id quod aduerſatur conſtitutioni, quę factum omni iure prohibitum, pignorationem nimirùm, celeriter ohne Verzug amputari, & è medio remoueri cupit, vt totus cõſtitutionis illius contextus manifeſtè arguit.

*C.*

A parte affirmatiua ſequentia faciunt argumenta. Conſtitutio ipſa admittit maleficij exceptionem. *verb.* allein Maleſitz Sachen außgenommen. Hæc igitur admitti debet, ideoque ſi pignorator in termino citationis vel paritionis opponat contra iniunctam ei per mandatum paritionem, cauſſam eſſe criminalem, & propter commiſſum maleficium captiuum in carcere detineri, ante paritionem audiendus eſt per hanc conſtitutionem noſtram, quæ hunc maleficij caſum diſertis verbis exprimit, ne delicta maneant impunita. *l. ita vulneratus. §. quod ſi ff. ad l. Aquil. Gail. de pignorat. obſeru. 14. nume. 5. Frider. libr. 1. de proceſ. cap. 37. per tot. Memorial. viſitat. de Anno. 79. §.* ferner *verſic.* Sonſten aber/ *Ciſner. in addit. ad hanc noſtram conſtitut. D. Petrus Denaiſ. d. loc. § 13. cum maleficij, inquit, exceptiones ne reiiciuntor.*

*CI.*

Cum igitur reus ſiue pignorator contra iniunctam paritionem exceptionem maleficij oppoſuit, Iudex ad probandam iſtam, breuem cumque peremtorium terminum ei aſſignare, diligenterque ſecum expendere debet, ne fruſtratoriè procraſtinandæ differendæque paritionis cauſſa exceptio illa opponatur *Gail. d. obſeru. 14. numer. 6*

*CII.*

Sed an conſtitutioni huic ſuper pignoratione locus erit, ſi quis ob delictum in loco domicilij, à domino alterius territorij captus & alio abductus ſit? Rectè negat *Gail. d. obſeru. 14. nume. 5.* quòd pignoratio iſta ob delictum, non autem noui cuiuſdam iuris acquirendi cauſſa facta ſit.

*CIII.*

Vndè patet à contrario ſenſu, *quod argumentum in iure firmiſſimum eſt. Euerhard. in Top. legal. loco è contrario ſenſu.* Si non tàm propter delictum ipſum quam noui iu-

ris acquirendi gratia, quis ob delictum in loco domicilij à domino alterius territorij captus & alio abductus ſit, *conſtitutioni ſuper pignoratione locum eſſe, & ſupplicanti rectè proceſſus decerni. Frider. d. cap. 37. numer. 1. vbi etiam præiudicium Camerale refert in cauſſa comitis ab Hohenlo, contra Georgium Fridericum Marchionem Brandeburgenſem, Anno 86. obſeruatum.*

*CIIII.*

Quod ſi verò non propter maleficium ſed aliam quandam petulantiam, nequitiam vel malitiam in loco litigioſo ab altera parte, quæ ſuam iuriſdictionem exercere velit, capiatur, & quoniam delinquens petulantiæ ſiue delicti ſui (quod tamen non eſt maleficium quod criminaliter puniri debeat, cuiuſmodi cauſſæ omnes, excepto fractę pacis crimine, à Camera exulare iubentur, vt ſuprà *part. 1. diximus*) nondum pœnas dederit, & res ita comparata ſit, vt ex præuentione puniri poſſe videatur, conſtitutioni locus erit, vt in conſtitutione Imperij in comitiis Ratisbonæ Anno 94. habitis promulgata, expreſsè cautum eſt cuius verba ita ſe habent: Aber die Perſonen belangendt / ſo nicht vmb Malefitz / ſondern andern Mutwillens halben / an einem Orte / da die Obrigkeit ſtreittig / von dem einen Theil / der ſich ſeiner habenden Jurisdiction zu gebrauchen vermeynet / eyngezogen worden / vnd wenn der Gefangene ſeines Verbrechens halben noch nicht geſtraffet / Præuentio punientis delictũ ſtatt habẽ ſoll / wollen wir / daß ſolcher vorangezogner Vnterſcheid nicht zu halten ſey / ſondern bey der Conſtitution allerdings gelaſſen werden ſoll / doch daß ſolche Perſonen / nicht ſelbſt zu dergleichen Pfändungen Vrſach geben hätten. *Frider. d. cap. 37. nu. 4. D. Petr. Denaiſ. d. loc.* §. *20.* cum, qui verò, inquit, non ob crimen quidem, ſed ex delicti tamen cauſſa, in litigioſo territorio, ab alterutra parte capti, atque in ea cauſſa fuerint, vt ex præuentione puniri poſſe videantur, quoad hos ſuperiore illa diſtinctione ceſſante, conſtitutio immutata ſubſiſtit.

*CV.*

An igitur nullæ aliæ, præterquàm ſola maleficij exceptio, de qua hactenus diximus, ante paritionem obiici poterunt? Ita vtique affirmandum videtur, tùm quod conſtitutio de ſola maleficij exceptione verba faciat, vtens hiſce verbis, allein Malefitz Sachen außgenommen. Particulæ autem taxatiuæ tantùm, duntaxat, allein excludunt omnes alios caſus præter poſitos, *Euerhard. in Topic. lega. loc. à natura dictionum taxatiuarum*, tùm verò etiam quòd exceptio in caſibus non exceptis firmet regulam *l. nam quòd liquidè.* §. *ſi cui. ff. de pen. leg. l. fina.* §. *cui dulcia. ff. de tritic. vin. & oleo legat. l. Tribunus.* §. *final. ff. de teſtam. milit. c. nonne de præſumpt. & c. dominus 32. q. 7. Bart. in l. quæſitum.* §. *denique ff. de fund. inſtrum. & in* §. *vt autem vbi gloſſ. & Bart. in Authent. de non alien. column. 2. Angel. conſil. 239. incip. Quidam emtores & conſil. 290. Roman. conſil. 337. Dec. ad l. 1. ff. de reg. iur. num. 21.*

*CVI.*

Verùm rationibus hiſce minimè attentis affirmandum eſt, & ſine hæſitatione ſentiendum, etiam aliis nonnullis exceptionibus locum eſſe.

*CVII.*

Cum enim in omnibus mandatis ſine clauſula iuſtificatoria, exceptio ſub & obreptionis ante paritionem admittatur, ſicut ſuprà de mandatis ſine clauſula generaliter monuimus, eaque generalis iuris Theorica ſiue regula per aliquam poſteriorem conſtitutionem non fuerit abrogata, neq; etiam hæc ſuper pignoratione conſtitutio ipſam ſuſtulerit, regulæ tantiſper inhærendum erit, donec quis exceptionem aliquam, vel regulæ reſtrictionem ſiue limitationem probauerit. Qui enim regulam pro ſe habet, ius certum habere dicitur, donec contrarium probetur. *l. ab ea parte. ff. de probat. ibique Barto. num. 1. l. ſuus.* §. *puto in fin. ff. de hæred. inſtit. c. final. de reſtit. ſpoliat. in 6. Iaſ. in l. 2. numer. 33. ff. ſi quis in ius vocat. Natt. conſil. 636. nume. 183. volum. 3. incip. multa ſunt. Roland. conſil. 93. numer. 10. volum. 2. Incip. perlectis verbis. Curt. Iun. conſil. 229. num. 72. volum. 3. incip. viſis & diligenter.*

Hæc

*CVIII.*

Hæc tamen ſub & obreptionis exceptio ita proponi debet, vt merita cauſſæ neutiquam admiſceantur. Poteſt enim excipiendo obiici, nihil pignori ablatum eſſe vel abductum, veluti ſecurim quidem ex manibus ligna cædentis in ſignum ſaltem, iuris ſui conſeruandi gratia, ereptam & in terram proiectam, non autem abductam ſiue ablatam fuiſſe. *Frider. d. cap. 37. num. 5.*

*CIX.*

Sic, quod generaliter de omnibus mandatis ſine clauſula iuſtificatoria cautum eſt conſtitutione Imperij in Comitiis Ratisbonæ Anno 94. habitis promulgata §. Zum dritten: Et nos ſuprà de mandatis ſine clauſula generatim monuimus, vt exceptio maleficij, priuationis, banni, & ſimilium in iis, ante paritionem admittatur, in hac quoq; pignorationis conſtitutione locum habebit, ſiquidem id per nullam conſtitutionem poſteriorem fuerit abrogatum, multò minùs extet vlla ordinatio, per quam generalem illam conſtitutionem in cauſſa pignorationis non procedere ordinatum conſtitutumue fuerit; Sic vt hiſce quoque in caſibus regulæ tantiſper inhærere debeamus, donec contrarium probatum fuerit.

*CX.*

Quin etiam conſtitutio hæc noſtra ſuper pignoratione expreſsè requirit, vt vtraq; pars, tàm actor, quàm reus imperio immediatè ſubiaceant. Conſtat hinc, ſi alteruter mediatè imperio ſubiectus ſit reus præſertim, deficere iuriſdictionem Cameræ: Ideoque exceptionem fori declinatoriam ſiue nullitatem ex defectu iuriſdictionis obiici poſſe, & hanc exceptionem obiectam releuantem eſſe, probatamque tollere iuriſdictionem Cameræ. *Gail. d. obſeru. 14. nu. 8. Fride. d. cap. 57. numer. 5.*

*CXI.*

Et quoniam hanc qualitatem diſertè requirit conſtitutio, perindè habetur, ac ſi exceptionem prædictam expreſſis quoque verbis & nominatim poſuiſſet, ſicut enim poſitis conſtitutionis qualitatibus omnibus, ponitur ſiue locum habet ipſa conſtitutio, ſic quoque deficiente qualitate conſtitutionis vna tota deficit conſtitutio. Cui enim non conueniunt verba cōſtitutionis, eidem & ipſa non conuenit conſtitutio, neque in eo diſpoſitio illius locum habet, *vulga. l. 4. § toties. ff. de damn. infect.*

*CXII.*

Quin imò etiamſi lex vel ſtatutum omnes nullitates tollat, nullitatem tamen ex defectu iuriſdictionis prouenientem non cenſetur tollere. *Gloſſ. fina. in clement. vnic. de Sequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. Angel. in l. non erit. § dato. ff. de iureiur. Felin. in c. paſtoralis. verſ. amplia etiam de except. Alexand. in conſil. 79. in cauſſ. & lite in fine libr. 7. Vant. de nullitat. ex defect. Iuriſd. numer. 4. eò quod iudicatum non poſſit dici ab eo, qui ius iudicandi non habuit. L. 1. §. final. ff. ad Sc. Tertul. l. 1. §. hac autem verba. ff. quod quiſque iuris. l. 2. in fin. ff. de pæn.*

*CXIII.*

Cum inſuper ſuprà à nobis dictum ſit, ſi officialis vel miniſter domini alterum pignorauerit, vt hic aduerſus ipſum dominum rectè ex cōſtitutione pignorationis agat, requiri iuſſum, ſiue ratihabitionem domini conſtat hinc, maximè ſupplicans in libello ſuo ſupplice narrauerit, pignorationem officialis ſiue miniſtri iuſſu domini factam eſſe, & ita proceſſus impetrauerit, quod in extrahendis proceſſibus ſupplicationis narratis credi tantiſper ſoleat, donec in ipſo poſteà cauſſæ proceſſu contrarium doceatur. *l. cum quædam puella. ff. de iuriſd. & dixi ſuprà part. 1.* poſſe tamen dominum ſiue reum, reproductis proceſſibus in primo termino excipere, falsò in ſupplicatione narratum fuiſſe, pignorationemque iſtam ſine ſuo mandato factam eſſe.



Digitized by Google

CXIV.

Et hæc quidem exceptio valdè releuans eſt, vt quæ ſit intentionis & facti: veluti tibi non competit actio contra mè, quia ego neque pignoraui, neque pignorationem in tali loco fieri mandaui, nec enim ego deiecisſe videor, ſi familia mea deiecit, vt inquit Vlpianus *Iur. in l. 1. §. ait Prætor. ff. de vi & vi armat.* Neminem autem ſine actione experiri poſſe, exploratiſſimi iuris eſt, *l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de negoc. geſt.* Et hæc quidem ita nobis ediſſerit, *Gail. de pignor. obſeru. 5. nu. 11. & 12. & d. obſeru. 13. num. 9.*

CXV.

Rectè igitur in puncto mandati hæc à domino exceptio obiicitur, & Iudex omninò illam attendere debet. Quòd ſi hac minimè attenta domino paritionem iniungeret, nullitas proceſſus ex defectu iuriſdictionis & voluntatis naſceretur. *tot. tit. c. ſi à non competent. iudic. & l. fin. ff. de iuriſd. Gail. d. obſeru. 5. nume. 13.*

CXVI.

Vnde patet, Iudicem has exceptiones ad probandum admittere teneri, iiſque probatis reum à prima inſtantia abſolui, per ea quæ tradit *Gail. d. obſeru. 5. numer. 12. & d. obſeru. 14. numer. fin.*

CXVII.

Facit huc, quod nos ſuprà generaliter docuimus, de mandatis ſine clauſula, in iis ante paritionem, exceptionem ex defectu iuriſdictionis & mandati admitti.

CXVIII.

Ex quibus perſpicuum manifeſtumque euadit, præter maleficij exceptionem fori quoque declinatoriam ſiue exceptionem ex nullitate defectus iuriſdictionis proficiſcentem, ſicut & illam, quæ ex deductu mandati prouenit, in puncto mandati ante paritionem rectè hic obiici, & ad probandum admitti.

CXIX.

Non obſtant ſuprà allatæ rationes duæ, quarum vna à particula taxatiua deſumta eſt, altera verò indè arguit, quod exceptio in caſibus non exceptis firmet regulam. Non enim particula illa taxatiua allein / eò aſtringenda eſt, quaſi nulla alia præter maleficij exceptionem ante paritionem in puncto mandati obiici poſſit, ſed quod conſtitutio hæc ſuper pignoratione, ex quibuſcunque aliis cauſſis, ſola maleficij cauſſa excepta, fiat pignoratio, locum habeat. Et ſuprà dictum fuit, eò quod in conſtitutione diſertè requiritur, vt vtraque pars immediatè imperio ſit ſubiecta, perindè haberi, ac ſi expreſsè poſitum ſit, deficiente hac qualitate exceptionem hanc ex nullitate defectus iuriſdictionis rectè obiici. Quod idem de commemorata ex defectu mandati exceptione notandum eſt, quod iuſſum vel ratihabitionem domini interuenire omninò oportere, ſatis ſuper quæ à nobis ſuprà fuerit demonſtratum.

CXX.

Conſtat ex his omnibus, exceptiones in puncto mandati ante paritionem rectè obiici.

CXXI.

Non obſtant ſuprà obiectæ rationes. Nam quod in conſtitutione hac noſtra ſcriptum extat, ohn Verzug vnd einige Eynrede die Pfande wider zugeben ſic vt proptereà ante paritionem omnis exceptionis proponendæ præcluſa eſſe via videatur & ordinatio hoc innuat per vocabula ohn einige Eynrede / quaſi nullæ planè exceptiones obiici debeant, id accipiendum eſt de exceptionibus friuolis & fruſtratoriis, non autem de rationabilibus, *per clauſulam enim (nulla exceptione obſtante) non rationabiles, ſed friuolæ tantum & fruſtratoriæ exceptiones repulſa & excluſa eſſe videntur gloſſ. in c. ex parte 2. & per Iohan. Andr. & alios ibid. DD. de offic. deleg. ſicut in ſimili clauſula appellatione remota intelligitur tantum de friuola & fruſtratoria Bart. in l. 1. §. final. ff. à*

quibus

Digitized by Google

*quibus app. licet Iaſ. in l. 3. §. ſi is pro quo column. 1. ff. Quod quiſque iur. Marant. de ordin. iu-dic. part. 6. ſecund. act. princip. num. 326. Mynſing. cent. 1. obſeru. 3. numer. 5.*

CXXII.

Neque aduerſabitur ſi quis regerat, quod diximus, clauſulam exceptione non obſtante intelligendam eſſe de exceptionibus friuolis & fruſtratoriis, id verum eſſe, ſi clauſula illa ponatur in reſcriptis, ſecus verò, ſi in ſtatutis aut conſtitutionibus, ſublatis enim exceptionibus à ſtatuto intelligi non modò de friuolis, ſed etiam de legitimis, & ſic nullam opponi poſſe, maxime ſi ſtatutum ſit factum ab habētibus merum & mixtum imperium, & qui ius alterius tollere poſſint, *ſicut DD. communiter in d. cap. ex parte 2. num. 6. Id pro regula tradunt Mynſing. cent. 2. obſ. 10. numer. 3.* Iam verò nullum planè dubium eſſe, quin Imperator & Status Imperij & merum & mixtum imperium habeant & ius alterius tollere poſſint, per talem igitur clauſulam (ohn einige Eynrede.) In conſtitutione de pignorat. poſitam cenſeri præciſè omnes exceptiones ſublatus, ſicut argumentatur etiam *Mynſinge. d. obſeru. 10. numer. 3.* Nam conſtitutionem expreſsè maleficij exceptionem, ſicut & exceptionem ex nullitate defectus iuriſdictionis & mandati excipere ſuprà demonſtrauimus. Et alias ſublata exceptione per ſtatutum aut conſtitutionem non tamen ſublatam eſſe exceptionem incompetentiæ Iudicis, & proindè regulam de clauſula (exceptione non obſtante) traditam, quod in ſtatutis aut conſtitutionibus illa non ſolùm de friuolis, verùm etiam de legitimis intelligatur exceptionibus, ceſſare in exceptione incompetentiæ nominatim tradit *Felin. in d. c. ex parte 2. numer. 16. verſ. 18. fallit, propterea quòd exceptio hac incompetentiæ Iudicis nunquam ſublata cenſeatur gloſſ. in clem. 1. verſ. nullatenus de Sequeſtr. poſſeſ. & fruct. Bart. in l. exceptionem ad fin. c. de except. Angel. Imol. & Roman. in l. de pupillo §. qui opus. ff. de nou. oper. nunciat.*

CXXIII.

Quid? quod ex maleficij & incompetentiæ Iudicis exceptionibus, per conſtitutionem, argumento à contrario ſenſu, (veluti, conſtitutio vt locum habeat vtramque partem oportet immediatè imperio eſſe ſubiectam, ergo ſi vtraque pars (Reus præſertim) immediatè imperio ſubiecta non eſt, conſtitutio locum non habet) expreſsè exceptis, / quia illud, quod venit & à contrario ſenſu, habetur perinde, ac ſi eſſet expreſſum in lege, vel canone, *gloſſ. notabil. in l. Qui teſtamento. §. Mulier. ibiq; Bald. & Paul. de Caſt. ff. de Teſtam. Et idem Bald. in c. Canonum ſtatuta in 4. column. de conſtit. gloſſ. ſing. in c. humanum genus in verb. prohibetur diſt. 1. Alex. de Imol. in l. apud antiquos in Apoſtil ad Bald. C. de furt. Everhard. in Top. legal. loco à contrario conſenſu vbi multa allegat;*) ſatis appareat, clauſulam illam ohn einige Eynrede non niſi de friuolis & fruſtatoriis ereptionibus, per quas paritio diu differatur procraſtineturque, accipiendam eſſe.

CXXIV.

Et hanc quidem interpretationem magnopere confirmat receſſus viſitationis in Anno 68. §. demnach auch / quem ſupra author poſuit, in quo expreſſe ſtatutum eſt, vt fruſtratorię & friuolę exceptiones contra mandatum ſiue paritionem non attendi, ſed præciſè paritio vrgeri, eaque reo ſeriò iniungi debeat, toto paritionis puncto in nouis petractando. *verba.* Damit alle vnerhebliche Exceptiones abgeſchnitten / vnd vor allen Dingen dem außgangenem Mandat / vermöge offt angeregter Conſtitution der Pfandung volkomlich parieret / damit auch ſolches deſto förderlicher beſchehen möge / ſetzen vnnd ordnen wir / daß hinfüro in puncto paritionis die Partheien biß zu endlicher Erledigung deſſelbigen in nouo handeln ſollen vnd mögen. *Ciſn. ad hanc conſtit. noſtram p. 2. ord. tit. 22. D. Petrus Denaiſius d. loc. §. 8.*

CXXV.

Neque hac ratione vllo nobis modo aduerſabitur obiectum alterum, quia fruſtratoriis illis friuoliſq; exceptionibus penitus amputatis & reſectis, paritio



Digitized by Google

non diu differetur, verùm ſine mora, & longiori tergiuerſatione ad effectum deducetur.

CXXVI.

Porrò ex ordinationis ſiue conſtitutionis textu manifeſtum eſt, vt proceſſus ex conſtitutione pignorationis de relaxando captiuo abducto impetrari & decerni poſſint captiuum illum oportere eſſe ſubditum Actoris, ſupplicantis nimirum ſiue pignorati, non autem rei ſiue pignorantis. *verb.* einem andern der dem Reich gleicher Geſtalt vnterworffen/ oder die ſeinen pfänden oder fahen leſſet.

CXXVII.

Quæritur igitur, ſi reus, mandato reproducto, ad terminum ei præfixum, in quo de paritione docere debeat, compareat, & excipiat, captiuum illum non Actoris, ſed ſuum ſubditum eſſe, vtrùm exceptio illa, quam ſubiectionis appellant, ita in puncto mandati obiecta, ante paritionem ad probandum admitti, an verò ea non attenta paritio reo iniungi debeat.

CXXVIII.

Et vehementer de hac olim quæſtione inter Dominos Camerales fuiſſe controuerſum, patet tùm ex diuerſis iiſq; diſſimilibus ſiue contrariis Cameræ præiudiciis, tùm ex iis quæ tradit *Mynſing. cent.2.obſeru.10. & Gail.de pignorat obſeru.15. numero 1.*

CXXIX.

Pro parte affirmatiua, quòd nimirum hæc ſubiectionis exceptio ante paritionem admitti debeat ad probandum, ſequentia militant argumenta.

CXXX.

Primò quidem, quod cõſtitutio diſertè requirat hanc qualitatem, vt tàm perſona, quam res pignorata capta pignorati ſiue actoris eſſe debeat; eamque ob rem qualitatem illam in libello ſupplice deduci oporteat. Deficiente autem qualitate cõſtitutionis, vna tota deficit conſtitutio, & aliud cenſetur eſſe factum, quàm in libello deductum eſt. *l. Prætor ait.la. 2.§.dicere ff. vt honor. raptor. l. Fulcinius §.cum autem.ff. Ex quibus cauſis in poſſeſ.eat. Bartol.in l.1.§. Quid autem ait.num.1.ff. Ne quid in flum.publ.*

CXXXI.

Secundò quoniam qualitas ſubiectionis illa Cameræ iuriſdictionem tribuit, ſequetur, exceptionem ſubiectionis rectè ante paritionem in vim declinãdi fori obiici & ad probandum admitti, quod fori declinatoria & ante omnes alias exceptiones obiici debeat. *le.fin.vbi Imperatores Theodoſ. & Honorius ita reſcribunt. præſcriptiones fori in principio litis à litigatoribus opponendas eſſe legum decreuit autoritas. C. de except.* & Iudex de ea in primis cognoſcere debeat, per regulam *quod quoties iuriſdictio iudicis in dubium vocatur, ipſius ſit de ea cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. l.2. §. Sed ſi dubitetur. l.ſi quis ex aliena.ff.de iudic. DD. in l.2.ff.ſi quis in ius vocat. Socin. Felin. & alij in c.ſi clericus de for.comp.*

CXXXII.

Quod tertiò tanto magis dicendum erit, quia ſupra demonſtrauimus, fori declinatoriam in hac quoque conſtitutione in puncto mandati rectè obiici, vt proceſſus nullitas euitetur. Statutum enim vel lex ſiue conſtitutio tollens nullitates, nunquam cenſetur tollere exceptionem nullitatis, quæ ex defectu iuriſdictionis naſcitur *per iura ſuprà allegata.*

CXXXIII.

Quartò etiam ſi lex vel ſtatutum omnes exceptiones tollat, ſiue aliquid fieri mandet per clauſulam, nulla exceptione obſtante, *non tamen ſublata cenſetur exceptio incompetentiæ Iudicis gloſſ.in clem.1. verb.nullatenus de ſequeſt.poſſ.& fruct. Bartol.in l. Exceptionem ad fin. C.de excep. Angel.Imol.Roman.in l.de pupillo §.qui opus.ff.de nou.oper. Mynſing.cent.2.d.obſ.10.num.4.* Iam verò deficiente qualitate ſubiectionis, quæ Ca-

meræ

Digitized by Google

neræ, ſicut dictum eſt, iuris dictionem tribuit, incompetentia Iudicis naſcitur, ergo hæc exceptio ſubiectionis, quæ in effectu cum exceptione incompetentiæ Iudicis eſt eadem, & ab ea non aliter differt, ac ſpecies à ſuo genere differre ſolet, rectè etiam ante paritionem, vt nullitas omnis euitetur, obiicitur. Quamuis igitur per conſtitutionem pignorator Mandato ohn einige Eynrede parere iubeatur, ideoque omnis prorſus exceptio amputata & præciſa eſſe videatur, non tamen cenſetur ſublata exceptio ſubiectionis ex ſupra adducto de incompetentiæ Iudicis fundamento.

CXXXIV.

Quintò dolo facit petendo id, quod ſtatim reſtituere tenetur. *ca. dolo facit, de Reg. iur. in 6.* Vt maximè igitur Reus exceptione hac ſubiectionis valere iuſſa, mãdato ſtatim pareret, & ita captiuum pignoratum è vinculis relaxatum pignorato reſtitueret, idem tamen pignoratus poſtea, quando in cauſſa citationis hanc ſubiectionis exceptionem ſufficienter probâſſet, ſic vt cauſſam obtineret, & in Iudicio retinendæ poſſeſſionis, quod quidem in puncto citationis deducitur, ſicut infra dicetur palmam ferret, pignoranti captiuum illum reſtituere cogeretur, vt expreſsè ſancit hæc noſtra conſtitutio. Ergo minimè committendum, quin imo iuri aduerſari videtur, vt exceptione ſubiectionis reiecta, Reus ſiue pignorator mandato parere, & captiuum relaxatum pignorato reſtituere iubeatur.

CXXXV.

Sextò non ſolus maleficij caſus, ſed etiam ſubiectionis, quando ſcilicet quis proprium ſuum ſubditum cepit, ſaltem incidenter exceptus eſt, eo enim ipſo, quod conſtitutio ſubiectionis qualitatem diſertè requirit, vt ſuper pignoratione in Camera ſupplicare poſſit, deficiente ea exceptioni huic locum facit, ſicut de fori declinatoria diximus, quando vtraq; pars imperio ſubiecta non eſt, vel reus ſaltem rectè ab hoc fori declinatoriam obiici. Quamuis enim hæc ipſa exceptio expreſsè in conſtitutione non ponatur, eò tamen, quod expreſsè ponitur, vt conſtitutioni locus ſit, ſiue ſuper pignoratione in Camera Imperiali ſupplicari poſſit, vtramque partem imperio immediatè ſubiectam eſſe opottere, ſatis arguitur, ſi vtraq; vel reus ſaltem imperio non ſit immediatè ſubiectus, Cameræ imperialis Iudicium, obiectâ fori præſcriptione, rectè euitari. Qui enim ponit expreſsè vnum ex contrariis, ponit etiam alterum, quo facit, quod ſupra diximus, id, quod venit à contrario ſenſu, perinde haberi, ac ſi nominatim in lege expreſſum eſſet. Quia igitur hoc à contrario ſenſu venit, quod fori declinatoria in eo caſu, quando vtraque pars vel reus ſaltem immediatè imperio ſubiectus non eſt, in Camera obiici poſſit, etiam ante paritionem, hoc quoque à contrario ſenſu veniet, quod, ſi captiuus non ſit Actoris, ſed Rei ſubditus, cõſtitutioni non ſit locus, ideoque exceptio ſubiectionis, rectè ante paritionem admitti debeat. Hæc enim planè paria ſunt, & vtrobique eadem eſt ratio. Eadem igitur quoq; debet eſſe Iuris diſpoſitio. *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig.*

CXXXVI.

Quid? quod hæc eadem affirmatiua ſententia non ſemel in Camera Imperiali approbata fuerit, eiusq; præiudicia promeruerit, *vt in cauſſa comitum de* Walbeck *contra Buren, & in cauſſa N.* Fronhoff *contra ducem Bauariæ factum fuiſſe atteſtatur Mynſi. d. verſ. 10.*

CXXXVII.

Quin imò ſententiam hanc tandem communiori calculo in Camera fuiſſe approbatam refert *idem Mynſi. d. obſ. 10. num. 1.*

CXXXVIII.

Propoſitis, quæ pro affirmatiuæ ſententiæ defenſione facere videntur, argumentis, videamus nunc negatiuæ ſententiæ fundamenta quæ talia ſunt.

Primo

*CXXXIX.*

Primo autem loco diligenter notandum eſt, ordinationem Cameræ Imperialis, in hac conſtitutione noſtra hunc ordinem præſcribere, vt Reus Mandato pareat, cũ annexa hac citatione, vt ad præfixum terminum, ſe ſufficienter mandato paruiſſe doceat, & poſtea ius pignorationis deducat. Omnium igitur primum Reus parere mandato, de eaq; paritione fidem Iudici facere, dehinc verò demum ius pignorationis deducere tenetur. Iam verò ſi exceptio ſubiectionis ante paritionem admittenda foret, cõmiteretur ὕστερον πρώτερον, vt loquuntur ἰμνειχῶς, & præpoſtero inuerſoque protſus ordine res ageretur. Primò enim ius pignorationis reus deduceret, quã mandato pareret. Id quod conſtitutionis ſuper pignoratione textui manifeſtè & quaſi ex diametro repugnat. Repugnat igit᷑ & aduerſatur etiã hoc, quod exceptionis ſubiectio ante paritionẽ admitti debeat.

*CXL.*

Quod ſecundo tantò magis dicendum eſt, quod ſubiectionis negata qualitas cum negotio principali & meritis cauſſæ ita cohæreat, vt vnum abſq; altero tractari omninò non poſſit, quin imò, ſi cognoſcatur de vno, etiam de altero cognoſci neceſſe ſit. Iam verò merita cauſſæ ante paritionem ſiue litis ingreſſum nulliter diſputantur, ideoq; exceptionibus illis, in quibus merita cauſſæ, quæ in puncto citationis deduci oportet, in puncto mandati ad impediendam paritionem immiſcentur, reiectis minimeq; attentis, Reo præciſè paritio iniungenda eſt, *vt generaliter iubet receſſus viſitationis in Anno 68.* §. Demnach auch *quem ſupra poſuit author, & nos idem antehac monuimus.*

*CXLI.*

Tertiò quia hçc ſubiectionis exceptio ius pignorationis concernit, *Reus enim ita excipit, Iure ego pignoraui, quia non tuus ſed meus eſt ſubditus,* illa non in puncto mandati, ſed in puncto citationis deduci debet, vt expreſsè ſancit ordinatio in hac noſtra conſtitutione, & nos infra dicemus, ergo in puncto mandati ante paritionem admitti non debet.

*CXLII.*

Quartò quia hinc conſtat, exceptionem ſubiectionis ad merita cauſſæ pertinere, ſimul etiam conſtat & in propatulo eſt, ipſam non dilatoriam eſſe, ſed peremptoriam exceptionem, ideoque ad impediendum litis ingreſſum fruſtra & nulliter in puncto mandati opponi, propterea quod peremtoriæ exceptiones, poſt litem demum conteſtatam proponi debeant. *l. præſcriptionem C. de except. l. peremptoris C. ſentent. reſcind. non poſſ. c. de lit. conteſt. ibiq; Philipp. Franc. & Canoniſt. in 6. c. auditis de reſtitut. in integr. Guilhelm. Hanneton in tract. de ord. ac form. Iud. par. 2. tit. de except. pag. (mihi) 46. fac. 2. Termine. in proceſſ. Iur. cap. 27. pag. (mihi) 101. VVeſenbec. in paratit. Digeſt. de except. n. 7. Mynſing. cent. 1. obſ. 24.* vbi exceptionem, quæ merita cauſſæ reſpiciat ante litis conteſtationem ne quidem ſummariè ſaltem examinari debere ſcribit, ideoq; in Camera deciſum eſſe, quòd exceptio merita cauſſæ principalis reſpiciens, nunquam ſit examinanda ante litis conteſtationem, ſed reſeruanda, donec ſit acceptum Iudicium, proptereaq; oppoſita tali exceptione, ſoleat ea non obſtante, litis conteſtatio partibus imponi in Camera, ſemper tamen ſaluâ tali exceptione, cum quibuſcunque aliis defenſionibus poſt acceptum iudicium proponendis. Sicut igitur non auditur reus, ſi peremptoriam exceptionem, ſiue talem, quæ merita cauſſæ reſpiciat, ante litis conteſtationem obiiciat, ſed ea non obſtante litem conteſtari iubetur: ſic, vt maximè reus in hoc conſtitutionis ſuper pignoratione proceſſu ſubiectionis exceptionem ante paritionem in puncto mandati obiiciat, Iudex non obſtante hac ſubiectionis exceptione paritionem ei iniunget, reſeruato tamen & ſaluo tùm hoc prædictæ exceptionis, tùm alio omni ipſi reo poſt paritionem, iure ſuo, in puncto citationis deducẽdo. *Mynſing. d. obſeru. 10. circ. fin.*

Quin

CXLIII.

Quin imò etiamſi hæc ſubiectionis exceptio mixta ſit, quæ tàm ante litis conteſtationem in vim dilatoriæ ad impediendum litis ingreſſum, quam poſt litis conteſtationem quoad merita cauſſæ obiici poſſit, cuius modi peremtorias eſſe exceptiones nonnullas certū eſt. *Bart. in l. eleganter, §. ſi quis poſtea. ff. de condict. indeb. Angel. in §. Appellantur. nu. 28. & ſeq. inſtit. de except. Cæpoll. conſi. crim. 70. viſa prius. nu. 6. & ſeqq. Matth. de Afflictis in conſtitut. Neapol. lib. 2. rub. 23. de proceſſ. Iud. numer. 10. Aſin. in Prax. Iudi. §. 13. ca. 7. Marian. Soc. in repetit. c. veniens. n. 51. extra de accuſ. Fulci. Pac. in tract. de probat. lib. 1. cap. 68. numer. 67. & ſeqq. Hanneton. in tract. de ord. ac for. Iud. tit. de except. pag. (mihi) 46. & 47. Daniel Moller. in Commentar. ſuper conſtit. Auguſt. Elect. part. 1. conſt. 3. num. 2.* tamen quatenus paritionem impedire deberet, incontinenti probanda foret. *Hanneton. d. loc. per. l. Nam & poſtea in prin. ff. de iureiur. VVeſenb. in paratit. Digeſt. de excep. nu. 7. DD. citati in allegatis locis.* quod exceptiones huiuſmodi ante litis conteſtationem in vim dilatoriarium ad impediendum litis ingreſſum obiectæ, quatenus dubitationem aliquam habent, vel in iure vel in facto, & ſic liquidæ non ſunt, nec incontinenti probantur, reiiciantur & Reo litis conteſtatio iniungatur, licentiâ illi conceſſâ iis poſt litem demum conteſtatam in vim petemtoriarum, ſi velit, vtendi. *Bartol. in l. 4. §. condemnatum per ibi Alexan. ff. de re Iud. l. Nam & poſtea, vbi Baldus & communiter DD. ff. de re Iudic. Marant. de ord. Iudic. 6. p. 9. memb. 1. partis Iud. num. 15. Dan. Moller. in d. conſt. 3. num. 4.*

CXLIII.

Dicendum igitur eſt, vt exceptio ſubiectionis paritionem impediat, incontinenti ipſam probandam, aut alia quadam ratione planam & liquidam eſſe oportere, veluti ſi notorium & in confeſſo foret, captum ſubditum eſſe pignoratoris. Tunc enim clarum eſſet, iuriſdictionem Cameræ non eſſe fundatam cum confeſſio in iudicio facta omnium probationum ſit firmiſſima. *leg. an. C. de confeſſ. Gail. de pignorat. obſ. 15. num. 10.*

CXLIV.

Si verò exceptio hæc altiorem indaginem requirat, oportet, vt dicamus, Iudicem ea non obſtante, Reo paritionem iniungere oportere, reſeruata ipſi iuris ſui deductione ad punctum citationis. *Gail. d. obſ. 15. n. 8. Mynſing. d. obſ. 10. per tot. ferè & in fin.* Idq; tanto magis quod exceptiones huiuſmodi mixtæ quatenus liquidæ non ſunt, nec incontinenti probantur, in cauſſis breuibus, ſummariis, & executiuis opponi non poſſint. *Ang. in §. in bonæ fidei nume. 5. inſtit. de action. Marant. de ord. Iudi. 6. in 3. & vlt. act. princip. qui in tertia parte iudicij emergit. nume. 63. Iac. Put. deciſ. 233. lib. 3. Daniel Moller. in d. conſtit. 3. num. 4.* Iam verò cauſſam mandati breuem ſummariam & executiuam eſſe, *ex toto ordinationis in conſtitutione pignorationis textu & d. viſu. Receſſ. in Anno 68. conſtat,* vtrobique enim celeriter ſine mora ohne Verzug reſtitutio rerum pignoratarum aut relaxatio captiuorum iniungitur, & quidem per mandatum ſine clauſula iuſtificatoria quod executiuum eſſe exploratiſſimi Iuris eſt, & nos ſupra docuimus.

CXLV.

Quintò ex his omnibus manifeſtum euadit, ſi ſubiectionis exceptio, ante paritionem admittenda foret, vna eademq; exceptio bis diſcuteretur, primùm ante paritionem, in puncto mandati, & poſtea in puncto citationis; id quod tùm ordinationi tùm iuri communi, (quod exceptionem aliquā, quæ merita cauſſæ reſpicit, cuiuſmodi hæc quidem eſt ſubiectionis exceptio, nunquam ante litem conteſtatam, verùm ſemper poſt litem conteſtatā examinari oportere diſponit *d. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. Mynſing. d. obſ. 10. num. 6.*) expreſſè refragatur.

CXLVI.

Sextò ex toto ordinationis ſiue conſtitutionis huius contextu conſtat, ſufficere, vt qualitas ſubiectionis in ſupplicatione ad fundādam iuriſdictionem narretur,

Digitized by Google

retur. Nam aliàs certum eſt, ad fundendam Cameræ iuriſdictionem, & extrahendos proceſſus ſupplicationis narratis credi. Vera autem qualitatis iſtius exiſtētia non requiritur, vt quæ poſtea in proceſſu cauſſæ diſputetur, & proinde quia ad merita cauſſæ pertineat, vt ſatis ſuperque demonſtrauimus in puncto citationis, non autem in puncto mandati deductio eius expediri debeat.

CXLVII.

Ex fundamentis hiſce immotis à nobis, præter cæteros ſcriptores nouè traditis in mediumq; propoſitis luce meridiana clarius conſtat: Exceptionem ſubiectionis ante paritionem obiici, & ad probandum admitti non debere. *Et hanc ſententiam hodie in Camera ſeruari cotidiana praxis docet, vt atteſtatur Mynſing d.obſ.10.in fin.Gail.d.obſ.15.nu.15. & Aſſeſſor Cameræ Imperialis in obſeruationib. Cam.Imp.Francof. anno 98.excuſis obſ.94.*

CXLVIII.

Septimò ſi paritio eo vſq; differenda foret, donec hæc ſubiectionis exceptio, diſcuſſione vtrinque factâ, Iudicis deciſione fuiſſet definita, captiuus interim in ſqualore carceris magno cum valetudinis detrimento detineri interea multos ſæpe annos cogeretur, verùm hoc plane inhumanum eſt, ergo hæc potius opinio tanquam humanior & benignior *quæ ſemper præferri debet cap. ſi vir ibiq; Hoſt. de cognat ſpir.* amplectenda eſt, quòd diſcuſſione exceptionis ſubiectionis ad iudicium citationis reſeruata, reus ſtatim ex carcere relaxari debeat. *Mynſing.d.obſ.10. num.12.Gail.d.obſ.15.num.1.*

CXLIX.

Quin imo, præterquam quòd hæc ſententia in Camera in quotidiana & viridi praxi hodiè ſeruetur, vt modo docuimus, quam plurimis quoque illa comprobata eſt præiudiciis. Quod enim ſubiectionis exceptione non obſtante, ille cui mādatum eſt præciſè parere debeat. *Iudicatū fuit 14. Decemb. Anno 1562. in cauſſa* Bentheim *contra* Munſter die abgepfāndt 11. Pferde belangend. *Item in cauſſa* Lobenſtein *contra* Rheingraff / *15. Ianuari Anno 1563. Item in cauſſa* Trier *contra* Prun vnnd Siebel den gefangenen Prunniſchen Botten Meiers Clauſen belangend. *Item inter eaſdem partes* deß Schultheiſſen zu Willenſpert Verſtrickung vnd anders betreffend. *Item in cauſſa Tiburti* Bechtold von Eberßheim *contra* Ertzbiſchoff zu Trier Churfürſten / *& in aliis multis cauſſis, ſicut hæc præiudicia refert Aſſeſſor ille d.obſ.94.*

CL.

Non obſtat pro affirmatiua ſententia allatum argumentum primum, concedimus enim, conſtitutionem hanc qualitatem requirere, eamque Cameræ iuriſdictionem tribuere, ſufficere autem dicimus, ad fundandam iuriſdictionem Cameræ, vt iam ante docuimus, ſi in ſupplicatione narretur. De vera enim eius exiſtentia poſtea in proceſſu cauſſæ, in puncto nimirum citationis, quatenus liquida ſtatim non eſt, docetur.

CLI.

Neque obſtat argumentum alterum, quia exceptio ſubiectionis non eſt mera fori declinatoria, verùm cum meritis cauſſæ ita connexa, vt ſine iis diſcuti non poſſit. Merita autē cauſſæ, paritione iā ante facta, in puncto citationis diſcutiuntur, ergo & ipſa ſubiectionis exceptio; quam ad merita cauſſæ pertinere, & peremtoriam eſſe, & ſi poſteà probata fuerit, totam principalem cauſſam perimere iam ante docuimus. *Adde Mynſing. obſeru.10.numer.5.& 8.* atque hac quidem ratione nec obſtabit argumentum tertium & quartum.

CLII.

Neque aduerſatur ratio quinta, quia regula illa in iudicio poſſeſſorio recuperandæ non procedit, *Dyn.in d.cap.dolo. nume.6.* vbi rationem aſſignat, quòd ſpoliatus ante omnia reſtitui debeat per ea quæ ibi allegat. Hîc verò in iudicio penitùs poſſeſſorio recuperandæ verſamur *Mynſing.d.obſeru.10.num.10.*

Neque

CLIII.

Neque repugnat ratio tertia, quia exceptio ſubiectionis non eſt ita mera fori declinatoria, ſicut altera, quando vtraque pars vel ſaltem reus imperio immediatè non ſubiacet. Ergò idem de vtroque caſu iudicium, ſiue eadem iuris diſpoſitio non eſſe poteſt, propter diuerſam rationem, quòd hæc mera ſit dilatoria, nihil commune habens cum meritis cauſſæ, illa autem cum meritis cauſſæ ita ſit cōnexa, vt ſine illarum diſcuſſione diſcuti & diiudicari minimè poſſit, quin imò peremtoria ſit, non dilatoria, quòd, ſicut diximus, totam cauſſam principalem perimat.

CLIV.

Neque obſtant denique allegata præiudicia, quia non exemplis ſed legibus iudicandum eſt, & pro ſententia hac negatiua multò complura extant præiudicia, quin imò, contraria affirmatiua ſententia ex Camera faceſſere iuſſa, negatiua tota die hodiè in viridi & quotidiana praxi illic ſeruatur, ſicut ſuprà retuli.

CLV.

Ex hac quæſtione ita hactenus deciſa quæſtio naſcitur alia, ſi princeps aliquis ſubditos ſuos, alterius verò principis aut Status Imperij colonos, cenſitos, agricolas, emphyteutas, vaſallos ratione bonorum iſtorum, quæ in ſuo territorio poſſident, & penſitare ſiue collectare, ſiue, quod idem eſt, cenſum ab iis exigere (de quo quidem collectandi iure ſuprà part. 1. copioſè diximus) moliatur, iſti verò ſubditi aut prædiorum domini contradicant, & prædia hæc ſua ab iſto collectarum ſiue cenſuum onere, per tempus immemoriale (quod vim ſpecialis cuiuſdam priuilegij, conceſſionis, decreti, & tituli obtinet *per ea quæ tradunt DD. in capitu. ſuper quibuſdam. §. prætereà de verb. ſignif. & nos ſuprà part. 1.* multa iura adduximus) fuiſſe libera, ideoq; hoc onus imponi non poſſe allegent; Princeps verò ille, hac alterius Principis aut colonorum eius, Emphyteutarum aut vaſallorū contradictione non attēta, ſubditos ſuos captis pignoribus ad ſoluendum cenſum compellat, an hoc caſu dominus prædiorum pro ſuo intereſſe aduerſus alterum principem proceſſus ex hac pignorationis conſtitutione in Camera impetrare poſſit.

CLVI.

Quod poſſe ipſum negamus, tùm quod ſuprà à nobis dictum ſit, pignoratum oportere eſſe ſubditum actoris non autem rei, hoc autem caſu reum ſuos ipſius ſubditos pignoraſſe conſtat, tùm verò etiam, quòd ex parte actoris, cum pignorat, vt conſtitutioni huic locus ſit, ſicut ſuprà traditum eſt, noui cuiuſdam iuris vſurpationem factam eſſe oporteat, quæ hîc neutiquam deprehenditur, quòd certi exploratique iuris ſit, principi ſuos ſubditos penſitare, *eorumq́; ipſum agros in cenſum referre poſſe. l. forma. §. ſi verò. ff. de cenſibus. l. 2. & l. obſiſtere. c. de annon. & trib. l. 1 C. Indict. l. cum poſſeſſor. §. pro pecunia. ff. de cenſib. Gail. d. obſeru. 15. num. 12.*

CLVII.

Cum igitur deficientibus conſtitutionis qualitatibus tota quoque deficiat conſtitutio per iura vulgat. actus ille non pro pignoratione, ſed pro turbatione habendus eſt. Princeps igitur ille, aut Status Imperij, qui dominus eſt prædiorum, eò quod in quaſi poſſeſſione libertatis prædiorum turbetur, ex interdicto retinendæ poſſeſſionis, contra principem aut Statum Imperij penſitantem agere poteſt coram iudicibus primæ inſtātiæ vigore ordinationis Vermöge der Außträge/ vt hi quidam pronuncient, ipſum iniquè principem, qui dominus eſt prædiorum, in quaſi poſſeſſione libertatis turbaſſe, atque adeò ei iniungant, vt à tali turbatione deſiſtat, & de non turbando in poſterum cautionem præſtet. *Gail. d. obſeru. 15. num. 3.*

CLVIII.

Et hæc quidem ita ſeſe habent, quando reus mandato paruit, aut exceptio-

nes oppoſuit. Si verò non paruit; & exceptiones oppoſuit, ſed non releuantes, certus illi denuò terminus ad docendum de paritione, ſub euentuali pœnæ declaratione iniungitur, quòd, niſi intra hunc terminum extracto, inſinuato & reproducto Cæſareo mandato, eiusque contentis per omnia paritum eſſe doceat, quod nunc pro vt ex tunc, & tunc pro ut ex nunc in pœnas mandato inſertas declaratus, proceſſusque vlteriores (ſub pœna videlicet banni Imperialis) decreti eſſe debeant. *Chriſtoph. Schvvanmann. libr. 2. proceſſ. Cameral. cap. 18. numer. 8. Confer quæ tradit Gail. in tractat. de pignorat. obſeru. 13. num. 5. & ſeqq.*

CLIX.

Et ſecundum hodiernum ſtylum, reus ſæpè etiam in expenſas in hoc puncto factas expreſsè & purè (non euentualiter vt olim) condemnatur, & tunc deſignatio ſimul expenſarum exhibenda erit. *Schvvanmann. d. cap. 18. num. 9.*

CLX.

Porrò quoniam in hac conſtitutione pignorationis reo, ſi captiuum alterius ſubditum abduxerit, relaxatio illius, ſi pignora abſtulerit, reſtitutio eorum, per mandatum ſine clauſula iuſtificatoria iniungitur, & quomodo relaxatio ſubditorum & rerum pignoratarum reſtitutio fieri debeant, proximum nunc eſt, vt videamus.

CLXI.

Relaxatio captiuorum abſque vllo ipſorum ſumtu atque diſpendio ohn einige Entgeldt / fieri debet, *vt edicit imperij conſtitutio in Comitiis Auguſtæ vindelicorum Anno 66. habitis promulgata.* §. als auch / *quam autor noſter ſuprà retulit, eaquè clauſula* ohn Entgeldt / *mandatis expreſsè inſeri debet, ſicut iubet prædicta conſtitutio. D. Petrus Denaiſ. d. loc.*

CLXII.

Si igitur captiui in carcere, aut alimentorum aut pœnę nomine aliquid erogauerint, illud omne ipſis reſtitui debet, vsq; adeò, vt mandato plenè paritum non eſſe dicatur & ad pœnam mandato inſertam agi poſſit, donec omnia integrè resarciantur. *Gail. de pignorat. obſeru. 16. nume. 1. D. Petrus Denaiſius in iure Cameral. ſub Rubric. mandata ſuper conſtitutione pignorationum. §. 36. cum quicquid, inquit, occaſione pignorationis vel carceris, ſumtuum damniuè æſtimabilis factum erit, vti quæ cibariorum, mercedisue in chirurgos impenſa, vel rerum interim domi neglectarum nomine abeſſe dicentur: earum rerum omnium in paritionis articulo ratio æſtimationis habetor.*

CLXIII.

Rerum quoque pignoratarum reſtitutio pleniſſimè fieri debet, vsq; adeò, vt omnis vtilitatis, quæ ex re ipſa non ſolùm naturaliter ſed etiam quaſi naturaliter veluti ex vſu ipſarum, ad quę deſtinatæ ſunt, prouenit, ratio duci debeat. *Gail. de pignorat. obſeru. 17. nu. 2. & per totu. vbi multa allegat. D. Petrus Denaiſ. d loc. §. 3. vbi non ſolùm quòd natura, ſed &, quicquid vſu & deſtinatione ineſt, in id, quod intereſt venire oportere, & de hoc conſultum in Camera Anno 76. factum eſſe tradit.*

CLXIV.

Cæterùm rebus peremtis aut deterioratis, in locum ipſarum æſtimationem ſuccedere ſuprà diximus. Quomodo autem æſtimatio probari debeat nunc diſpiciendum erit.

CLXV.

Et ſanè, quin per teſtes rei quoque mobilis æſtimatio probari poſſit, extra omnem prorſus dubitationis aleam poſitum eſt, & latè proſequitur *Maſcard. de prob. volum. 2. concluſ. 656. & concluſ. 658. vbi multa allegat, & concluſ. 660. vbi æſtimationem fructuum per teſtes etiam probari docet, per ea quæ ibi copioſè adducit.*

CLXVI.

Iuramento quoque illam in odium raptoris probari poſſe certum eſt *per l. ſi quando. C. vnde vi,* vbi ſi quando vis, inquit Imperator Zeno, in iudicio fuerit patefacta



Digitized by Google

tefacta, deindè ſuper rebus abreptis vel inuaſis, vel damno dato tempore impetus quæſtio proponatur: Si non potuerit, qui vim ſuſtinuit, quę perdidit, ſingula comprobare: taxatione à Iudice facta pro perſonarum atque negocij qualitate, Sacramento æſtimationem rerum quas perdidit manifeſtet, nec liceat ei vltra taxationem à Iudice factam iurare, & quod huiuſmodi iureiurando dato fuerit declaratum, iudicem cōdemnare oportet. Et quamuis hæc lex vim expreſsè requirat, ſi tamen etiam ſine violentia dolus aut maleficium interuenerit, conſtitutio illius locum habet, ideoque ad æſtimationis probationem ſufficit iuramentum *gloſ. in c. dilecti ad fin. de for. comp. Bartol. in leg. ſemper. § in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. & in l. 1. §. ſic iſta. ff. depoſ. Bald. in l. ſi res numer. 2. c. de ordin. cognit. Alexand. in l. 2. ff. de damno infect. num. 4. Hippol. de Marſil. in rub. C. de prob. nume. 34. Maſcard. de probat. volumn. 2. concluſ. 659. num. 3.*

CLXVII.

Vt autem hæc æſtimationis per iuramentum probatio locum habeat, duo concurrere neceſſe eſt, dolum nimium aduerſarij, & difficulatem, probationis, vt patet *ex d. l. ſi quando verb.* Si nō potuerit, qui vim ſuſtinuit, quæ perdidit ſingula comprobare *Hippol. de Marſil. in d. Rubr. C. de prob. num. 134. Rip. in l. admonendi col. 15. n. 68. ff. de iureiur. Menoch. de arbitr. Iud. quæſt. caſ. 208. n. 1.* vbi dolū & difficultatem probandi interuenire oportere, & quādo illa duo adeſſe dicantur & dignoſci poſſint, eleganter tradit. *Si igitur non adeſſet dolus, aut difficultas probationis, huic æſtimationis per iuramentum probationi & perindè diſpoſitioni. d. l. ſi quando non erit locus. Tunc enim probatio per teſtes fieri debet gloſſ. in §. fina. Inſtit. de verb. oblig. Iohan. de Plat. in §. ex maleficiis. Inſt. de action. numer. 9. Imol. in c. final. num. 4. de ijs quæ vi met. cauſſ. Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ. 639. numer. 8. 9. & 10.*

CLXVIII.

Cæterùm cum pignorator non ſolùm vim adhibeat, ſed dolum quoque vſurpet; eò quod rem tertiam & planè innocentem auferat, id quod omni iure prohibitum eſſe ſuprà docuimus, rebusque pignoratis peremtis, de vera illarum æſtimatione inter partes grauiſſimæ ſæpè orianť diſputationes & verò, vt diſpoſitio *d. l.* Si quando locū habeat, & ad iuramentum deueniri poſſit, difficultatem probationis requiri & interuenire oportere à nobis demonſtratum ſit, quæritur nunc an in Camera non aliter ad iuramētum in rerum pignoratarum æſtimatione deueniri poſſit, quàm ſi alio modo veluti per teſtes ea probari nō poſſit, an verò, vt maximè teſtes in promtu ſint, nihilominꝰ hoc iuramētum decerni debeat.

CLXIX.

Et ſanè, ſi teſtes adſint, per quos iſta probari queat æſtimatio, non videtur ad iuramentum deueniri poſſe, quod d. l. ſi quando expreſsè ſanciat, ſi non potuerit rerum perditarum valor probari, ſacramento actoris ſiue ſpoliati illum manifeſtandum eſſe.

CLXX.

Ego verò, vt maximè copia teſtium haberi poſſit, per quos rerum pignoratarum, quando deperditæ illæ interemtæque ſunt, vt vſus ipſarum nobis intercciderit, æſtimatio probari poſſit, nihilominus ſtatim actori iuramentum hoc æſtimationis deferendum eſſe cenſeo, quòd paritio ohn Verzug vnnd einige Eynrede/ vt loquitur ordinatio, celeriter & ſummariè expediri debeat, & idē edicat receſſus viſitationis in 68. quē ſuprà poſuimus. Iam verò paritio nimium differret, ſi ordinaria probationis via per teſtium commiſſionem, receptionem, & examen ſuſcipienda eſſet.

CLXXI.

Idemque docere & ſtatuere Gailium planè mihi eſt perſuaſum; cum rerum pignoratarum ex mora aut aliàs voluntario animi propoſito peremptarum, & non extantium valoris probationem, iuramento pignorati admitti, idq; odio pi-

gnorationum *iuxta text. in d. l. ſi quando. C. vnde vi. ibiquè DD. & l. Qui reſtituere. ff. de rei vendic. ſcribit in tract. de pignorat. obſeru. 18. num. 1.*

CLXXII.

Ne autem in infinitum iuretur, Iudex primum taxationem facit ad certam ſummam nominatim expreſſam, ſecundum quam actor ſiue pignoratus poſtea iurare ſiue Sacramento iureiurandoq; ipſam manifeſtare tenetur, ſi iuramento ita præſtito ſummam taxatã expreſſerit, Iudex poſtea reum ad ſolutionem illius ſummæ condemnat, *d. l. ſi quando verb. taxatione à Iudice facta pro perſonarum atque negotij qualitate, Sacramento æſtimationem rerum, quas perdidit, manifeſtet, nec liceat ei vltra taxationem à Iudice factam iurare & quod huiuſmodi iureiurando dato fuerit declaratum, Iudicem condemnare oportet.*

CLXXIII.

Iudex igitur cauſſa ſummariè cognita, ſententiæ quædam præambula, ſummam æſtimationis ad quam pignoratus iurare debet, diſertè exprimit hoc modo: In Sachen A. Kläger wider B. Beklagte/ die abgepfandte Stücke Rindvichs belangendt/ in puncto paritionis, iſt von Ampts wegen erkannt/ wölle vnd möge gedachter Kläger/ für ſich ſelbſt/ oder ſeinen vollmächtigen Anwaldt/ einen Eydt zu Gott/ vnd auff das heylige Euangelium ſchweren/ daß er lieber N. fl. dañ die abgepfandte Stücke/ Rindviches entrahten wolte/ daß ſolches gehöret werden/ vnd ferrner darauff ergehen ſoll was recht iſt/ *Gail. d. cap. 18. numer. 1.*

CLXXIV.

Hac ſententia interlocutoria poſtea publicata, & præſtito iuramento, reus ad proximam, vt vocant, audientiam per ſententiam hunc ad modum ad ſolutionem ſummæ, ad quam actor iurauit, condemnatur in Sachen 2c. iſt auff erſtatten Eydt erkannt/ daß gedachter Beklagter die taxierte N. Gülden Reyniſch/ vor die abgepfandte Stücke Rindviehes/ jhm dem Kläger zu entrichten/ vnd zu bezahlen ſchuldig ſey/ als wir jhnen auch hiermit fällig dazu vrtheilen. *Gail. d. obſeru. 18. num. 2.*

CLXXV.

Cæterùm hîc notandum eſt, procuratores ad hoc æſtimationis iuramentum præſtandum, ſufficiens & ſpeciale iuramentum habere oportere. *Memorial. viſit. de Anno 79.* §. In Pfandungs Sachen qui ita habet: In Pfandungs oder andern Sachen/ da der Vnterthanen oder der Gemein abgenommene Pfandt/ oder andere Stück Vermöge der ſondern rechtlichen Diſpoſition beym Eydt zu æſtimieren/ wirdt nötig zu ſeyn ermeſſen/ daß in ſolchem Fall der *Procurator* außdrücklichen ſondern genugſamen Gewalt vnnd Befelch/ von wegen derſelben Vnterthan vnd Gemeine fürlegen ſoll/ damit die Warheit erkündiget/ vnd *anceps periurium* vermieden bleibe/ daß auch in ſolchen Fällen/ da die Pfandſtück/ mit dem Eyde/ oder ſonſten zubeweiſen/ durchgehende Gleichheit zuhalten *Ciſner. in addit. ad hanc conſtitut. D. Petrus Denaiſ. d. loc. § 14.*

CLXXVI.

Et hæc quidem ita ſe habent, cum res pignoratæ peremtæ ſunt, & non amplius extant. Hoc enim caſu æſtimationem iuramẽto actoris ſiue pignorati probari poſſe hactenus docuimus, & in caſu rerum deperditarum & peremtarum loquitur d. l. ſi quando. Quid verò obtinet, ſi res pignoratæ nondum planè peremtæ ſint, ſed adhuc quidem extent, verum deterioratæ & depreciatæ fuerint, ideoque quantò res deterior facta ſit, inter partes diſputatio oriatur.

CLXXVII.

Etſi verò aliàs, cum de æſtimatione rerum depreciatarum ſiue deterioratarũ quæritur, Iudex poteſt conſtituere æſtimatores qui res iſtas oculis coràm vſurpent, & iuſtum iſtarum valorem diiudicẽt, qui primo iuramentũ Iudici præſtare tenentur, de æſtimatione ex æquo & bono facienda. *l. Hac edictali. §. iis illud. C. de ſecun. nupt. l. precia rerũ. ff. ad l. falcid. Ang. in §. ſi quis agens inſt. de act. n. 1. v. ſecundo poterit. Bart. in rep. l. creditores. col. fi. n. 29. C. de pignor. & in l. Theopompus. nu. 8. de dot. prælegat. Alexand.*

*lexand. in d. l. precia rerum. numer. 6. verſ. prabenda. Curt. Iun. conſi. 165. columm. penult. Maſcard. de prob. volum. 2. concluſ. 653. num. 1. & ſi inter æſtimatores illos de æſtimatione non conueniat,* Iudex tertium illis, quem vulgò einen Obmann appellamus adiunget. *Panthal. de crem. in l. 2. numer. 295. & numer. 298. C. de reſcind. vendit. Maſcard. d. concluſ. 653. nume. 1. & numer. 16. vel ex officio certum precium conſtituere. Salicet. in d. l. hac edictali numer. 10. ad quod facit text. in l. ſi fundum cum l. ſeq. ff. mandat.* Etſi etiam æſtimatio rei per teſtes probari queat, ſicut non minus eleganter, quam copioſè tradit *Maſcar. de probat. vol. 2. concluſ. 656.* qui omninò ibi conſulendus eſt, etſi etiam *Gail. d. cap. 18.* vbi multa adducit, quæ ad illorum confirmationem, quæ hactenus recenſuimus, & declarationem pertinent, in eam procliuior eſſe ſententiam videatur, vt putet, etiam in hac pignorationis conſtitutione in puncto mandati ſiue paritionis, quando de æſtimatione rerum pignoratarum deterioratarum diſputatio naſcitur, per teſtes probationem valoris rei ſuſcipi, aut æſtimatores etiam conſtitui poſſe, an tamen in litem iuramentum hoc caſu actori ſiue pignorato decerni queat, nunc diſpiciendum venit: Ego namque omninò puto, ordinariam probationis viam per teſtes, vel deputatos à Iudice æſtimatores, in puncto paritionis ſuſcipi minimè omnium poſſe, *quòd illa ſatis longum temporis ſpacium per interuallum poſtulet, ſatis autem ſuperquè à nobis iam antea demonſtratum ſit, paritionem celeriter & ſummariè expediri oportere, & aliàs notum ſit, vbi mora periculum afferre conſueuit, à regulis iuris communis recedi. l. de pupillo. §. ſi quis riuos ibique DD. ff. de nou. oper. nunciat.*

CLXXVIII.

Et ſanè etiam hìc iuramento in litem locus erit, quod intereſſe ſiue æſtimatio in quolibet violentiæ damnique genere in odium delinquentis iuramento probari poſſit. *d. l. ſi quando & ibi ſcrib. c. ſuper eò & ibi Innoc. de his quæ vi metuſue cauſſa ſunt. l. ſemper. §. in hoc interdicto ibiq; gloſ. ſuper verbo iurauerit. ff. Quod vi aut clam. Maſcardus de probat. volum. 2. concluſ. 934. numer. 1. & 2. & num. 34. vbi multa allegat Marcellus Cala in eleganti ſuo tractatu de modo articulandi & probandi numer. 42.* Vt huic iuramento locus ſit, duo requiruntur, dolus aduerſarij, ob ſolum enim dolum, non autem ob culpam in litem iuratur. *l. in actionibus. 5. §. 3. de in lit. iurand.* & difficultas probationis *Bartol. in d. l. in actionib. columm. vlt. ſub. numer. 22. ff. de in lit. iurand. Accur. in d. l. ſi quando verb. manifeſtet in fin. & ibi Baldus. nume. 3. & Iaſon nume. 35. C. vnde vi. Maſcard. d. concluſ. 934. numer. 3. Marcell. Cala d. numer. 42. cum autem pignorator in dolo manifeſto verſetur, ſicut ſuprà diximus, difficultas etiam probationis adſit, quod paritionem celeriter & ſummariè expediri oporteat, quin iuramento æſtimationem rei deterioratæ pignoratus manifeſtare poßit, neutiquam dubitari poteſt. Idemq; expreſſe tradit Gail. de pignorat. cap. 16. num. 7.*

CLXXIX.

Cui non obſtat, quòd ſuprà ex præſcripto *d. l. ſi quando. C. vnde vi,* ad ſummam à Iudice per ſententiam interlocutoriam taxatam, nominatimque expreſſam, non autem vltra, iurare pignoratus ſiue actor teneatur, in iuramento autem in litem in infinitum iurare liceat *l. 4. §. iurare. ff. de in lit. iurand. Nam & hic certus modus à Iudice ſtatuitur intra quem iurare oporteat. d. l. 4. §. iurare. Dec. in d. l. in actionibus col. 10. numer. 26. verſic. in ſecundo requiſito. ff. de in lit. iur. Marc. Anton. Bauer in tract. de virtut. iuram. ſub 50. virtu. nume. 71. verſ. tertio tempora. Roman. conſil. 270. pro deciſione numer. 3. Maſcard. d. concluſ. 934. num. 29.*

CLXXX.

Cum verò hactenus in probatione æſtimationis iuramento damnum paſſi ſtetur, quatenus per aduerſarium contrarium non probetur, quod poſſe ipſum eleganter tradit *Angel. in l. Qui reſtituere. col. 2. ff. de rei vendic. & in l. Qui vas in princ. ff. de furt. idemque probat Bartol. in l. 2. §. ſi à pupillo. columm. 2. numer. 6. ff. pro emtor. cum multis aliis quos refert & ſequitur Maſcard. d. concluſ. 934. numer. 23. quæritur,* an reus in proceſſu ſuper conſtitutione pignorationis in puncto mandati offerendo ſeſe



Digitized by Google

ad contrarij probationem audiri, ad eamque admitti debeat. Quod negandum ego arbitror, quia paritio ita differretur, quæ celeriter expediri non autem procraſtinari debet, vt aliquoties diximus.

CLXXXI.

An, ſi plures ab iiſdem inter eoſdem vnius eiuſdemque iuris gratia pignorationes fiant, iam tùm prima pignoratione in puncto paritionis expedita, proceſſu autem citationis de iure pignorandi adhuc durãte, tot mandata, tot paritiones, & tot citationes ſiue proceſſus in puncto citationum decerni & iniungi debeant, quæritur.

CLXXXII.

Et ad ſingulos quidem pignorationes ſingula mandata, & propterea etiam ſingulæ paritiones decernuntur iniunguntur q; , ſic vt quot fiant pignorationes, totidem etiam decernantur mandata, & non ſolum mãdato ob primam pignorationẽ decreto, inſinuato q; , verùm etiam mandatis inſequentibus omnibus, veluti ob ſecundam, tertiam, quartam, quintam pignorationem Reus parere teneatur. Plures autem proceſſus citationum non decernuntur, ſed, quia de vno eodemque prorſus pignorandi iure, & quidem inter partes eaſdem controuertitur, cauſſa principalis ſiue ius pignorandi ad primæ citationis cauſſam refertur, idque ne Iudex & partes ipſæ inanibus laboribus, moleſtiis & ſumtibus diuexentur. *per Receſſum viſitationis in Anno 67.§.* Nach dem ſich auch begibt / *quem autor ſupra plene retulit. Ciſner. in addit. ad hanc conſt. Gail. de pignorat. obſ. 19. D. Petrus Denaiſ. d. loc. §. 7. cum pignorationibus inquit, inter eoſdem ſuper eodem iure repetitis, mandatorũ poſteriorum paritionis duntaxat articulus dirimitur, citationis cauſſa ad proximam eo nomine intentatam actionem reiicitur.*

CLXXXIII.

Hactenus proceſſum in puncto mandati in hac pignorationis conſtitutione vidimus. At verò quia Reus ſiue pignorator non ſolùm ad docendum de paritione ſufficienti, qua de re hucusq; ſatis luculenter dictum eſt, verùm etiam ad deducẽdum ius pignorationis citatur, ſicut expreſsè edicit hæc noſtra conſtitutio, videamus nunc proceſſum in puncto citationis.

CLXXXIV.

Cæterùm pignorator ſiue citatus in puncto citationis in termino primo comparet, & cauſſas pignorationum articulatim proponit, ac in libello narrat, ſe ius pignorandi in tali loco ſemper habuiſſe, atq; etiamnum habere, & actus pignoratitios, quos iam antea ibi exercuerit, deducit, & quòd aduerſarius nihil ibi iuris habeat, ac proinde in poſſeſſione vel quaſi iuris pignorandi ſe defendi petit. *Mynſing. cent. 1. obſ. 12. Gail. de pignorat. obſ. 21. nu. 3. Chriſtoph. Schvvanmann lib. 2. Proceſſ. Cameral. d. cap. 18. num. 12.*

CLXXXV.

Hunc ad modum articuli concipi debent, aliâs tanquam impertinentes & irreleuantes reiiciuntur. *Mynſing. d. obſ. 12. vbi ita in cauſſa Marchionum Badenſium contra Comitem de* Eberſtein *Anno 1553. & pleriſq; aliis cauſſis factum fuiſſe ſcribit Gail. d. obſ. 21. num. 3.*

CLXXXVI.

Quod ſi pignorator in termino citationis articulos iſtos non exhibeat, pignoratus (ſi punctum citationis vrgetur) pignoratori breuem terminum, ſub comminatione perpetui ſilentij, vel præcluſionis viæ probandi ius pignorationis, præfigi petit; & tunc Iudex in contumaciam pignoratori terminum competentem, ſub tali comminatione peremptoriè, vel finaliter vt vocant, aut etiam euentualiter præfigere poteſt. *Gail. d. obſ. 21. num. 3. Schvvanmann. d. cap. 18. nu. 13.*

CLXXXVII.

Forma autem pronunciandi talis eſt: In Sachen A. Klager wieder Beklagten B. iſt N. Beklagten Anwalden Zeit eines Monats / articulierte Vrſachen deß Pfändens für:

fürzubringen/ angeſetzt/ mit dem Anhange/ wo er ſolchem alſo nicht nachkommen wirdt/ daß jhm als dann der Weg ſolches zuthun benommen ſeyn ſoll/ oder ein ewig Stillſchweigen aufferlegt ſeyn ſoll / vtramque enim pronunciandi formam ſeruari atteſtatur. *Gail. d. loc.*

CLXXXVIII.

Vnde apparet, proceſſum pignorationis *leg. diffamari. C. de ingenuis manumiſſ. proceſſui non eſſe diſsimilem.* Sicut enim in hoc diffamans coram Iudice diffamati ordinario cauſſas diffamationis intra certum tempus deducere tenetur, aut ſi hoc non faciat, via ad illud faciendum ei præcluſa, perpetuum ipſi ſilentium imponitur. *d. l. Diffamari ibiq. prolixè DD. & nos dicemus infra.* Sic in illo pignorationis proceſſu, Reus quoque ſiue pignorator (qui pro actore habetur, licet appellationem Rei retineat) in termino citationis ius ſuum pignorandi deducere tenetur, ſin minus, ſub comminatione præcluſionis viæ ad deducendum ius illud, aut pepetui ſilentij impoſitionis, terminus breuis per Iudicis interlocutoriam, ei ad iſtam iuris pignorandi deductionem præfigitur. *Gail. d. obſ. 2. num. 4.*

CLXXXIX.

Porrò ſi reus ſiue pignorator mandato ſe paruiſſe ſufficienter demonſtrauit, & cauſſas pignorandi articulatim exhibuit, abſq; litis conteſtatione proceditur. *Gail. d. obſ. 21. num. 6. & 7.* quod pignorationis iudicium in cauſſa citationis ſit ſummarium, &, ne partes moræ diuturnioris pertæſæ, ad arma veniant, celeriter expediri debeat. *Gail. d. obſ. 21. nu. 2. Interim tamen ordinarium retinendæ poſſeſſorium plenè deducitur. Gail. d. loc. D. Petrus Denaiſ. d. loc. §. 9. vbi Anno 76. ſenatusconſultum in Camera factum eſſe ſcribit, quod in pignorationum cauſis poſſeſſorium retinendæ ordinarium plenè deduci debeat.*

CXC.

Non obſtat, quod etiam in cauſſis ſummariis litis conteſtatio requiratur. *Socin. in c. Quoniam frequenter. num. 26. vt lit. non conteſt. Bartol. ad reprimendum in verbo ſummariè num. 2. & in verbo & figura. nu. 10. quod etiam Camera obſeruat Gail. d. obſ. 21. num. 10.* hoc tamen in cauſſis pignorationum non obſeruatur, quod eas celeriter expediri oporteat, ne partes ex diuturna mora ad arma veniant, & alias propter periculum in mora à regulis iuris communis recedi ſoleat. *leg. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de non. oper. nunc.*

CXCI.

Hinc neque commiſſio ad perpetuam rei memoriam decernitur, cùm in pignorantis poteſtate poſitum ſit, abſque litis conteſtatione iudicium inchoare, teſtes & inſtrumẽta producere, & propterea extraordinario remedio, ſiquidem ordinarium faciat ceſſare extraordinatium, locus non relinquitur. *Gail. d. obſ. 21. num. 7. & 8. Schvvanmann. d. cap. 18. num. 16. & 17.*

CXCII.

Cæterùm ad articulos à pignoratore exhibitos, pignoratus, qui pro Reo habetur, licet appellationem actoris retineat, ritè reſpondere tenetur, aliâs, quia in cauſſa ciuili non autem in criminali verſamur, contumacia non reſpondentis accuſata, articuli pro confeſſis in contumaciam acceptantur. *c. 2. ibiq. gloſſ. & DD. de confeſſ. lib. 6. part. 2. ord. Camer. tit. 15. & tit. 41. § 4. Gail. de pignorat. obſ. 22. nu. 1.* Quod idem in defenſionalibus à pignorato, quem pro Reo habere diximus, productis locum habet, ſiquidem in poſſeſſorio, cùm vterq; ſe magis poſſidere contendit, vtrinq; probationes recipiantur. *l. 1. §. Sed ſi inter ipſos. & l. ſi duo. ff. vti poſſ. Gail. d. loc.*

CXCIII.

Negatis articulis ad probationes peruenitur. *Gail. d. obſ 22. nu. 2.* & quoniam, vt ſuprà diximus, ordinarium retinendæ poſſeſſionis in hac pignorationis conſtitutione iudicium plenè deducitur, requiſita illius quoque interdicti, poſſeſ-

ſionem ex parte agentis perturbationem ex parte Rei. *l.1.§. Hoc interdictum & in §.fin. vbi Bartol. ff. vti poſſid.* in cauſſa citationis probari oportet *Gail.d.obſ.22. nu.9.*

*CXCIV.*

Cùm igitur pignorator poſſeſſionem ſuam probauit, per ſententiam definitiuam, à proceſſu conſtitutionis ſuper pignoratione abſoluitur, ſi verò poſſeſſionem & ius pignorandi non probauit, ſequitur ſententia definitiua talis, qualis in ordinario retinendæ poſſeſſionis interdictæ ferri ſolet, non licuiſſe nimirum pignoratori ita turbare atque pignorare, ideoque in poſterum ab huiuſmodi turbatione & pignoratione ipſum abſtinere, & pignorato eo nomine idoneè cauere oportere. *l.vn. C. vti poſſid. Gail. de pignor. obſ.23. nu.1.* & ſententiæ inſeri ſolet, quod relaxati captiui non teneantur ſe iterum ſiſtere, aut quod reddita pignora non reſtitui debeant *Gail.d. obſ.23. num.21.* Formam pronunciandi ſupra ex Gailio recenſuit Auctor, in expenſas damnatur temerarius pignorator. *l.ſin autē alterutrum C. de Iud.* compenſantur, ſi actus poſſeſſori vtrinque ſint deducti. *Gail.d.obſ.23.nu.8. & autor noſter ſupra.*

*CXCV.*

Cæterùm propter ſummam mādatorum & proceſſuum ſuper conſtitutione pignorationis frequentiam in Camera, tùm integrum protocollum, tùm præcipuè acta infra ſuo loco *ex Schvvanmann.d.cap.18.* inſeruimus, vt beneuolus lector præcepta hactenus tradita ex ſubiuncta ſtatim quaſi exemplorū ipſiusq; practicę traditione, eò melius & percipiat, & ad vſum deducere ſimul tanto facilius poſſit.

*CXCVI.*

Vt verò exceptio rei iudicatæ obſtet in cauſſis pignorationum, oportet vt quis in eodem loco, ab eodem, & eiuſdem iuris cauſſa iterum turbetur atque pignoretur, *l. cum quæritur cum duab. ſeqq. ff. de except. Rei Iud. Gail. de pignor. obſer.22.n.1.* Cum igitur requiſita illa non concurrunt, exceptio rei iudicatæ locum non inuenit. *d.l. cum quæritur,* & nouus propterea proceſſus intentari debet *Gail.d.obſ.22. numero 3.*

*CXCVII.*

Exponendum nunc foret, quid Arreſta, pignorationes & Repræſaliæ inter ſeſe commune haberēt, & in quibus differrent, verùm cum & Gailius de pignorat. *obſer.1. & 2. & Petr. Frider. Myndan. de proceſſ. lib.1.c.46. & Matthias Colerus de proceſſ. execut. part.1. cap.2. numer.298.* & Autor noſter ſupra illud ipſum non minus doctè, quam diligenter præſtiterint, ne actum agere videar, eò lectorem breuitatis ſtudio, & quod bene cognitis Arreſtorum & pignorationum conſtitutionibus, facilius quoq; dignoſci & intelligi queat, quid Arreſta & pignorationes inter ſeſe commune, & quid diuerſum habeant, quid etiam de Repræſaliis iudicandum ſit, ex iis, quæ dicere paulò pòſt de ipſis conſtituimus, planum perſpicuumque ſit futurum, remittere mihi viſum fuit.

*CXCVIII.*

Repræſaliæ ab Italico Preſa, quod capturā ſignificat, vel à reprimendo, quod iis aliorum iniuſtitia reprimatur, vt vult *Frider. lib.1. de proceſſ. cap 46. nu.1. non autem à reprædando, ſicut videtur Damhud. prax. crim. cap.98. num.1.* Sic dictæ ſunt remedium executiuum, quod Iudex ſiue ordinarius Magiſtratus illius, cui in alieno loco vel territorio fuit à Magiſtratu eius loci denegata iuſtitia, ad petitionem ſupplicantis creditoris, aduerſus res illorum hominū, aut etiam aduerſus homines ipſos, qui ex illo territorio oriundi ſunt, in quo creditori iuſtitia fuit denegata, decernit, ſic vt res illas vel homines tantiſper detinere creditori liceat, donec ipſi à debitore fiat ſolutio, non obſtante, quod ipſi cum creditore nihil vel contraxerunt, vel aduerſus eum deliquerunt, quam definitionem collegi ex iis, quæ tradunt *Bartol. in tract. repræſaliarum. num.1. Mynſi. cent.6. obſer.1. nume.1. Gail. de pignorat. obſer.*

Digitized by Google

*obſer. 2. num. 1. & 2. Matthias Coler. part. 1. de Proceſſ. execut. cap. 2. n. 269. Frider. d. cap. 46. num. 2. & eadem lib. 1. de proceſſ. cap. 49. nume. 9. Magnificus & Nobiliſſimus Iuriſconſultus Dominus Ludouicus SchvvartZmaierus à SchvvartZenau inuictiſſimi noſtri imperatoris Diui Rudolphi Secundi ſemper Auguſti conſiliarius intimus in li. 2. doctiſſimorum ſuorum Iuris Miſcellaneorum cap. 2.*

CXCIX.

An autem Repræſaliæ licitæ ſint, & etiam in caſu denegatæ iuſtitiæ concedi debeant, quoniam de hac quæſtione, inter iuris vtriusque interpretes, mirum in modum controuertitur, paulò accuratius nunc diſpiciamus.

CC.

Et tantum abeſſe videtur, vt eæ licitæ ſint vt etiam omni iuri, diuino iuri gentium & canonico, & ciuili ex diametro aduerſentur.

CCI.

Et iuri diuino quidem, quòd in eo expreſsè ſcriptum ſit, animam, quæ peccauit, ipſam mori oportere, & filium non debere portare iniquitatem patris *Ezech. cap. 18.*

CCII.

Iuri naturali & gentium autem, quod dictamini rectæ rationis planè abſurdum ſit, & inconueniens, alium quidem contraxiſſe; & alium, ad quem negocium illud nulla prorſus parte pertineat, ad ſolutionem compelli, alium deliquiſſe, & alium pro ipſo plecti *ca. 1. extra de iniur. & damn. dat. lib. 6. cum vnusquisq; ſuo admiſſo ſorti obiici, nec alterius criminis reus conſtitui debeat. C. Indicet. c. iam itaq; 1. q. 4. Non enim debet alius pro alio prægrauari, nec alteri per alterum iniqua afferri conditio, quod hoc & legibus & naturali æquitati ſit contrarium. d. c. 1. extra de iniur. & damn. dat. lib. 6. le. Non debet alteri. ff. de reg. iur. l. ſi quis in ſuo §. fin. ibi iniquum iudicamus, vt alieno odio alius prægrauetur. C. de inoffic. teſtam. Auth. Habita ibi ex peruerſa conſuetudine. C. Ne filius pro patre.*

CCIII.

Iuri etiam canonico aduerſantur Repræſaliæ, ſicut non ſolum docet *d. c. 1. extra de iniur. in 6. ſed & c. innouamus extra de tregua & pace*, quod omnibus itinerantibus ſiue tranſeuntibus, ſiue redeuntibus, congruum, ſaluum, conductum tribuit, qui violatur per Repræſalias ex quarũ vi innoxiis tranſitus denegatur *c. notandum eſt 23. q. 2. cum tamen nemo etiam extraneus publica via vti ſit prohibendus. l. agrum. §. fin. C. de ſeruit. & aquæduct. l. in ſumm. §. idem varus. ff. de aqua pluuia arcend. ſicut hoc argumento vtitur Matthias Colerus d. cap. numer. 290.*

CCIV.

Multò vehemẽtius aduerſantur iuri ciuili, quòd in eo expreſsè alter alterum pro eo debito, quo tertius aliquis obſtrictus eſt, pignorare prohibeatur, vſque adeò, vt ſi id facere præſumat, non ſolum quadruplum pignorato reſtituere teneatur, verùm prætereà etiam actione excidat, quam contra illum alterum habet, cuius nomine tàm violentam ab alio exactionem fecit. *Nouell vt non fiant pignorationes 52. cap. 1. Ratio eſt quòd nulla dari cauſſa poſſit, quamobrem, cum alius debitor ſit, alius pro alio exigatur, aut cum quiſpiam aggreſſurâ damnum aut iniuriam intulerit, alter pro illo obturbetur, &, quia ex eadem vrbe vel pago, vnde ille oriundus eſt, torqueatur, afficiaturque contumelia, & graue aliquid nullo ſuo merito patiatur, aut denique pro altero abſque cauſſa legitima qualem qualem ſuſtineat leſionem d. Nouell. 12. & latius ita euoluit D. Ludovvicus SchvvartZmaie. d. cap. 2. Adde Nouell. 134. §. Quoniam verò & l. 1. C. vt nullus ex vican. pro alienis debit. teneatur vbi graue eſt, reſcribit Imperator Zeno, non ſolum legibus, verum etiam naturali æquitati contrarium pro alienis debitis alios moleſtari. Idcircò huiuſmodi iniquitatis circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.*

CCV.

Quid? quòd ex hoc etiam firmiſſimo fundamento aſtruere liceat, Repræſa-

lias

lias iuri ciuili eſſe contrarias, quod quilibet magiſtratus teneatur operam dare, curamque agere, vt itinera ſeu viæ publicæ per territoria ſua tranſeuntibus ſint ſecuræ, vt hac ratione & pax publica conſeruetur, & prouinciæ à malis hominibus purgentur l. 1. §. Quies verb. Quies quoque popularium ad præfecti vrbis curam ſpectare videtur, eamque ad rem diſpoſitos milites ſtationarios habere debet, qui tueantur popularium quietem, & referant quid vbique agatur. ff. de offi. præfect. vrb. l. in nomine. §. pro limitaneis. C. de offi. Præfect. Prætor. l. congruit de offic. præſid. l. 4. §. de offi. Proconſ. Bart. & DD. in l. Ne quid de incend. ruin. naufrag. Sneid. in Epitom. feud. p. 2. nu. 115. Dominus Iohannes Köppen in deciſionib. quæſt. illuſtrium. quæſt. 37. n. 1. Quæ quidem protectionis neceſſitas magiſtratui adeò incumbit, vt omne damnum deprædato in via publica territorij ſui, ſi per viam ſolitam, ordinariam & regiam iter faciat, ſecus ſi per inſolitam commeet. Bart. in l. 1. numer. 2. de his qui deiec. vel effud. Bald. in l. cum proponas. numer. 9. C. de naut. fœnor. Felin. in c. poſtulaſti. num. 8. verſ. ſecundus caſus de for. compet. Gail. 2. obſeru. 64. num. 11. Köppen d. quæſt. 37. numer. 12. & penſitationem ſiue tributum magiſtratui illius territorij ſoluat, prout communiter pro ſaluo conductu fieri conſueuit Bald. in l. conuenticul. numer. 7. & ibi Matth. de Afflict. de pac. iuram. firmand. & in c. 1. §. Marchio. num. 5. Quis feud. dar. poſſ. Zaſ. inter conſil. Germ. conſil. 10. nume. 4. per l. in nomine. verſic. in Sardinia. C. de offic. Præfe. præt. quem textum Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. numer. 6. ad hoc ſingularem & aureum eſſe dicit. C. de epiſcop. & cleric. Sneiduin. §. item is cui. num. 2. Inſtit. de obl. quæ ex quaſi delict. Gail. d. obſeru. 64. numer. 4. Coler. de proceſſ. executiu. part. 1. cap. 2. num. 294. Koppen de quæſt. 37. num. 8. reſarcire teneatur. l. ne quid & ibi Bartol. & DD. de incend. ruin. naufrag. Panorm. cap. 1. numer. 8. de reſtitu. ſpoliat. Coler. d. cap. 2. numer. 297. Pedemont. deciſ. 138. numer. 24. verſ. hic decimus parte 1. Gail. d. obſeru. 64. numer. 1. vbi ſic in quadam cauſſa contra Epiſcopum Herbipolenſem concluſum & iudicatum fuiſſe atteſtatur Mynſing. cent. 5. obſeru. 70. nume. 1. vbi eleganter de hac quæſtione diſcurrit Schneiduin. in d. §. Item is cui. nu. 2. 3 & 4. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delictis naſcunt. Accedunt nouiſſimæ Imperij cõſtitutiones Anno 1521. VVormatiæ & Anno 1559. in Comitiis Ratisbonenſibus promulgatæ. §. Wiewol in ſolcher / & §. wo ferrne aber die Nacheyler / Köppen d. quæſt. 37. num. 6. & 7. ſi modo deprædatus teſtibus vel aliis modis legitimis hanc deprædationem probauerit Gail. d. obſer. 64. nu. 7. & 8. Mynſing. cent. 5. obſeru. 71. Köppen d. q. 37. iuramento autem in litem ex l. ſi quando. C. vnde vi & l. in actionib. ff. de in lit. iur. hoc in caſu locus non eſt, allegati DD. in dd. loc. quia iuramentum illud ceſſat, cum quis non ex dolo ſuo, ſed ex alieno conuenitur. Tunc enim intereſſe aut damnum per veras probationes probari debet. Bart. in l. ſemper. §. vlt. ff. Quod vi aut clam in l. 1. num. 2. in fin. ff. Quando ex facto tutor vel curator. Bald. in c. 1. §. conuenticul. in fin. de pac. iuram. firmand. Iaſ. in d. l. in actionib. ſub numer. 34. in 7. requiſ. & ſub numer. 40. Secundo limita. Anton. de Petruc. in l. 1. num. 345. verſ. Secundo temperetis in 72. effect. ff. de iureiur. Bart. in l. 1. § 1. ff. aduerſ. Naut. Maſcard. de probat. concluſ. 934. numer. 17. Iam verò hîc Magiſtratus non conuenitur ex dolo ſuo, ſed alieno, iuramentum igitur locum non habet. Neque aduerſus eum, qui in culpa tantum eſt, non autem in dolo, in litem iurari poteſt. l. 4. §. final. & d. l. in actionibus. 5. § 3. ff. de in lit. iur. Magiſtratus autem tantum ex culpa quaſi delicto ob non præſtitam viarum ſecuritatem tenetur Gail. d. obſeru. 64. numer. 9. Mynſing. d. obſeru. 71. Köppen d. q. 37. num. 14.

Si verò repreſſaliæ forent admittendæ, fruſtra magiſtratus ſecuritatis viarum curam gererent, fruſtra etiam iure cautum foret; illos ad damni refuſionem de prædatis in ſuo territorio teneri, fruſtra etiam viatores, pædagio ſiue pecunia pro ſaluo conductu ſoluta, ſicut communiter fieri diximus, ſecuritati & fidei publicæ ſeſe committerent, & in quorum protectionem fidem, atque tutelam ſeſe, vitam, opes & fortunas ſuas commendarent, ab illis ipſis ſpoliarentur, id quod publicæ fidei refragatur, quam cuilibet magiſtratui præſertim turpe eſt fallere. l. 1. ff. conſtit. pecun. & l. 1. ff. de pact. Repreſſaliæ igitur, vt quæ expreſſè iuris ſanctioni & bonæ fidei magiſtratuum aduerſentur, non ſunt licitæ.

Quo

CCVI.

Quo maximè facit, quod Baldus *in c.1.nu.1.quæ ſint regalia in vſibus feudor.* ſicut refert & ſequitur *Coler. de proceſſ. execut. part.1.cap.2.num. 294.* memorabiliter ſcribit, cautelam eſſe in materia repręſaliarum pro itinerantibus, vt vbiq; locorum diligenter ſoluant pedagium, & teſtes ſecum ducant, qui hoc viderint, tales enim non poſſe capi pro repręſaliis.

CCVII.

Sextò magiſtratus, qui repræſalias concedit aduerſus oriundum ex alieno territorio in quo ſuo ſubdito fuit denegata iuſtitia, nullam in ipſum prorſus iuriſdictionem obtinet. Si enim iuriſdictionem in illum haberet, haberet vtique aut ratione domicilij, aut ratione contractus, aut ratione delicti, aut ratione rei petitæ, tot enim modis quis forum ſortitur, ſiue tot modis quis Iudex rei deß Beſtlagten conſtituitur. *Herman. Vult. Præceptor meus, & mihi ob immortalia præſtita beneficia chariſſimus & perpetuo obſeruantiæ ſtudio colendus, vir de literis noſtris præclariſſimè merius Iuriſprud. Rom. lib.2.cap.1.num.41. & ſeq. vbi rei Iudex quis eſt, inquit ratione vel contractus, vel delicti, vel domicilij, vel rei petitæ, per ea, quæ ibi copioſè allegat.* Iam verò ille, aduerſus quem repræſaliæ decernuntur, planè extraneus & eſt domicilium non habet in territorio magiſtratus ipſum vel res eius repręſaliarum vinculo obſtringentis, neque in territorio illius magiſtratus contraxit, ſicut nec illi, qui repræſalias impetrat, ex aliquo contractu eſt obligatus, nedum vt ſolutionem cuiquam in eo loco ſeſe repræſentaturum receperit, ex qua quidem re, ratione contractus, etiam in foro alieno quis ſortitur forum *l. contraxiſſe 21. ff. de obligat. & action. l. Hæres abſens 19. ff. de iudic.* neque vel aduerſus magiſtratum, vel eum, qui repræſalias impetrat, vel alium quempiam ex illo territorio oriundum, ſiue qui domicilium illic ſuum habeat, vel denique etiam aduerſus aliquem alterum quicquam deliquit, neque in territorio iſto, in quo, vt ita loquar, repræſaliatur, ſiue repræſaliarum vinculo obſtringitur res aliquas poſſidet, quarum nomine coram magiſtratu illius loci aliqua ipſi controuerſia moueri poſſit, *iuxta l. fin. C. vbi in rem act.* Forum igitur ſortiri illic minimè omnium poteſt. Vndè etiam conſtat magiſtratum illum creditoris, in tertium illũ ex territorio debitoris (quod alienum prorſus eſt, non ſuum reſpectu magiſtratus vt ſic loquar repræſaliantis) oriundum nullam ſibi prorſus de iure iuriſdictionem vſurpare poſſe. Vbi locum inuenit *l. final. ff. de iuriſd. extra territorium ius dicenti impunè non paretur, & iudicatum dici non poteſt ab eo, qui iudicandi poteſtatem non habuit l.1. §. fin. ff. ad Senatuſconſ. Tertullia. l.1. §. hæc autem verba. ff quod quiſq; Iur. l.2. in fi. ff. de Pæn. Vant. de nullitat. ſentent. ex defect. Iuriſd. nume. 4. Et quicquid fit ab incompetenti Iudice eſt ipſo iure nullum. tot. tit. C. ſi à non competen. Iud. Quod autem ipſo iure nullum eſt, nullum poteſt effectum operari. l. non dubium ibique DD. C. de l. gib. repræſaliæ igitur iſtæ tantum abeſt vt ſint iure licitæ, vt etiam ipſo iure nullas eas eſſe ex iis, quæ modo diximus, ipſo ſole meridiano clarius euadat.*

CCVIII.

Septimò communiter tradunt DD. repræſalias ob denegatam à magiſtratu debitoris iuſtitiam decerni. *Bartol. Martin. Laudens. Iacob. de Canib. in ſuis tractatibus de repræſal. Mynſing. cent.6. obſeru.1. num.4. Gail. de pignor. obſeru.3. numer.1. & 2. & tit.1. obſeru. 28. in fin. & patet ex definitione noſtra ſupra tradita. Iam verò quia pœnæ ſuos autores perſequi debent. l. Sancimus. C. de pæn. & vlterius non progredi. l. Si pœna & l. crimen. ff. eod. l.3. §. Quod pater de muner. & honor. l. generalis. §. fin. de rit. nupt.* Magiſtratus ille qui denegauit iuſtitiam, plectendus foret, non autem ſubditus illius innocens, qui neque magiſtratui, à quo repræſaliis obſtringitur neque ſubdito eius cui denegata fuit iuſtitia, vllo modo eſt obligatus, iam ſi magiſtratus ille plectendus foret, vt ſanè illum puniendum pœnauè afficiendum eſſe, qui deliquit, ex allegatis iuris textibus conſtat nullum magiſtratus, qui repræſalias iniicit, in ipſum haberet imperium, quod pari in parem imperium non competat *l. nam magiſtratus. ff.*

Digitized by Google

*tus.ff.de arbit.* Magiſtratus igitur qui iuſtitiam denegauit, non poteſt puniri à magiſtratu illius ſubditi, cui fuit iuſtitia denegata, neque ſubditi, quòd innocentes ſint, & quod illorum reſpectu magiſtratus ille, qui repræſalias iniiceret, loco priuati haberetur, vt propterea nullum in ipſos ſibi imperium vſurpare poſſet, *ſicut hoc argumento vtitur Coler. d.c. nu. 286.* Vndè patet nec magiſtratum qui denegauit iuſtitiam, neque ſubditos illius innocentes à magiſtratu ſubditi, cui fuit denegata iuſtitia, repræſaliis obſtringi poſſe.

*CCIX.*

Octauò, quando creditor tutus eſſe poteſt per remedium ordinarium, non debet confugere ad remedium extraordinarium quod remedium ordinarium faciat ceſſare extraordinariũ *l. in cauſſa. 2 ff. de minoribus l. in prouinciali. §. 1. ff. de nou. ope. nunc.* At verò ſi creditori alicui à quodam magiſtratu qui imperio immediatè ſubiectus eſt in Imperio Romano, iuſtitia denegetur, creditor ius ſuum conſequi poteſt, deuoluendo cauſſam ratione denegatæ iuſtitiæ ad Imperatorem vel Cameralem Imperialem. *part. 2. ordin. Camera. Imperial part. 2. §. final. & part. 2. titul. 26.* per tot. quo caſu vt iuriſdictio Cameræ fundetur, fidem Iudici fieri oportet per inſtrumentum publicum de facta debita requiſitione ſuperioris, & ſubſecuta denegatione iuſtitiæ. *d. tit. 26. Gail. libr. 1. obſeru. practic. obſeru 28 & nos ſuprà diximus parte 1. ac infra quoque dicetur plenius.* Non igitur creditor ad hoc extraordinarium repræſaliarum remedium deſcendere & deuenire debet.

*CCX.*

Et nonò hæc eadem quoque ratio obtinet, cum magiſtratus, qui iuſtitiam denegauit, eſt mediatè imperio ſubiectus, nam & hoc caſu ad Iudicis illius ſuperioris cognitionē ratione denegatæ iuſtitiæ cauſſa deuolueretur, quòd Iudicem ob denegatam iuſtitiam iuriſdictionem, quoad illam cauſſam amittere, & ſuperiorem pro adminiſtranda iuſtitia adiri poſſe certum ſit. *§. ſi vbi igitur Authen. de mand. princip. § ſtatuimus. Authent. de Stat. & conſuetud. text. in conſtit. Frider. Imperatoris incip. Statuimus. C. de Epiſcop. & Cleric. ibique communiter DD. §. ſi quis verò cum §. ſeq. Auth. vt differ Iud. c. ex tranſmiſſa & c. ex tenore de for. compet. Bart. in l. de pupillo §. ſi quis pratore. numer. 1.* Deuolutio igitur cauſſę ratione denegatæ iuſtitiæ ad ſuperiorem magiſtratum ſiue Iudicem tanquam remedium ordinarium meritò extraordinarium repræſaliarum remedium ceſſare faciet.

*CCXI.*

Decimò per Repræſalias Impetrator Iudex quaſi in re propria conſtitueretur, & futurum vtiq; eſſet, vt à ſubditis denegantis iuſtitiam ſemel repræſaliatis, quantum vellet, extorqueret, atq; adeò hac ratione plus æquo & iuſto pro ſuo arbitrio exigeret, cum tamen in ordinaria iuris ſui perſecutione amplius non erat conſecuturus, quam quantum ſibi in ſorte principali, vel ratione moræ debebatur. Nemo autem Iudex in re propria eſſe debet. *l. vnic. C. Ne quis in ſua cauſſa iudicet & ius ſibi dicat, & plus petere, quam ſibi debetur. §. ſi quis agens 33. inſtit. de action. & locupletari cum alterius damno c. locupletari de Reg. Iur. in 6.* Repræſaliæ igitur non ſunt licitæ.

*CCXII.*

Vndecimò nec ob denegatam iuſtitiam Repræſaliæ concedi debent, quia hac ratione turbaretur pax & tranquilitas publica. Quis enim pro vt exulceratiſſimo hoc mundi ſeculo homines ad mutuam vindictam admodum procliues ſunt, non futurum intelligat, vt magiſtratus ille, cui ſubditi ſui repræſaliarum vinculo obſtricti fuerunt, iniuriæ ſibi per conſequentiam quandam illatæ, vlciſcendæ gratia, viciſſim alterius magiſtratus ſubditos repræſaliis aſtringat, donec tandem ex parua hac ſcintilla funeſtiſſima bellorum naſcantur incendia, quæ ſæpe numero totas regiones funditus euertere, & cum puluiſculo quod dici ſolet, delere ſolent. Iam verò pacis publicæ perturbatio prohibita eſt legibus &

con-

Digitized by Google

conſtitutionibus Imperij, quas non ſolum communi calculo Proceres & ſtatus Imperij ad vnum omnes vno ore vnaq; voce approbarunt, verùm etiam vnanimi conſenſu & quaſi conuentione quadam publica reciprocè inter ſeſe facta, ipſarum ſaluberrimæ ordinationi ac ſanctioni ſeſe ſubiecerunt. Repræſaliæ igitur, quæ ad violationem pacis publicæ ducunt, iiſdem quoque legibus & conſtitutionibus imperij, quæ de pace publica ſalutariter latæ ſunt, prohibitæ eſſe cenſentur. Cum enim certum quid prohibetur, videtur etiam interdictum & prohibitum omne illud per quod ad iſtud peruenitur. *c. nam concupiſcentiam, de conſtit. §. quia tamen. inſtit. vi bonor. raptor. l. oratio. ff. de ſponſal. c. cum quid prohibetur de Reg. iur. in 6. Everhard. in topic. legal. loc. à deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis.* Et cum proceres & ſtatus imperij prædictas imperij conſtitutiones de pace publica latas communi, ſicut dictum eſt, ſuffragio approbarint, dignum quoque erit, vt iis ſeſe alligatos eſſe profiteantur. *l. digna vox 4. C. de legibus.* Quin imo ſi ſtatus imperij vnus contra alterius ſubditos vel ipſorum bona repræſalias concederet, frangeret conuentionem publicam iſtam, quam inter ſeſe mutuo inierunt, id quod bonæ fidei aduerſatur.

*CCXIII.*

Duodecimò quia conſtitutiones pacis publicæ, cuiuſcunq; ordinis homines tàm immediatè quam mediatè imperio ſubiectos obligant. *Gail. d. pac. pub. libr. 1. cap. 1. numer. 19. & 10.* ex eodem fundamento neq; Magiſtratus immediatè imperio ſubiecti Repræſalias concedere poſſunt, *Hinc Coler. d. cap. 2. num. 284.* hiſce verbis ſicut & nolim inquit, alicui inferiori autor eſſe, vt in ſua ditione eas (intellige repræſalias) concedat, in iniuriã communis patriæ, cum magis debeat haberi reſpectus ad tranquillitatem publicam, quæ ſuam & quidem immenſam vtilitatem affert non tantum in communi, ſed etiam in quolibet particulari, quam ad priuati alicuius priuatum & quidem exiguũ commodum, quod ciui Romano fortè decedit, ex denegata ipſi per vicinum Regem iuſtitia argumento eius, quod ſcriptum reliquit *Barto. in l. 1. num. 25. ff. ſolut. matrim. vbi & alij DD. ſequuntur. Hæc Coler. d. loc.* Ideoq; iudex diſcretus eſſe debet, ne occaſione cuiuſcunq; etiam exiguæ litis facilè patiatur turbari ſtatum & tranquillitatem Reip. *argum. l. ſi quis ingenuum. §. in ciuilib. diſſenſionibus de captiu. & poſtlimin. reuerſ. l. 1. §. Quies de offic. præfect. vrb. l. congruit de offic. præſid. notat Bartol. in l. ambitioſa. num. 18. de decret. ab ord. fac. Coler. d. c. 2. num. 289.*

*CCXIIII.*

Decimotertiò, quia repræſalias aliud nihil eſſe niſi pignorationes patet, *ex Nouell. 52. §. ſancimus Nouell. 134. §. Quoniam vero contingit. tit. eod. vt nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur.* Sicut enim in pignorationibus alius, isq; innocens & tertius pro alio iniquè moleſtatur, ſic etiam idem fit in Repræſaliis, Quemadmodum igitur pignorationes ipſo iure generaliter prohibitæ ſunt. d. teſtibus. Sic etiam Repræſaliæ generaliter prohibitæ eſſe cenſendæ ſunt, vſque adeò, vt neq; in caſu denegatæ iuſtitiæ concedi poſſe propterea videri debeant.

*CCXV.*

Decimoquartò quid? quòd cum conſtitutio illa Imperij, in cuius expoſitione hactenus verſati ſumus, pignorationes diſertè prohibeat, ita quidem, vt pignoratorem per mandatum pœnale ſine clauſula ad reſtitutionem rerum pignoratarum compellat, eique Reus ſine mora & exceptione non obſtante ohn Verzug vnd einige Eynrede/ parere ſtatim teneatur, eadem quoque conſtitutio propterea repræſalias ſuſtulit quod has pignorationes eſſe, ex ſupra allegatis textibus liquidum ſit & manifeſtum. Et quamuis conſtitutio de immediatis imperij expreſsè loquatur, tamen quia ipſa pacis publicæ conſeruandæ gratia introducta eſt, *vt patet ex initio illius conſtitutionis. part. 2. tit. 22.* pacem autem publicam omnes tàm mediatè quam immediatè imperio ſubiecti ſartam tectam præſtare tenentur,



Digitized by Google

tur, atque adeò conſtitutionibus de pace publica promulgatis obligantur, ſicut ſupra dictum eſt, non inconſultum foret, hac de re in terris Germaniæ ſimiles ſpeciales ſanctiones conſtituere, quæ etiam ſubditos mediatè imperio ſubiectos ligarent. *quemadmodum eleganter id mecum, poſteaquam hæc ſcripſi, conſiderantem reperi D. Iohannem Köppen in deciſ. quæſtion. illuſtr. quæſt. 41. nume. 22.*

CCXVI.

Decimoquintò *Gail. lib. de pignorat. cap. 2.* repræſalias etiam in caſu denegatæ iuſtitiæ omninò reprobat, vbi imperatores Romanorum ob denegatam iuſtitiam vel aliam etiam ob cauſſam, etiamſi hoc ſuo tempore ſæpè petitum fuerit, non conſueuiſſe concedere repræſalias præclarè ſcriptum reliquit, propterea quod infinita ſecum trahant incommoda, & ad latrocinia atque publica ſcandala viam aperiant, quibus ſummus princeps cauſſam præbere non debeat. *l. Nam ſalutem. ff. de offic. præfec. vigil. & §. 1. de pace tenenda & iuramento firmanda,* maximè quia repræſaliæ petuntur ob priuatam vtilitatem, quæ publicę paci & tranquillitati poſtponi debet. *l. ita vulneratus §. Multa. ff. ad l. Aquiliam cum ſimilibus ſupra allegatis. Gail. d. cap. 2.* Immò imperatorem non grauatè concedere ſtatibus imperij & ciuitatibus liberis priuilegia contra huiuſmodi repræſalias etiam ſine cauſſæ cognitione, propterea quod iſta priuilegiorum conceſſio pacem publicam concernat, & propterea neque præſentiam alicuius neque citationem requirat *leg. Qui poteſt inuitis. ff. de Reg. Iur.* Ibidem ſubiicit *Gail. num. 2.* præiudicia nonnulla ſiue exempla huiuſmodi priuilegiorum aduerſus repræſalias conceſſionis recenſet, *Ludouicus Schvvartzmaierus à Schvvartzenau li. 2. Miſcellaneorum Iur. d. ca. 2.* vbi ne quis oppignorans ſeſe priuilegij ignarum eſſe prætendere auſit, illam cautelam obſeruandam eſſe ſcribit, vt priuilegia eiuſmodi quò omnibus ipſorum ſit copia, & nemo ignorantiam allegare poſſit, deſcribantur & deſcripta Notarij publici aut ſenatus alicuius ciuitatis fide approbata valuis templorum aut portis affigantur, ſicut cum priuilegiis, quæ ibidem recenſet factum eſſe Anno 95. bene ſeſe meminiſſe ſcribit.

CCXVII.

Vltimò repræſalias non eſſe licitas, etiam ex eo manifeſtum euadit, quod ſcribit idem *Ludouicus Schvvartzmai. d. c. 2. lib. 2. Miſcellan. Iur.* Cum Doctor quidam Iuris R. & alius quidam capitaneus P. Anno 94. in comitiis Ratisbonenſibus & poſt à Cæſarea Maieſtate petiiſſent, vt ſibi B. B. eorundemque conſortibus merces ob æs alienum, partim ipſorum anteceſſoribus, partim ſibi ipſis debitum oppignorandi, ſiue vt ita loquar, Repræſaliandi poteſtas concederetur, hanc per decreta imperatoria ob cauſſas certas illis expreſſim inſertas fuiſſe denegatam.

CCXVIII.

Hactenus argumenta, vt opinior, plæraque ſi non omnia, quę pro negatiua ſententia quòd Repræſaliæ non ſint licitæ, in medium afferri poſſunt, recenſuis proximum nunc eſt, vt ea recenſeamus argumenta, quæ affirmatiuam aſſerere poſſe ſententiam, quod nimirùm licitæ ſint repræſaliæ, videbuntur.

CCXIX.

Prius autem, quàm ad recitationem iſtorum argumentorum aggrediar, operæ nos precium facturos exiſtimamus, ſi ea, quæ ad repræſalias impetrandas decernendasque requiruntur, ordine ſingula recenſeamus, ita enim affirmatiuæ ſententiæ nonnulla ſubſternemus fundamenta. Nam & hîc certa quædam à Iuris noſtri interpretibus tradita ſunt requiſita, quæ ſi aut omnia aut aliqua ex iis deficiant, vix ac ne vix quidem eſt, vt quis Repræſaliarum impetrationem ſperare auſit. Sunt namq; requiſita inſtar formalium alicuius rei qualitatum, quibus deficientibus rem ipſam deficere ſæpiſſimè à nobis fuit monitum.

Cæte-

Digitized by Google

CCXX.

Cæterùm omnium primò diligenter hîc recordandum erit, quod diximus, ob iuſtitiam à Magiſtratu debitoris denegatam repręſalias concedi. Denegatam igitur à magiſtratu ſiue ſuperiore debitoris iuſtitiam eſſe oportet. Niſi igitur & reus euocatus fuerit, & magiſtratus requiſitus, & iuſtitia denegata, ad hoc extraordinarium repræſaliarum remedium deueniri nequit *per ea quæ tradit Frid. lib. 1. de proceſſ. cap. 49. num. 1.* vt igitur in caſu denegatæ iuſtitiæ repræſalias creditor impetrare poſſit, duo ipſum probare oportet, primò quidem, quod & iudicem Rei ſiue debitoris pro adminiſtrãda iuſtitia requiſiuerit, & quod requiſitus eam petenti denegauerit. *Coler. part. 1. de proceſſ. executiu. d. ca. 2. num. 271. per ea quæ ibi alleg.* & de his requiſitis creditor fidem facere tenetur per inſtrumentum publicum, ſic vt non ſufficiat iuramentum partis aſſeuerantis, ſe non ſperare conſequi iuſtitiam. *Gail. 1. obſ. 28. num. 3. & 4. Coler. d. cap. 2. nu. 272.* & de his quidem requiſitis ſi creditor ſiue petitor doceat, Repræſalias omni iure tàm diuino quam naturali, item Canonico ac ciuili & propterea conſuetudinario concedi poſſe docet *Iacob. de Canib. in tractat. repræſ. nu. 4.* vbi addit hanc ſententiam communem eſſe legiſtarum & Canoniſtarum. An igitur in ſolo iuſtitiæ denegatæ caſu locus erit repræſaliis, quod quidem, etſi plurimum eueniat, & plæræque ferè repræſaliæ ob denegatam iuſtitiam concedantur, tamen etiam ob dilatã protractamq́ iuſtitiam conceduntur. *Mynſi. cent. 6. obſ. 1. n. 8. Fri. li. 1. de proceſ. d. c. 49. n. 1.* Quinimo etiam ob illatam iniuſtiam Repræſaliæ indulgentur aduerſus iudices ſi per viam Iuris nequeant conueniri, veluti ſi quis iniuſtè condemnatus cogatur ſoluere cõdemnationem, is enim repræſalias contra talem iniuſtitiam impetrare poteſt, cum ei non poſſit eſſe conſultum alio remedio. *Mynſing. d. obſ. 1. cent. 6. numer. 8.* Sic quando ciuitas non vult reuocare ſententiam latam à ſuo Iudice in fauorem ſui, tunc poſſunt concedi repræſaliæ ei, qui læſus eſt contra illam ciuitatem, quæ ipſum læſit; Et conſequenter talis læſus iure belli contra illam ciuitatem poteſt capere perſonas & bona, & ducere ad iudicem ſuum, vt de ipſis ſatisfaciat per venditionẽ & retentionem *iuxta l. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. credit. ſicut & Iacob. de Canib. in tract. ſuo Repræſal. num. 20. hæc verba refert. Mynſing. d. obſ. 1. cent. 6. nu. 8.* Sic etiam repræſalias cõcedi poſſe, quando Iudex alterius renuit dare arbitros aut Iudices delegatos extra locum, vbi quis aduerſarij potentiam perhorreſcit, vel cùm ipſe aduerſarius denegat prorogare iuriſdictionem Iudicis non ſuſpecti tradit *Bartol. in tract. Repræſ. quæſt. 2. & Iacob. de Canibus in d. ſuo tractat. repræſal. numero 20. Mynſing. d. obſerua. prima, Cent. 6. numero quinto, & ſexto,* verùm hic caſus quos hactenus ex citatis interpretibus adduximus, à denegatæ iuſtitiæ caſu non videntur mihi ſpecie differre, ſed potius denegatæ iuſtitiæ eſſe quædam ſpecies, ita quidem vt ſub denegata iuſtitia comprehendantur, ſicut ſpecies ſub ſuo genere comprehendi ſolent. Quid enim in effectu protrahere iuſtitiam, iniuſtitiam facere, non dare iudices delegatos extra locum, in quo quis potentiam aduerſarij perhorreſcit, eſt aliud, quam denegare iuſtitiam? Idcirco adhuc verum manet, quod ſupra in definitione Repræſaliarum diximus, & communiter tradũt DD. Repræſalias in caſu denegatæ iuſtitiæ à Magiſtratu creditoris, qui ſuperiorem debitoris eumq; competentem Iudicem ſiue ordinarium Magiſtratum pro adminiſtranda iuſtitia requiſiuit, eam autem conſequi non potuit, rectè & peti & decerni poſſe. Quod autem prius, quam ad repręſalias deueniamus, ſuperiorem debitoris requirendum eſſe, ab eoque iuſtitiam denegatam eſſe oportere diximus, id verum eſt, ſi copia eius haberi poſſit, vt tradit *Bartol. d. q. 2. nu. 12.* vbi vide quomodo intelligi debeat, quando copia ſuperioris haberi non poſſit, & tradit *Petrus Frider. Mindan. d. cap. 49. nu. 1. circa finem.*

CCXXI.

Secundò debitum ſiue cauſſam petendi liquidiſſimam eſſe conuenit, ideoq;

qui pro Repræſaliis ſupplicat, eum hac de re vel Syngrapha debitoris, vel inſtrumento publico, vel aliis iiſque ad probandum ſufficientibus indiciis magiſtratui ſuo, à quo repræſalias ſibi decerni petit, fidem plenè facere debet. *Damhoud. in prax. criminal. cap. 98. nu. 11. Iohann. Emeric. à Rosbach. in practic. ciuil. tit. de for. compet. num. 69. Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 49. num. 3.*

CCXXII.

Tertiò debitum non leue ſeu modicum, ſed grande eſſe oportet, quòd propter modicum aliquod & exiguum diſpendium extraordinaria & odioſa remedia cõcedi non ſoleant. Sicut extraordinarium reſtitutionis in integrum remedium non competit pro re modica: *l. ſcio 4. ff. de in integrum reſtit. Vt nec actioni de dolo, quæ itidem extraordinaria eſt & ſubſidiaria. l. 1. §. 1. & §. 4. cum ſeqq. ff. de dol. mal. ob rem modicam locus eſt. l. 9. 10. & 11. ff. eod. tit.* Iam verò Repræſaliarum remedium planè ſubſidiarium & odioſum eſſe conſtat ex iis omnibus quæ hactenus diximus. Propter modicam igitur ſummam intentari nequit. *Bartol. in tract. repræſal. quæſt. 2. nu. 11. Damhoud. d. cap. 98. num. 9. Frid. d. cap. 49. num. 2. Iohan. Emeric. à Rosb. d. tit. nu. 69.*

CCXXIII.

Quartò eum, aduerſus quem decernuntur Repræſaliæ, forenſem & extraneum non autem ſub eodem cum creditore principe & magiſtratu eſſe oportet. *Damhoud. d. cap. 98. num. 10.* verùm hoc in Germania paſſim non obſeruatur. Quin imò etiam inter oppida & pagos atque præfecturas ſub eiuſdem principis iuriſdictione ſitas repræſaliæ decernuntur, verbi gratia, princeps aliquis quam plurima habet oppida, quam plurimas præfecturas, creditor aliquis ex præfectura oriundus, conuenit debitorem ſuum, qui domicilium habet in præfectura A. Vbi iuſtitiam cõſequi non poteſt. Rectè igitur creditor ille aduerſus ſubditos ex præfectura A. oriundos, repræſalias impetrare poteſt. Idq; in Haſſia noſtra, quæ patria mihi eſt, ſæpiſſimè factitatum memini. Et huiuſmodi conſuetudines de repræſaliis contra duas villas vni eidemque magiſtratui ſubiectas exercendis, ſic vt quilibet de villa pro debito alterius capiatur, ſuſtineri tradit *Bartol. in d. tractat. Repræſ. in prin. num. 8. & 14. Frider. d. cap. 49. num. 5. Iohan. Emeric. à Rosbach. d. tit. num. 70.*

CCXXIIII.

Quintò eos tantum repræſaliarum obſtringere vinculo fas eſt, qui ſpecialibus priuilegiis veluti beneficio principis, aut iure gentium à repręſaliis non ſunt exemti, *vt ſunt Scholares Auth. Habit. C. Ne filius pro patre, cleric. c. vn. de iniur. in 6. Franc. Marc. deciſ. 358. Coler. de proceſſ. executiu. part. 2. cap. 20. num. 186. legati. l. ſanctum. ff. de rer. diuiſ. l. fin. de legatio. l. 2. §. legatis. ff. de iudic.* ij qui ad nundinas noſtras veniunt *l. vn. C. de nundin.* Sacræ Cæſar. Maieſtatis Commiſſarij ad examinandũ & recipiendum teſtes, vel etiam ad rem oculis ſubiiciendam, aut ad tranſumtionem inſtrumentorum deputati, vel ab imperatore ipſo, vel ab Imperiali Camera, atque hac ratione commiſſarij tàm in communi, quam in optima vt loquuntur, forma conſtituti *part. 1. ord. tit. 49. §. So wollen die Keyſerliche. Coler. de proceſſ. executiu. part. 2. cap. 20. num. 186.* ſiquidem generaliter omnes, quibus neceſſaria negocia expedienda ſunt commiſſa, iiſq; non expeditis puniri poſſunt, à Iudice repræſaliis obſtringi & detineri non poſſint. *Coler. d. loc. num. 189. Bartol. in tract. de Repræſal. quæſt. princip. 7. quæſt. 11. Rutger. Rulant. in tract. de commiſ. & commiſſionibus Cam. Imp. part. 1. cap. 9. nu. 6. & ſeqq.* Ideoq; commiſſarij fortaſſis de facto ab aliquo Magiſtratu repræſaliarum vinculo obſtricti, pro relaxandis repræſaliis mandatum ſine clauſula in Camera Imperiali impetrare poſſunt. *Rutger. Rulant. d. cap. 9. nu. 8.* aut ſi forte debitum leue ſit, propter quod repræſaliæ ipſis fuerunt iniectæ, vt propter ea diutius detineri graue iiſdem eſſe videatur, nec mandatum expectare propterea poſſint, repræſaliis ab illis debiti perſolutione relaxatis, poſtea finita commiſſione condictionem vel actionem ex lege Aquilia, vt & iniuriarum contra magiſtratum & partem tanquam mandantem & mandatarium in Camera imperiali, tanquam coram

ram ſupremo Magiſtratu inſtituere poterunt. Si tamen fortè magiſtratum iſtum extraneum, qui imperio ſubiectus non ſit, vt propterea in Camera conueniri nequeat, eſſe contingat, contra eum, cuius nomine ſoluerunt, actionem inſtituere ſuam poterunt. *Bartol. in l. Nam & ſeruus 22. ff. de negot. geſt. Rutger Rulant. d. cap. 9 nu. fin. confer quæ tradunt Frider. d. cap. 49. num. 8. Iohan. Emeric. à Rosbach. in pract. ciuil. d. tit. 3. de foro compet. num. 71.*

CCXXIIII.

Rectè inſuper Friderus, quod ſexto loco notandum eſt, vt repræſaliis in caſu denegatæ iuſtitiæ locus eſſe poſſit. *d. cap. 49. num 7.* requirit, vt Reus eo tempore, quo de ſolutione fuit requiſitus, eamq; ob rem ad magiſtratum ſuum euocatus, qua quidem de re ſupra diximus, adhuc ſoluēdo fuerit, ſin minus eaq; de re magiſtratus ipſius competens fidem faciat & polliceatur, ſi abſq; hoc foret, in debita iuſtitiæ adminiſtratione, Reoq; illo ad ſolutionem adigendo non defuturam ſuam operam, innocentes tertij, vt diximus, iniquè detineri non poſſunt. Cum enim repræſaliarum finis ſit, vt debitor ſoluat, inanis autem actio ſit, quam debitoris inopia excludat. *l. 6. vbi Gaius ICTus ſcribit, is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam aduerſarij inanis actio eſt. ff. de dolo mal. ſit vt apud Germanos noſtros inde nata ſit occaſio vulgari huic & vſitato diuerbio.* Wo nichts iſt / da haben der Keyſer vnnd Bapſt jhr Recht verloren truſtra ad repræſalias deuenietur.

CCXXV.

Limitatur modo tradita concluſio, vt non procedat, quando vel in fraudem creditorū bona ſua debitor doloſè ſubtraxit, vel, Magiſtratu in adminiſtranda legitimo modo, iuſtitia, debitoreque ad ſolutionem compellendo moram faciente, fuerint opes debitoris deperditæ, vel in Reipub. & aliorum vtilitatem cōuerſæ, ſic vt ſtrictè pro deſertis poſſeſſionibus, ordines ciuitatis cōueniri poſſe dicamus. *l. ſatis C. in quibus cauſ. pignor. tacit. contrah. l. 1. C. de omni agro deſert. li. 11. Bart. de repræſal. in princ. num. 8. & 14. Frider. d. cap. 49. num. 7.*

CCXXVI.

Septimò res regulariter per Repræſalias ſiſti & obſtringi debent, perſonæ non niſi in caſu neceſſitatis, cum bonorum copia poteſtasq; eſſe non poteſt. *Frid. d. cap. 49. num. 6.*

CCXXVII.

Octauò Res per Repræſalias captæ, apud capientem tantiſper detineri poſſunt, donec ſolutio fiat. *l. Miles. §. qui iuditari. ff. vt in poſſeſſ. legator. l. 2 in fin. C. de iur. domin. impetrand. Iudicis autem arbitrium erit, vbi perſona detineri debeant. Frider. d. cap. 49. num. 9.*

CCXXVIII.

*Nonò & ad extremum requiritur, vt Repræſalia magiſtratus, & eius quidem, cuius iuriſdictioni creditor ſiue læſus ſubeſt, autoritate decernantur, non autem priuata libidine ſuſcipiantur, quod nemo ſibi propria autoritate ius reddere poſſit. Bartol. de repræſal. quæſt. 3. per tot. Damhoud. practic. criminal. c. 98. n. 12. Fri. d. c. 49. n. 4. Iohan. Emeric. à Rosbach. d. tit. 3. n. 72.*

CCXXIX.

Vtrùm autem ille tantum magiſtratus, qui ſuperiorem non recognoſcit, repræſalias concedere poſſit, an verò idem illud quoque licitum ſit iſtis, qui ſuperiorem recognoſcunt, cuiuſmodi omnes ſunt in mundo principes, & magiſtratus, præter vnum Imperatorem *l. Deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact.* in quæſtionem venit.

CCXXX.

Et ſolum magiſtratum, qui ſuperiorem non recognoſcit, Repræſalias concedere poſſe, vti communis, ita veritati magis eſt conſentanea ſententia. *Math. VVeſenbec. part. 1. conſ. 46. vbi hanc communem eſſe opinionem tradit. Bar. de repræſal. quæſt. 1. num. 4. 5. 6. Martin. Laudens in eod. tract. n. 8. 9. & idem Laudens. n. 19. vbi non poſſe quen*

 quam

*quam repræſalias concedere, niſi qui de facto habeat iura imperialia, confirmat per. l. Hoſtes vbi Bartol. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. Anton. de Butr. Panorm. & DD. in ca. per venerabilem extra qui fil. ſint legitim.*

CCXXXI.

Atq; hæc quidem ſententia, præterquam quòd interpretibus communiter eſt recepta, ſicut modò docuimus, in hoc quoq; firmiſſimo innititur fundamento, quòd nemo præter ſolum Imperatorem bellum indicere poſſit. *d. leg. Hoſtes de captiu. & poſtlimin. reuerſ. l. vnic. C. vt armor. vſus inſcio princip. ſit interdict. Iacob. à Canib. in tractat. repræſal. 1. nu. 13 iam autem ſpecies quædam belli ſunt repræſaliæ. Bartol. prææalleg. loc. num. 4. & quæſt. 1. num. 5. quæſt. 6. nu. 7. Laudens. in eod. tract. in princ. num. 4. 5. 6. Innoc. in c. olim. num. 11. 12. de reſtitut. ſpoliat. Calder. conſ. 1. de treug. & pac. num. 2.* Eſſe verò Repræſalias, ſpeciem quandam belli, ex eo manifeſtum euadit, quod ſint apprehenſio perſonarum & talis quidem, vt alius pro alio præhendi queat. *Iacob. à Canib. in princ. de Repræſal. numer. 1.* Sic igitur argumentor: A quocunque remouetur genus, ab eodem remouetur & ſpecies. *l. ſi cauſſa cognita vbi gloſſ. verb. peremiſti. Bartol. Baldus. Caſtrens. Iaſon. num. 10. C. de tranſact. l. 1. in fin. de ſuis & legitim. §. vulgo. Inſtit. de ſucceſſ. cognator. l. vlt. in princip. C. de vſur. Rei iudicatæ l. 1. §. quod autem. ff. de aleat.* Iam verò magiſtratus, qui ſuperiorem recognoſcunt, non poſſunt indicere bellum, ſicut iam antea demonſtrauimus: Ergo nec poſſunt concedere repræſalias, quas ſpeciem belli eſſe docuimus. *Ita poſt Barto. in prææalleg. loc. Iacob. à Canib. eodem tractat. quæſt. 1. num. 11. 12. 13. 15. Laudens. de repræſ. num. 5. & 8. tradit eleganter Matthæus VVeſenbec. d. conſil. 46. nu. 8. 9. 10. 11. 12. Adde. Ferrar. in form. action. real. §. Iure dominij numer. Gail. lib. ſing. de pignorat. obſeru. 1. n. 5. Ioh. Emeric. à Rosbach. d. tit. 3. num. 72.*

CCXXXII.

Ex his omnibus neceſſariâ quadam infertur conſequentiâ, ſolum Imperatorem Romanum, vt qui vnus ſuperiorem haud recognoſcat, Repræſalias concedere poſſe.

CCXXXIII.

Quamuis autem hæc ita de iure ſeſe habeant, videmus tamen conſuetudine receptum eſſe, vt quilibet magiſtratus liberam habens Reip. adminiſtrationem repræſalias concedat, de qua quidem conſuetudine atteſtatur. *D. Petr. Frider. Mindan. d. cap. 49. num. 4.* conſuetudo namque iuriſdictionem dare ſolet. *le. 1. C. de Emancip. liberor. l. More. vbi gloſſ. & DD. de iuriſd. l. viros. C. de diuerſ. offi. lib. 12. l. vlt. de aq. plu. arcend. Euerhard. in Topic. legal. loc. ab. vſitat. ſeu ſolitis.* Rectius tamen & tutius facient municipales & Landſaſſij, ſi proxime ſuperioris autoritatem adhibeant. *Frider. d. cap. 49. num. 4. in fin.*

CCXXXIV.

Et hæc quidem requiſita omnia, quę hactenus docuimus, in libello ſupplice, qui pro obtinendis repræſaliis concipitur, deduci conuenit, ſicut formulam libelli ſupplicis pro extrahendis repræſaliis concipiendi pulcrè tradit *Frider. d. cap. 49. numer. 9.*

CCXXXV.

Proximum nunc eſt, vt recenſeamus illa argumenta, ex quibus repræſalias eſſe licitas manifeſtum perſpicuumque fieri poteſt, & quidem tàm iure diuino, quàm humano, eoque tùm canonico, tùm ciuili ipſas eſſe licitas demonſtrabimus.

CCXXXVI.

Recordandum autem ſemper fuerit, in vniuerſa hac deductione, id quod & ſuprà monuimus, repræſalias ob denegatam iuſtitiam concedi. Et quidem iure diuino propter iniuſtitiam domini Deum ablaturum eſſe regnum, & daturum genti facienti iuſtitiam proditum eſt *Eſaiæ cap. 10. in princ. & Matth. cap. 21. quod dictum reperitur, canonizatum in c. ſi de rebus. §. auſertur & in fin. 23. q. 7.* Iam verò Iudex ſiue

ſiue magiſtratus ille, qui creditori aut omninò iuſtitiam denegat, aut quod in effectu idem prorſus eſt, adminiſtrationem illius diutius æquo protrahit iuſtitiam denegat. Nulla igitur planè cauſſa eſt, neque mirum cuiquam cordato videri vel debet vel poteſt, cur iuriſdictio ſiue poteſtas iudicandi à magiſtratu illo iniquo & iniuſto ad magiſtratum alium, qui iuſtitiam adminiſtret, transferatur deuoluaturque *Iacob. de Canib. in tractat. repræſ. nume. 14. Matth. Cole. de proceſ. executiu. cap. 2. part. 1. num. 272. Petr. Frider. Mindan. libr. 1. de proceſſ. cap. 48. num. 2. circa fin.*

CCXXXVII.

Secundò iure gentium repræſalias eſſe licitas hoc euincitur argumento. Ius naturæ naturali ratione introduxit bella, vt & pax habeatur, & quilibet ſe ſuaque tueatur. §. *ius autem gentium. verſ. bella etenim orta ſunt & ibi Syluestr. Aldobrand. ſuper gloſſ. verbi bella Inſtit. de iure natural. Gent. & ciuil. c. ius militare. c. noli exiſtimare. c. apud viros. 23. q. 1. in bello autem diſtinguuntur tàm res quàm homines c. hoc iure diſt. 1. c. dicat. 24. q. 5. l. Naturalem. §. Item ea quæ. ff. de acquir. rer. domin. l. hoſtes ibiq. Bart. ff. de capt. & poſtlimin. reuer.* Iam verò repræſalias eſſe ſpeciem quandam belli iam antè docuimus, hæ igitur quoque iure gentium & naturali ſunt licitę.

CCXXXVIII.

Tertiò repręſalias iuri canonico eſſe cõſentaneas ex hoc infertur argumento. Poteſt hoc iure propter delictum domini ceſſantis adminiſtrare iuſtitiam indici bellum contra totam terram & omnes gentes ſubditas, *c. dominus noſter verſ. Sic gens & ciuitas 23. q. 2. Diuus Auguſti. in lib. quæſtion.* cum totam ciuitatem vel gentem, quæ vindicare, quòd à ſuis improbè factum eſt, vel reddere, quod per iniuriam ablatum fuerit, neglexerit plectendam eſſe ſcribit. Cum autem repræſaliæ ſint ſpecies belli, quis indè bona conſequentia non inferat, eas propter delictum magiſtratus non adminiſtrantis iuſtitiam contra ſubditos illius magiſtratus rectè decerni, proindeque iuri eſſe conſentaneas.

CCXXXIX.

Quod quartò tantò magis dicendum eſt, quia eodem iure canonico propter delictum ſuperioris ſiue ſecularis ſiue Eccleſiaſtici, à diuinis officiis, ab ingreſſu Eccleſiæ & vſu Sacramentorum excluditur, nõ ipſe ſolum delinquens, vel rebellis, ſed tota etiam ipſius terra atq; homines, qui ad eius iuriſdictionem quoquo modo pertinere dignoſcuntur *c. non eſt extra de Sponſal. c. ſanè extra de offic. delegat. c. ſi ſententia. §. Cæterùm, ſi propter delictum domini, & ibi gloſſ. verb. interdicti de ſentent. excommunicat. in 6. c. in ſumma. 1. q. 4. c. In ſumma. 24. q. 3. Matth. Cole. d. cap. 2. nu. 273.* Ergò propter delictum non adminiſtrantis iuſtitiam etiam repræſaliæ aduerſus eius ſubditos concedi poſſunt.

CCXL.

Quintò etiam iuri ciuili repræſalias conſentaneas, & proindè licitas eſſe ſequentibus aſtruetur rationibus. Nam ſi hoc iure cum iudicis copia haberi non poteſt, nobis ipſis ius dicere poſſumus. *l. generali. C. de decurion. lib. 10. l. ait prætor. §. ſi quis debitorem. ff. de his quæ in fraud. credit. multò magis autoritate magiſtratus creditoribus ſiue læſis ius ſuum conſequi licebit, maximè cum magiſtratus ille, qui repræſalias permittit, in locum Iudicis competentis non adminiſtrantis iuſtitiam ſuccedat. Barto. in tractat. repræſ. q. 2. num. 4. ſed prius eſt. Ergò & poſterius.*

CCXLI.

Sextò hoc repræſaliarum remedium ſumma nititur æquitate. Quid enim magis æquitati conſentaneum eſt, quàm, poſteaquam debitorem meum officij & fidei ſuæ fruſtra toties admonui, fruſtra etiam tot vicibus magiſtratus ipſius ordinarij, ſiue competentis opem officiumque pro adminiſtranda mihi iuſtitia imploraui, vt tandem ope mei magiſtratus implorata repræſaliis alterius cuiuſdam, ex eo loco in quo mihi iuſtitia denegata fuit oriundi, vel bonis, vel cum bonorum poteſtas nõ datur, perſonæ iniectis, ad ius meum tandem aliquando per-



Digitized by Google

ueniam,& debitum meum cum refuſione expenſarum, damnorum,& intereſſe conſequar.

CCXLII.

Quod ſeptimò tantò magis affirmandum erit,quòd ad magiſtratum meum per conſequens iniuria quædam redundet, quando mihi vt ſubdito ipſius, à magiſtratu debitoris mei ordinario ſiue competente iuſtitia denegatur. Ergo hanc quoque iniuriam rectè vindicabit.

CCXLIII.

Quin immò octauò non iniuria ſolum, ſed & damno magiſtratus meus hac ratione afficitur. Bonis enim ſubditorum diminutis, imminuuntur etiam bona dominorum ſiue magiſtratuum, quòd ſubditi ad paupertatem redacti magiſtratibus ſuis nec annuos perſoluere cenſus, nec debita præſtare ſeruitia, nec ingruente aliqua neceſſitate publicâ, publicum perſoluere ſuper indictō poſſint.

CCXLIV.

Nonò è contrario, vt magiſtratus meus & iniuria & damno afficitur, & ſubditorum illius opibus imminutis, neque ipſius res diu poſſunt eſſe ſtabiles,& ſartæ tectæ conſeruari, ſic magiſtratus debitoris mei, & ipſæ quoque debitor meus cum magiſtratus & mei, & meo damno locupletarentur hac ratione, cum tamen natura non concedat, quenquam locupletari cum alterius detrimento. *l. Nam hoc natura.14.ff.de condict.in debit.l.206.de reg.iur.*

CCXLV.

Decimò licet ſubditi magiſtratus denegantis iuſtitiam non contraxerint cum creditore & hoc reſpectu ſint innocentes, tamen ex quaſi obligatione propter denegatam à magiſtratu ſuo iuſtitiam tenentur. Id quòd rectè fieri ſupra iuris canonici textibus planum fecimus. Rectè igitur iuſtitia hoc repræſaliarum remedium inuenit.

CCXLVI.

Vndecimò hæc ipſa ratio expreſſum habet fundamentum in *l. Iudices. 8.C. de nauiculat.libr.11.tit.1.*

CCXLVII.

Duodecimò & vltimò ſinguli magiſtratus metu repræſaliarum non minùs extraneis quam ſuis ſubditis & ciuibus iuſtitiam adminiſtrant. *Damhud. d.cap.98. num.7.& ſeq.Frider.d.cap.48.numer.2.*

CCXLVIII.

Diſcuſſimus hactenùs vtriusque tàm contra repræſalias, quàm pro ijs ſententiæ argumenta, more noſtro, quem in incidentibus enodandis controuerſiis obſeruare cōſueuimus, additis tùm rationibus tùm authoritatibus ex quibus aliqua vtrique fides conciliari potuiſſe nobis viſa fuit. At verò quia affirmatiua & fortioribus nititur fundamentis,& à conſuetudine, quæ optima eſt legum interpres *l. ſi de interpretatione.ff.de legibus*, approbatur; Proximum nunc eſt, vt negatiuæ ſententiæ argumenta confutemus.

CCXLIX.

Non obſtat ratio prima, quia ex eodem iure diuino demonſtrauimus, auferri debere regnum ab iniuſtis, & dari facienti iuſtitiam. Et quod dictum fuit, non debere alterum alterius peccati pœnas luere, id intelligendum eſt de iis, qui planè ſunt alteri, *Inquit* & innocentes. Subditi autem ij, qui tùm ex magiſtratus denegantis iuſtitiam territorio, tùm ex debitoris, aduerſus quem neque iuſtitiæ adminiſtrationem, neque debiti noſtri exactionem obtinere potuimus, vico oriundi ſunt, planè nō ſunt extranei. Quamuis enim ſint innocentes ratione contractus, non tamen ſunt innocentes, quatenus illos conſideras magiſtratus ſui, qui iuſtitiam creditori ex alieno territorio oriundo denegauit, reſpectu & intuitu. Propter illius enim iniuſtitiam ex quaſi obligatione tenentur, id quod rectè fieri

Digitized by Google

fieri, tàm ex canonico iure, quàm ciuili ſuprà demonſtrauimus, allata æquitatis ſummæ ratione, quæ ſuadet, vt magiſtratus creditoris ſubditi, cui denegatur iuſtitia, illam iniuſtitiam, contra ſubditos magiſtratus iuſtitiam denegantis hoc repræſaliarum adhibito remedio vindicet. Et hæc quaſi ſubditorum obligatio ex eo manifeſta euadit, quòd non ipſi de legitimis cogitent ſeriò remediis, quibus ſui magiſtratus iniuſtitia coerceri poſſit.

*CCL.*

Et ſic neque obſtat ratio altera.

*CCLI.*

Neque obſtat ratio tertia, quod hunc ad modum ſaluus commeatus, quem aliàs magiſtratus tranſeuntibus præſtare teneantur, violetur. Nam regulariter hoc procedit in iis, qui planè ſunt innoxij. At verò ſubditi ex magiſtratus denegantis iuſtitiam territorio oriundi planè innoxij non ſunt, ſicut iam ante diximus, vt qui propter delictum & iniuſtitiam ſuorum dominorum ex quaſi obligatione teneantur. Poſſe autem ſubditos propter iniuſtitiam ſuorum magiſtratuum conueniri, ſuprà manifeſtis iuris fundamentis euicimus, maximè cum repræſaliæ, vt iam antè oſtendimus, ſint ſpecies iuſti belli. Et quod ad ſaluum commeatum attinet, propriè ille aduerſus latrocinia conceditur, & non niſi huiuſmodi violentis ſpoliationibus, deprædationibus, & latrociniis violatur. At hìc nulla violenta ſpoliatio committitur, nulla deprædatio, nullum denique latrocinium. Quicquid enim fit, illud ipſum fit cum legitima magiſtratus cognitione, & debitor ille ciuis repræſaliati omne damnum ei, qui per repræſalias aliquid amiſit, reſarcire ac reſtituere tenetur, ſicut infra volente Domino dicetur.

*CCLII.*

Neque obſtat ratio quarta, quia loquitur de pignorationibus & repræſaliis, quæ priuata quadam ſeſe vindicandi libidine & autoritate, non autem cum legitima magiſtratus cognitione autoritateque publica ſuſcipiuntur. Siue loquitur de repræſaliis facti non autem de repræſaliis iuris.

*CCLIII.*

Neque obſtat ratio quinta, quia ad ſolutionem eius conſideranda ſunt ea, quæ circa rationis tertiæ diſſolutionem diximus. Neque moramur ſubiectam autoritatem Baldi ſcribit namque *Matthias Coler. de proceſſ. executiu. part. 1. d. cap. 2. nume. 294.* Non inuenire ſe autoritates allegatas à Baldo in locis adductis, neque legiſſe ſe cautelam illam ab aliquo ex ſcribentib. tactam aut approbatam fuiſſe.

*CCLIV.*

Neque obſtat ratio ſexta, quia poteſtas ſiue magiſtratus permittens, repræſalias, ſuccedit in locum Iudicis competentis iuſtitiam non exhibentis, & proindè pro iudice competente merito habetur. *Bartol. de repræſal. quæſt. 2. nume. 4.* Nec obſtat vlterius ibidem per amplificationem quandam ſubiecta ratio, quia propter delictum ſui magiſtratus iuſtitiam non adminiſtrantis ſubditos conueniri poſſe ſuprà demonſtrauimus.

*CCLV.*

Neque obſtat ratio ſeptima, quia magiſtratus creditoris non punit principaliter magiſtratum ipſum ſed eius iniuſtitiam, magiſtratus enim qui iuſtitiam alteri denegat, non eſt magiſtratus, ſed potiùs priuatus, ſicut ſuprà de mandatis diximus. Hac igitur ratione neque paris neque ſuperioris reſpectum habet, verùm inferioris & priuati, ſicut propterea regula iuris hoc loco ceſſet, quòd par in parem aut ſuperiorem non habeat imperium. Et ſuprà docuimus, propter iniuſtitiam alicuius ſuperioris ſiue ſecularis ſiue eccleſiaſtici & delinquẽtem ipſum, & ſubditos eius puniri poſſe.

*CCLVI.*

Neque obſtat ratio octaua, quòd remedium ordinarium faciat ceſſare extraordi-

ordinarium. Non enim procedit, quando remedium extraordinarium pinguius eſt & exuberantius, quam ordinarium *Doctor. in d. l. in cauſſa la. 2. ff. de minoribus. tex. in l. in prouinciali 3. §. 3. ff. de nou. oper nou. nunciat. ibiquè late DD. Natt. conſil. 548. nume. 9. & nume. 30. volum. 3. incip. cum communitas quædam, vbi hoc exemplis declarat. Hart. Piſt. lib. 1. quæſt. 13. numer. 14. vbi poſt allegatos à ſeſe doctores, vbicunque alicui per remedium extraordinarium magis conſultum ſit, quam per ordinarium, extraordinario potius quam ordinario vti licere tradit Gail. libr. ſing. de pignorat. obſeru. 2. num. 9.* Iam verò quis non videt & intelligit, per hoc extraordinarium repræſaliarum remedium multò plenius & vberius creditori, cui à magiſtratu debitoris iuſtitia denegata fuit, conſultum eſſe, quam ſi cauſſam ad Cameram Imperialem deuoluat, quod, de quo grauiſſimi nominis Iureconſulti conqueruntur, propter immenſam cauſſarum illic pendētium multitudinem lites longas hominum ætates excedere ſoleant. Hic enim creditor tardius ſuum conſequeretur, illic ſine omni circuitione ad ſuum compendioſa quadam via peruenit. Et vt tantò maturius malitia hominum coërceretur atque plenius, maturiori quoque & pleniori remedio opus fuit, *c. vbi maius de elect. libr. 6. l. 1. §. Sed ſi quis. ff. de carbonian. edict. gloſſ. notabil. in l. fina. in verbo iudiciis. C. de probat.*

*CCLVII.*

**Et hac ſolutione diligenter conſiderata neque obſtabit ratio nona.**

*CCLVIII.*

**Neque obſtat ratio decima, quia negandum eſt, Imperatorem repræſaliarum** Iudicem in cauſſa propria conſtitui. Diximus enim ſuprà de requiſitis repræſaliarum, eas autoritate magiſtratus creditoris ſiue læſi decerni oportere, diximus etiam creditorem illum huic magiſtratui de debito ſuo vel per Syngrapham, vel per inſtrumentum publicum prius fidem pleniſſimè facere oportere, quam repræſalias impetret. Cum igitur hæc omnia cum accuratiſſima cauſſæ cognitione, atque adeò magiſtratu ſuam interponente autoritatem peragantur, præſumendum non eſt, creditorem plus debito exacturum.

*CCLIX.*

Neque obſtat ratio vndecima, quia repræſaliarum conceſſio, non eſt neceſſarium antecedens, per quod deueniatur ad violationem tranquillitatis ſiue pacis publicæ tanquam neceſſarium conſequens. Regula namque, cum prohibetur certum quid, videtur etiam interdictum & prohibitū omne iſtud, per quod peruenitur ad illud, locum habet in neceſſariis antecedentibus & conſequentibus, propterea quod leges ſiue textus, quos ſuprà citato loco *in Topic. legalib. adducit Euerhard.* de neceſſariis antecedentibus & conſequentibus verba faciant, adducit enim *l. oratio. ff. de Sponſal.* vbi habetur, quod prohibito matrimonio, prohibentur etiam ſponſalia, per quæ peruenitur ad matrimonium. Quis autem, niſi vel prorſus amens ignorat, ſponſalia eſſe neceſſarium antecedens, per quod ad matrimonium perueniri ſoleat, propterea quod ſponſalia ſint mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum *l. 1. ff. de Sponſal.* Et eiuſdem farinæ ſunt quoque textus reliqui, quos ibidem adducit. Iam verò doctores ſecundum leges allegatas intelligi debent. *Bartol. in l. non ſolùm. §. Si liberationes. ff. de liberat. legat. cum ſimil.*

*CCLX.*

Ex hac ratione probè conſiderata, non obſtabit ratio duodecima.

*CCLXI.*

Neque obſtat ratio decima tertia, quia etiamſi in iure vocabula pignorationis & repræſaliarum promiſcuè interdum vſurpentur, magna tamen inter repræſalias, & pignorationes eſt differentia, differunt namque quatuor potiſſimum modis. Primò pignorationes quadam conſuetudine deprauata ſunt introductæ, ideoque iure prohibitæ. *Nouell. vt non fiant pignorationes 52.* Repræſaliæ autem à vetuſtiſſimis Romanis originem ſumpſerunt. *Zaſ. in commen. ad l. 2. §. & ita le-*



Digitized by Google

*ges quaſdam.ff.de orig.iur. Ioachim Mynſing.cent.6 obſeru.1.numer.2 Gail.lib.ſingul.de pignorat.obſeru.2.num.6.Ludouicus Schvvartzmaierus à Schvvartzenau.lib.2.Miſcellaneor.iur.cap.2.* eandemque opinionem hanc ob cauſſam ſibi veriorem videri ſcribit, quod d. Nouell.52. eiuſmodi pignorationum mentionem faciat ſæpius. Adde quòd illarum mentionem multò ante fecerit Imperator Zeno *in l.vnic.C.vt null. ex vican.pro alien.vican.debi.teneatur.* Secundò pignoratio cauſſatur ex turbatione in ea re vel iure, cuius poſſeſſionem vel quaſi ad nos pertinere aſſerimus.*p.2.ord.tit.22* Repræſaliæ autem ex capite denegatæ iuſtitiæ oriuntur *Bart.Mart.Laud.Iacob.de can.& alij in tract.repræſal.Matth. Coler.d.cap.2.numer.300.& conſtat ex ſuprà à me traditis.* Tertiò pignoratio fit priuata partis autoritate abſq; cognitione & licentia Iudicis. Repræſaliæ autem Iudicis autoritate cum cauſſæ cognitione conceduntur. *Iacob de canib.in tractat.repræſ.numer.14.Bartol.de repræſ.q.2.numer.1.& 3.* Et dixi ſuprà. Quartò pignoratio concernit tantum res aut perſonam eius qui nobiſcum contraxit vel contra nos deliquit *c.inter extra de pigno.* Per repræſalias detinetur perſona vel res cuiuſcunque etiam ſubditi de territorio eius, qui iuſtitiam facere recuſat, exiſtentis. *Bart.& omnes in tract.repræſal.& dixi ſuprà.* Cum autem ex his omnibus liquidò conſtet, inter pignorationes & repræſalias magnam eſſe differentiam, à pignorationibus tanquam ſeparatis ad repræſalias malè infertur *l.final.ff.de calumniatorib.*

CCLXII.

Et hac ratione diligenter notata non obſtabit ratio decima quarta.

CCLXIII.

Neque decimo quintò moramur autoritatem Gailij, quia multò plures repræſalias licitas eſſe tradiderunt. Neque exemplis ſed legibus iudicandum eſſe vulgò notum eſt.*per l.nemo.C.de ſentent.& interlocut.omn.iudic.* Forſan enim adfuerunt non omnia repræſaliarum requiſita, quæ ſuprà recenſuimus, eo in caſu, in quo Cæſareæ maieſtati pro repræſaliis concedentis tùm ſupplicatum fuit. Quin imò ex eo, *quòd idem Gail.& D.Ludouicus Schvvartzmaierus à Schvvartzenau ſcribunt*, Imperatoriam maieſtatem ſtatibus Imperij priuilegia aduerſus repræſalias concedere; Repræſalias licitas eſſe apparet. Fruſtra enim priuilegium impetratur & conceditur aduerſus illud, aduerſus quod quis iure communi tutus eſt *l.in cauſſa.l.2.ff.de minori.l.1.C.de theſaur.libr.10.l.Quædam de edend.& §.1.Auth.vt ex action.inſtante dotis.l.1.in fin.ff.ad municipal.l.Imperatores de priuileg.Creditor.Modeſtin.Piſtor.volum.1.conſi.30.num.21.*

CCLXIV.

Et his probè ponderatis nec obſtant quæ ſuprà ex Miſcellan. D. Ludouici Schvvartzmaieri à Schvvartzenau fuerunt vltimò adducta. Conſtat igitur ex his omnibus, repræſalias in caſu denegatæ iuſtitiæ rectè & impetrari & decerni poſſe, & proindè licitas eſſe, & generali ferè totius Germaniæ conſuetudine approbatas.

CCLXV.

Et quanam verò ratione is, qui, cum non contraxerit cum creditore, repræſaliatus tamen ei perſoluere à magiſtratu creditoris coactus fuerit, ſuum recuperabit? Habebitnè aduerſus debitorem actionem, cum neminem ſine actione experiri poſſe certum ſit, *l.Sempronius.ff.de negot.geſt.* vt, quod ipſius cauſſa perſoluit & detrimẽti accepit, idipſum ab eo recuperet. Et quin actione in factum ad reſtitutionem teneatur, nullum eſt dubium *§.fin.Inſtit.ad l.Aquil.* Siquidem qui occaſionem damni dat, ipſum damnum dare videatur. *l.Qui occidit 30.§.3.ff.ad l.Aquil.* Tenetur namque is, qui ex cauſſa non iuſta alteri cauſſam damni dedit, ſic vt ipſi culpa imputari poſſit, ex qua damnum illud natum ſit, damnum paſſo ad reſtitutionem tùm damni ipſius, tùm verò etiam intereſſe, *l.in his rebus.60.in princ.ff.ſolut.matrim.l.ſi merces.§.culpæ.ff.locat.l.nam & ſeruus.ibique Bart.numer.9.de negot.geſt.*

d.l.

Digitized by Google

*d.l. Qui occidit. §.fin. cum l.ſeqq.ff.ad l. Aquil.l.ſi verò.§.cum autem. ibique Alber.de Roſat. numer 3.de his qui deiecer. vel effuder. l. Prætor ait. §.ſi quis in ſin.ff. vi bonor.raptor.l.nihil intereſſe.ff. ad l. Cornel. de Sicar. Bald.in l. nam & ſeruus in princ.de negot.geſt. Alexand.in l.2.§.Item ſi in fact.num. 11.de verb.oblig.D. Iohannes* Köppen *in deciſion. quæſtion. illuſtr. quæſt.36.num.4.vbi hanc veram & communem eſſe ſententiam atteſtatur.* Alij conditionem ex conſuetudine qua receptæ ſunt potiſſimũ repræſaliæ, *arg.l.1.ff. de condict. ex lege* Hoc caſu competere exiſtimant. Alij vtilem negociorum geſtorum actionem dari putant *arg. l. Pomponius.ff.de negot.geſt.l.ſi pupilli.l.nam & ſeruus.ff.eod.* vtvt ſeſe res habeat, & vt maximè certa nos actio deficiat, iudicis officio implorato *arg. l. Quod ſi minor. §.fin. ff. de minor.* debitor repræſaliato ad reſtitutionem omnis damni tenetur, eò quod per non factam ſolutionẽ ipſi cauſſam dedit. Et cum per factum repræſaliati ab obligatione, qua creditori obſtrictus erat debitor, liberatus fuit, quam etiam liberationem inuito debitore fieri poſſe certum eſt. *l.ſolutionem.ff. de ſolut.* tantò magis ad reſtitutionem tenetur, quia alias cum alterius damna repræſaliati nimirum locupletaretur, quod natura non patitur *l. nam natura.ff.de condict.indebit.* Confer de hac quæſtione & quatenus quis damnum ex ſua culpa datum reſarcire teneatur. *Frider. libr. 1.de proceſſ.cap.50.Ferrariens.in forma libel.in actione reali in verb. Iure dominij vel quaſi nume. 27. vbi ſi virtute repræſaliarum exactus alius de populo fuerit, ſuccurri ei contra ipſum debitorem ſcribit allegans Iacob. Aret. l.2.cum ibi notat.ff.de verb. oblig. l. nam & ſeruus.ff.Naut. Caupon.ſtabul.& vide D.* Köppen *d.q.36.& D.Modeſt.Piſt.volum. 1.conſil.16. per tot.*

## *Notæ ad textum Autoris.*

In textu Autoris explicando non ero multus cum ex concluſionibus hiſce noſtris quàm pleniſſimè ipſe percipi poſſit.

Gleicher geſtalt iſt auch die dritte Exception.] De hac ſubiectionis, vt appellant, exceptione in concluſionibus ſuprà ſatis luculenter dictum fuit, vbi etiam demonſtratum, illam hodiè ante paritionem non admitti, ſed ea non attenta, partionẽ res præciſè iniungi ſubiectionis exceptione, vt quæ ipſa merita cauſſæ concernat, ad cauſſam principalem ſiue ius pignorationis in proceſſu citationis deducendum reſeruata.

Es wirdt auch ſonſten den Partheien die Hauptſache] pignorationis enim iudicium in cauſſa citationis ſummarium eſt, matureq; in eo procedendum, ne partes moræ pertæſæ ad arma veniant, ſed tamen non eſt momentaneum ſiue fiduciarium, quia interdictum retinendæ poſſeſſionis pleniſſimè in eo diſputari & decidi poteſt. *D.Gail.in tract.ſiue liber.ſingul.de pignorat.obſer.21.nume.2. & obſer.3. D. Petrus Denaiſius.d.loc.ſub. Rub. Mand. ſuper conſtitut.pignorat.§.9. & nos diximus ſupra.* Cauſſa principalis, quatenus ius pignorationis cum ea tàm firmè & inſeparabiliter connexum non eſt, vt iſtud ſine illa deduci nequeat, ad ordinarium iudicium reſeruatur. *part. 2.ordin.tit.22.verba* doch beyden Theilen jhre Gerechtigkeit der Hauptſachen halb an gebürenden Orten vnd Enden weiter mit Recht außzuführen vorbehalten. Cum verò ius pignorationis ſine cauſſa principali deduci non poteſt, ſimul quoque cauſſa principalis deducetur, vt notabiliter hic autor limitat.

Vnd dieweil in ſolchen Pfandungsſachen] Scribit hoc loco autor, in pignorationum cauſſis quandoque commiſſioni ad perpetuam rei memoriam locum eſſe, *contrarium docet Gailius in liber.ſingul.de pignorat. obſerua. 21. numero octauo,* vbi in proceſſu pignorationis commiſſionem ad perpetuam rei memoriam decerni negat, quod in poteſtate pignorantis poſitum ſit abſque litis conteſtatione iudicium inchoare, teſtes & inſtrumenta producere, & ſic ordinarium remedium, extraordinarium, quale eſſe commiſſionem hanc ad perpetuam rei memoriam infra *parte ſeptima,* dicetur ceſſare faciat. Ego diſtinctionis adhibito fœdere diſcrepantes has ſententias conciliari ad concordiamq; redigi poſſe hũc ad modum ſtatuo. Aut enim ſolum pignorationis ius deducitur, quod fit, quando principalis cauſſa planè ab ipſo abiuncta eſt, aut cum pignorationis iure ſi-

mul

Digitized by Google

mul deducitur cauſſa principalis, quod fieri ſupra notauimus quando pignorationis ius cum ea tàm arctæ connexionis vinculo cohæret, vt illud ſine hac deduci nequeat. Priori caſu, quoniam omnia ſummariè & celerius peraguntur, Gailij ſententiæ; poſteriori, quando omnia prolixius diſceptantur, autoris opinioni locum eſſe ſtatuo. Vel dicendum. Sæpè mora interuenit, quo minus ad teſtium examen per inſtrumētorum productionē ſtatim deuenire liceat. Actor enim ad articulos, in quibus Reus (qui vt ſupra dictum fuit tùm locum actoris, ſicut actor locum rei obtinet) ius pignorationis deducit, reſpōdere tenetur. Reſponſionibus illis annectit ſuos defenſionales & eliſiuos, ad quos viciſſim tenetur reſpondere Reus, aut ſæpè etiam, antequam hoc faciat, contra reſponſiones actoris excipit. Interea dum hæc fiunt, tale occurrit periculum, quod commiſſioni ad perpetuam rei memoriam locum faciat. Quid igitur obſtabit, quo minus ad hanc, rebus ita ſtantibus, ne probationis facultas coarctetur deuenire liceat.

A §. Wie aber wenn die Unterthanen]. Daß in particularibus der Werth nicht für das Pfandt zu geben) Quamuis in particularibus precium non ſuccedat in locum rei. *l. venditor. ff. de hæred. vel action. vendit. l. ſi quis vxori. §. ſi Titius. ff. de furt. l. Qui vas § fin. ff. eod. tit.* hoc tamen non procedit quando aliquis conuenitur ratione doli. *l. Qui à debitore. ibiq́. Bartol. num. 1. ff. de his quæ in fraud. creditor.* Iam verò pignorans, eò quod rei illicitæ, quæ tàm iure communi, quam conſtitutione imperij prohibita eſt, det operam, in dolo eſt etiam manifeſto, *l. 2. §. doli mali mentio. ff. vi bonor. raptor.* Hic igitur precium in locum rei, quando aut res interiit, aut deperdita eſt, aut à pignorato, ne interiret, redemta, meritò ſuccedit, & pignorans ex conſtitutione de pignorationibus ad precij reſtitutionem ac perſolutionem tenetur *Gail. de pignorat. obſeru. 11. num. 7. & 8.* & nos ſupra diximus. Malè igitur hoc loco autor noſter diſtinguit inter particularia Iudicia & vniuerſalia quoad pignorationes. *pignorationes enim ſemper fiunt in rebus particularibus iisq́. mobilibus le. 1. ff. de pignorat. action. l. plebs. §. pignus. ff. de verb. ſignific. Gail. de pignorat. obſ. 1. nu. 9. & 10.*

# Von der Conſtitution der Streittigen Poſſeſſion.

I.

VOn der ſtreittigen Poſſeſſion vñ Gewähr/ tractiert die Ordnung beym 21. Tittel deß andern Theils/ vñ damit dieſe Conſtitution ſtatt/ wirdt erſtlichen erheiſchen/ daß die Parthеyen ohne Mittel dem Reich vnterworffen/ doch iſt es eben ſo viel ſo [a] derſelben Amptleut in der Sachen begriffen.

[a] Derſelben Amptleut] Quia, quicquid hoc caſu præfecti faciunt, id ipſum iubente, ſciente vel approbante ſuo domino immediatè Imperio ſubiecto facere præſumuntur. *Ad præfectos enim pertinet, vt ius ſuorum dominorum defendant, ideoq́. etiam hi ex illorum facto rectè conueniuntur arg. leg. 1. §. familiæ. ff. de publican. & vectigal. leg. Quoties in princip. & §. 1. ff. de noxal. action. ibiq́. Bartol. num. 1. & 6.*

II.

Wo auch zwiſchen Parthеyen/ die mit Mittel dem Reich vnterworffen/ der Poſſeß halben Streit entſtünde/ vnnd die Güter/ darumb der Streit/ nicht vnder eim Herrn oder Oberkeit/ alſo daß jeder Theil ver-

meinen wolte / die Gütter legen in ſeines Herrn Oberkeit / ſo gehören in ſolchem Fall die Partheyen auch für das Cammergericht / dann ſo zween Vnterthanen ſagen / der Boden iſt mein / geht es die beyde Herrn ratione iuriſdictionis auch an. Ein ander Exempel: Die Vnterthanen zancken vmb die Schatzung / laſſen ſich [a] die Herrn ratione intereſſe auch ein.

[a] Die Herrn ratione intereſſe] Quod aliter verum eſſe non poteſt, quam ſi domini illi immediatè ſint imperio ſubiecti. Conſtitutio enim expreſsè requirit, vt vtraque pars ſit immediatè imperio ſubiecta. *Adde Fride. lib. 1. de proceſſ. cap. 43. n. 4. circ. fin.*

LII.

Zum andern erheiſcht die Conſtitution auch / da man ſich eins Gewalts / Auffruhr vnd Widerwillen zu befahren / dann in ſolchen Fällen / ob gleich der Supplicant neben ſeiner Supplication [a] kein Schein ſeiner Poſſeſſion darthäte / wirdt doch zum wenigſten ein Citation ſine inhibitione & mandato erkannt / vnnd bleibt biß zu Außtrag der ſtreittigen Poſſeſſion ein jeder Theil bey ſeinem Innhaben vnnd Beſeß / hernacher aber vnd ſo dieſer Streit erörtert / gehört die Sach für den ordentlichen Richter.

[a] Kein Schein ſeiner Poſſeſſion darthäte] Hoc ſecus ſeſe habet ex conſulto Cameræ Imperialis Anno 76. facto, per quod conſtitutum eſt, quò vtrumq; poſſeſſorium tàm ordinarium, quam ſummarium admittatur, vt Iudici de periculo armorum vel per epiſtolam, vel inſtrumentum deſuper confectum fides ſummariiſſimè fiat, vel Iudex ex propria ſcientia de eo certior ſit, *D. Petrus Denaiſ. in Iur. Cameral. Rubric. poſſeſſio litigioſa.*

LIII.

Vnd im Fall auß allen Vermutungen vnd Vmbſtänden der Perſonen vnnd anders halben / ob ſchon in ſpecie ſolche Vrſachen nicht vermelt / man ſich einer Kriegsempörung vnnd Auffruhr zu befahren / als dann haben Cammerrichter vnd Beyſitzer Vrſach vnd guten Fug vnd Macht / die ſtreittige Poſſeſſion zu ſequeſtriern / oder aber beyden Theilen zu gebieten / daß kein Theil in werendem Streit derſelben ſich gebrauche. Es wirdt auch hierinn ſummariè vnd ſo ſchleunig gehandelt / daß auch dem Gegentheil kein Abſchrifft oder Copey deß andern Theils fürbringen zuzulaſſen / doch werden die Beweiſungen / Zeugen vnd dergleichen documenta gehört / vnnd wirdt in der Practica endlich alſo gehalten / daß der Richter auff anruffen auch etwann beyder Theil / etwann auch ex officio für ſich ſelber vnd von Ampswegen / wann kein Theil wil klagen / die Partheyen citiert / von denſelben begert / daß ſie jhre Artiul / damit jeder Theil ſein Beweiſung der Poſſeſſion darzuthun vermeint / mit Ernennung der Zeugen jhm vbergeben / als dann verhört der Richter für ſich ſelber ſolche Zeugen / ſequeſtriert die Poſſeſſion oder Gewähr / daß keiner derſelbigen hierzwiſchen ſich gebraucht / vnnd nach dem er auß der Zeugen Verhör die Sachē beſchaffen ſeyn befindt / erkeñt er ohn einigen Gerichtlichen Proceß / oder andere weitleufftige Außführung / welchem Theil

Digitized by Google

Theil die Poſſeſſion vel quaſi eynzugeben/ oder zu inhibieren ſey/ ſich derſelben biß zu endtlichem Außtrag deß endtlichen Rechtens in poſſeſſorio oder peritorio zu enthalten.

LIV.

Vnd ſo das beſchicht/ daß als dann ſolchs keinem Theil/ an ſeinem Innhaben vnd Beſitz im Rechten nachtheilig/ wirdt alſo allein ſolches de momentanea poſſeſſione vnd nit de vera verſtanden/ vnd dieweil [a] die Zeugen allein dem Richter/ den Partheyen aber noch nicht publiciert/ hielt ich dafür/ daß ſie noch gelten vnnd jhnen in künfftig zu gutem kommen möchten.

[a] Die Zeugen allein dem Richter] An teſtes, qui examinati fuerunt in poſſeſſorio momentaneo, poſſint iterum examinari in poſſeſſorio ordinario, non obſtante, quod iſtorum atteſtationes Iudici fuerunt publicatæ, quæritur. Et teſtes eoſdem in poſſeſſorio quoque ordinario examinari poſſe planè mihi perſuaſum eſt. *Quamuis enim publicatione ſemel factâ teſtes iterum vel amplius produci non poſſint. C. cum veniſſent de teſtib.* hæc tamen regula non procedit, quando partibus ipſis non eſt facta Atteſtationum publicatio, ſic vt copiam ipſarum aut planè non habuerint, aut habitâ copiâ teſtificata non didicerint. *Gail. 1. obſ. 105. nume. 3. vbi Cameram hanc doctrinam ſequi tradit.* Ratio enim ſubornationis teſtium, quæ cauſſæ eſt, cur facta publicatione teſtes iterum examinari non poſſint. *Auth. Qui ſemel. C. de probat. c. fraternitatis de teſtib. & clem. fin. eod. hic ceſſat.* Ergo & ipſa diſpoſitio. Ceſſante namque cauſſa finali diſpoſitionis cuiuſdam ipſam quoq; diſpoſitionem ceſſare vulgo tralatitium eſt. Quin imò *Paul. de Caſtr. part. 2. Conſil. conſil. 3. nu. 3.* etiamſi didicita ſint teſtificata, tamen quia varietur modus agendi in ordinario, teſtis examinatos in momentaneo ſiue ſummario, in ordinario quoque poſſeſſorio repeti poſſe ſtatuit. *per d. cap. veniens ibiq; notat. extra de teſtib.* quòd in poſſeſſorio ſummario fuerint examinati ad finem videndi, quis debeat in quaſi poſſeſſione defendi, & cui ſit faciendum præceptum, ne durante lite partem alteram moleſtet; in poſſeſſorio autem ordinario examinentur ad finem obtinendi ſentẽtiam definitiuam in poſſeſſorio, quod afferat perpetuum præiudicium, vel ſaltem quò vſq; aliud conſtet de proprietate. *Priorem tamen ego rationem huic Caſtrenſis, vt in qua timor ſubornationis verſetur, anteferendam iudico.*

LV.

Schließlich vnnd rähtlich iſt zu wiſſen/ ſo viel dieſe Conſtitution betrifft/ daß ſie nicht ſtatt/ ſo fern man ſich nicht eines Kriegs/ einer Empörung/ beſchwerlicher Vberfallung zu beſorgen oder zu befahren/ dann ſo es allein ſimplex turbatio oder ſpolium, ſind andere Remedia, als Mandatum de non offendendo, Actione vnde vi auff den Landfrieden zu klagen/ vnd dergleichen/ geben.

Es iſt auch zu wiſſen/ daß als dann dieſe Conſtitution der ſtreittigen Poſſeſſion fürnemlich ſtatt/ wann ein jeder Theil ſagt/ er ſey in der Poſſeſſion/ vnd die Poſſeß auß redlichen Anzeigungen zweiffelig. Dann ſo es offenbahr/ daß der ein Theil den Beſitzer turbiert/ als dann ſoll der Richter durch ein Pœnal Mandat/ oder andere rechtliche Mittel/ Gewalt verbieten/ den Beſitzer in ſeinem Beſeß handhaben/ dann nicht billich da einem ſein Poſſeſſion angefochten/ ſtreittig wil gemacht wer-



Digitized by Google

den/ daß darauff ungehört unüberwieſen/einer ſo bald ſeiner Poſſeſſion ſolte entſetzt werden.

Ferners iſt bey obgeſatztem Fall/da der ein Theil in poſſeſſione, der ander denſelben turbirt/ zu wiſſen/daß die Sequeſtration oder Verbott/ (dieweil dem Beſitzer zu viel unnd unrecht beſchehe) nicht ſtatt/ ob man ſich gleich auch eines Gewalts zu beſorgen.

Vide pro pleniori eorum, quæ in hoc ſectione comprehenſa ſunt, declaratione inferius *Concluſion.27.28.& 29.*

Es iſt auch dieſer Underſcheid bey dieſem Tittel/ von der ſtreittigen Poſſeſſion zumercken/ daß zweyerley poſſeſſoria ein gut zu behalten/ das ein wirdt genannt/ poſſeſſorium ordinarium ſiue plenarium, das ander Summarium ſiue extraordinarium, [a] von den letzten iſt deß Cammergerichts Conſtitution auffgerichtet. Das iſt aber oder heiſt das ordinarium poſſeſſorium, in welchem der rechtlich ordentlich Proceß gehalten/ auch principaliter vñ endlich das poſſeſſorium erörtert wirdt/ in ſolchem werden auch volkommene Beweiſungen erheiſchen. Dann das Urtheil in ſolchem poſſeſſorio, durch kein folgend Urtheil in poſſeſſorio zu erhalten/ alſo daß durch ſolch Urtheil tanquam magni præiudicij und ſehr nachtheilig für ein Endurtheil zu halten. In dem andern poſſeſſorio ſummario ſiue momentaneo, davon dieſe Conſtitution geſetzt/ wirdt kein ſolcher ordentlicher Weg oder Proceß Rechtens gehalten/ ſondern darinn wirdt ſchlecht vñ ſummariè procediert/ und iſt ſolch poſſeſſorium fürnemlich dahin gericht/ damit nicht durch den Verzug deß langen Rechtens/ die Partheyen zu thätlicher Handlung kommen/ wirdt derwegen auch ſummarium iudicium genañt/ daß ohn ein gerichtlichen Proceß allein bedacht und angeſehen/ wer der Geſchicht und facti noch rechter haben möcht/ darinn procediert wirdt. Es wirdt auch momentanea ein kurtz werend Gericht genannt/ dieweil das Urtheil hierinn geben nicht lang wäret/ ſondern in dem ordentlichen poſſeſſorio hernacher wider bracht und erhalten werden mag/ wie es dann auch allein für ein interlocutori unnd nicht für ein Endurtheil zuhalten/ von ſolchen iſt zuſehen.

De duplici poſſeſſorio & eius differentiis vide, quæ inferius in concluſionibus dixi pleniſſimè.

[a] Von den letzten iſt deß Cammergerichts Conſtitution auffgericht] Ita omnes hactenus communiter docuerunt, quicunq; Cameralem Proceſſum interpretandum ſuſceperunt. Verùm ego inferius in concluſionibus firmiter demonſtraui, conſtitutionis huius ſuper litigioſa poſſeſſione paragrapho primo ordinarium, paragrapho autem vltimo poſſeſſorium ſummarium introductum eſſe intelligi oportere, *ſicut in hanc ſententiam Senatus conſultum Cameræ Anno 76. factum extat, de quo atteſtatur D. Petr. Denaiſ. in Iure Cameral. Rubric. poſſeſſio litigioſa. §. 5.*

Was

Digitized by Google

# Was nach der in Anno 55. auffgerichten Ordnung darzukommen.

ZV dieſem Tittel die Zeugen Verhör ad informationem iudicis belangend/ daß der Commiſſarius eyngewendter Appellation unverhindert an das Cammergericht als Iudicem Committentem das Examen der Gebühr nach zum End bringen möcht/ gehört der 2. §. der Viſitation Abſchieds deß 68. Jahrs.

Als auch ferner angeregt/ ſich offtermals zutragen ſolle/ daß an dieſem Keyſerlichen Cammergericht extra iudicialiter commiſſiones ad perpetuam rei memoriam zuverhören durch ſupplicationes angeſucht/ die auch erkannt werden/ aber der Zeit die benante Zeugen produciert und turieren ſollen/ der Gegentheil contra Commiſſarium tanquam ſuſpectum excipiert/ unnd von ſeinem Proceß ad Iudicem competentem appelliert/ und dañ ſolche appellationes viel Jhar rechthängig verbleiben/ dazwiſchen dann ehe und zuvor dieſelbigen mit Recht außgeführet/ die alte/ erlebte bedagte Zeugen mit Tod abgehen und verſterben: Hierauff ſtatuieren/ ordnen/ und ſetzen wir/ daß unangeſehen eyngewandte Appellation nichts deſto weniger der Commiſſarius à quo mit der Verhör der Zeugen volfahren/ und ſolches examen der Gebühr zum End bringen möge/ und macht haben ſoll/ und ſoll ſolche Anordnung gleichfals in Sachen ſtreittiger Poſſeſſion/ darinn die Zeugen allein ad informationem iudicis verhört/ ebenmäſſiger Geſtalt gehalten werden.

LVI.

Sonſten von gemeinen und ſchlechten Spolien/ uñ derſelben Außträg/ ſo etwas ſchleuniger beſchehẽ ſolle/ wirdt bey dem achten Tittel deß andern Theils der Ordnung gehandelt/ diß ungefährlichen Innhalts und Verſtands/ ſo es beyde der Kläger und Beklagter Fürſten/ daß ſie bey den Außträgen bleiben/ ſo aber ein Fürſt einẽ Graffen/ einen Geiſtlichen oder nidern Standt ſpoliert/ hat der ſpoliert under den acht Wegen der Außträge einen zu erwehlen/ unnd ſo er jhm die neun Rähte zu ſetzen begert/ ſollen ſie oder der erwehlte Fürſt unnd Commiſſarius den Proceß alſo anſtellen/ daß die Citation in eim Monat außgang/ daß der Proceß ſummarius ſey/ unnd die Sach in eim Jahr zum End komme. So dann von dem geſprochenen Urtheil nicht appelliert/ gehört die Execution im Fall der Notturfft für die Cammer: Wo aber ordentlicher Weiß appelliert/ ſoll die Appellation[a] in dreyen Monaten anhängig gemacht werden/ würde aber die Sach in eim Jahr nicht zum End lauffen/ oder ſonſten der Ordnung zu wider Mängel erſchienen/

ſo erwechſt die Sach für ſich ſelber ipſo Iure an die Cammer / vnd wirdt in dem Stande / wie ſie gelaſſen / ferrner procediert.

ª In dreyen Monaten anhängig ] *Limitatio eſt. §. 1. verſ.* die 6. Monat *tit. 30. part. 2. ord. vt rectè annotauit Ciſnerus ad tit. 8. §.* Wo aber der Beklagt *part. 2. ord.*

# CONCLVSIONES DE TOTA DOCTRINA ET PROCESSV CONSTITVTIONIS SVPER LITIGIOSA poſſeſſione.

## *Procæmium.*

QVemadmodum in pignorationum conſtitutione factum à nobis eſt, vt totam ipſius doctrinam atq; practicam expoſuerimus certis comprehenſam concluſionibus: ita quoq; in hac ſuper litigioſa poſſeſſione conſtitutione faciemus. Sic enim quid de integra ipſius doctrina & proceſſu ſentiendum tenendumq; ſit, lector veluti ex Synopſi quadam ob oculos propoſita eò facilius primo tanquam intuitu perſpiciet, &, quæ ad neceſſariam vlterioremq; fortè in nouis omiſſam textus autoris explicationem per intelligentiam pertinere videbũtur, tantò melius aſſequetur.

I.

*Cæterùm conſtitutio ſuper litigioſa poſſeſſione eſt ſalutaris imperij ſanctio, quæ edicit, vt controuerſiam inter partes immediatè imperio ſubiectas de poſſeſſione vel quaſi rei alicuius aut iuriſdictionis, ſeruitutis, collectarum, ſalui conductus, aut alterius cuiuſdam iuris ortam ſic vt vtraq; ſe magis poſſidere probabiliter affirmando contendat, aut poſſeſſio ita dubia ſit, vt probabiliter ignoretur, cui ea aſſcribi debeat, ob metum armorum, Camera Imperialis aut planè dirimat, aut ſaltem cauſſa ſummariè cognitâ vni parti poſſeſſionem attribuat, alteri verò inhibibeat, donec in plenario poſſeſſorio aut petitorio à Iudice competente aliter Iudicatum fuerit tot. tit. 21. part. 2. ordinat.*

II.

Intelligitur ex hac deſcriptione, vt conſtitutioni ſuper litigioſa poſſeſſione locus ſit, & Cameræ iuriſdictio fundetur, tria hæc concurrere requiſita & in ſupplicatione deduci oportere. Primò vtramque partem tàm Actorem, quã Reum immediatè imperio ſubiacere. Secundò poſſeſſionem ita eſſe litigioſam, vt vterque, tàm actor quam reus, probabiliter affirmando ſe magis poſſidere commendat, aut certè ita dubiam, vt probabiliter ignoretur, cui ea aſſcribi debeat. Tertiò adeſſe metum ſiue periculum armorum. *per text. huius noſtræ conſtitutionis, quæ habetur. d. tit. 21. verb.* ob hinfüro zween oder mehr / ſo dem heyligen Reich ohn Mittel vnderwoffen / item verb. irrig vnd ſtreittig würden vmb Innhaben oder Poſſeſſion eines Guts oder Gerechtigkeit / alſo daß ſich iglicher für einem Beſitzer deß ſtreittigen Guts vnd Gerechtigkeit hielte / vnd deß redlich Anzeig hett / *& verb.* Die Gewehr / Poſſeſſion / oder *quaſi* auß redlichen Anzeigungen zweiffelich *item verb.* Vnd deßhalb kein Theil mit oder gegen dẽ andern zu thätlicher Handlung / Auffruhren / Vehden oder Angriffen kommen / *& verb.* Vnd ſorgliche Empörung / Weiterung oder Auffruhr darauß zubeſorgen.

III.

Euenit etiam quandoque, vt in puncto litigioſæ poſſeſſionis, eo nimirùm modo de quo diximus, partes mediatè imperio ſubiectæ Cameram Imperialem Iudicem ſortiantur, veluti ſi bona, de quibus vel de quorum iuriſdictione aut iure controuertitur, ſub diuerſo ſita ſint Magiſtratu, & litigantes ſub ſui quiſque domini vel Magiſtratus iuriſdictione ea ſita eſſe contendant, *hæc noſtra conſtit. §. 2. verb.*

*2. verb.* Wo auch zwiſchen Parthe yen/ die mit Mittel dem Reich vnterworffen der Poſſeſs/ wie oben ſtehet/ Streit entſtunde/ vnd die Güter oder Gerechtigkeit der Poſſeſſion halbē/ wie obſtehet/ darumb Streit were/ nicht vnder einem Herrn oder Obrigkeit gelegen weren/ alſo daß jeder Theil vermeinen wolt/ dieſelbige Gütter oder Gerechtigkeit legen in ſeiner/ oder ſeines Herren/ oder anderer Obrigkeit. Darumb ſollen die Parthe yen auch für das Keyſerlich Cammergericht kommen. Ratio eſt, quamobrem Camera hoc caſu ſit Iudex competēs, quia ad vtroſq; dominos res ea ſpectet, ipſorumq; quoq; intereſſe in hac vertat cōtrouerſia *Autor noſter hic.* §. Wo auch zwiſchen Parthe yen/ *quem ſequitur Frider. li. 1. de proceſſ. cap. 45. nu. 4. vbi etiam, licet conſtitutio de qualitate dominorum pro ſuo intereſſe ſeſe intromittentium diſertè nihil exprimat, tamen imperio immediatè ſubiectos eſſe oportere mentem & ſententiam conſtitutionis eſſe ſcribit.*

*IV.*

Porrò licet conſtitutio de interdicto retinendæ poſſeſſionis propriè accipi & intelligi debeat; in interdicto tamen acquirendæ quoque procedit, quando vtraq; pars vacantem poſſeſſionem armata manu apprehendere molitur. *Gail. 1. obſ. 5. num. 8. Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 44. num. 3.*

*V.*

Neque ſolum ſeruitutum continuarum, ſed etiam diſcontinuarum quaſi poſſeſſio ad hanc conſtitutionem pertinet, quòd vtile interdictum vti poſſidetis generatim ad omnis iuris incorporalis poſſeſſionem referatur, *Ferrariens. in ſua practic. in form libell. pro turbat. poſſeſſ.* §. *1. num. 3. Et in ſpecie ita tradit Frider. d. cap. 44. numer. 7.*

*VI.*

Quod tertiò loco requiri diximus in hac conſtitutione, vt periculum ſiue metus armorum adſit, de eo Iudex ſaltem ſummariiſſimè per miſſiuam vel inſtrumentum deſuper confectum, vel propriam ſuam ſcientiam certior reddi vel admoueri debet *hac conſtitut.* §. Ob auch auß *verb.* redlichen Anzeigungen. *Chriſtoph. Schvvanmann. libr. 1. proceſſ. Cameral. cap. 16. nume. 2. D. Petrus Denaiſius in iure Camerali nouiſſimè edito ſub Rubric. poſſeſſio litigioſa.* §. *7.*

*VII.*

Si igitur hoc armorum periculum non ſubſit, neque Iudici prædicto modo de eo conſtet, factum pro turbatione ſimplici habetur, ideoque ad iudices primæ inſtantiæ ordinarios Vermög der Außträg remittitur. *D. Petrus Denaiſ. d. loc.* §. *8. vbi extra hoc periculum, inquit, notitiamquè turbatio ſimplex ad iudices ordinarios remittitor. Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 45. vbi propter iuſtum armorum metum hoc iudicium poſſeſſorium priuilegio Auſtregarum exemtum eſſe ſcribit.*

*VIII.*

Vnde intelligitur, in caſu litigioſæ poſſeſſionis, cùm periculum armorum ſubeſt, inter perſonas immediatè imperio ſubiectas, priuilegio Auſtregarum ceſſante, Cameræ iuriſdictionem eſſe fundatam; eaque de cauſſa Cameræ Imperialis iuriſdictionis in conſtitutionis huius deſcriptione mentionem fecimus.

*IX.*

Porrò in eadem deſcriptione diximus, Cameram imperialem controuerſiam iſtam aut planè dirimere, aut ſaltem cauſſa ſummariè cognita vni parti poſſeſſionem attribuere, alteri verò inhibere, donec in plenario poſſeſſorio aut petitorio à Iudice competente aliter iudicatum fuerit.

*X.*

In conſtitutione namque noſtra duplex proponitur ſiue introducitur poſſeſſorium, vnum ordinarium; alterum verò ſummarium, quòd duplex ſit poſſeſſorium retinendæ vnum ordinarium ſiue plenarium, alterum extraordinarium ſiue ſummarium. *Gail. 1. obſeru. 7. num. 1. Modeſtin. Piſtor. conſi. 51. volum. 1. num. 16. VVeſenbec. part. 1. conſil. 1. num. 62. & ſeq.*



Digitized by Google

*XI.*

Ante verò quàm dicamus, quatenus in hac conſtitutione ſuper litigioſa poſſeſſione introductum ſit poſſeſſoriũ ordinarium, & quatenus extraordinarium ſiue ſummarium, de vtriusq; poſſeſſorij differentia neceſſariò aliquid explicandum erit, quod futuræ declarationi tanquam προγινωσκόμενον & fundamentum ſubſternatur.

*XII.*

Ordinarium ſiue plenarium poſſeſſorium eſt, in quo iuris ordine ſeruato proceditur, atque principaliter & abſolutè de poſſeſſione partium diſceptatur, plenæq́ue probationes requiruntur *Gail. 1. obſeru. 7. num. 2. per ibi allegata.*

*XIII.*

Dixi in ordinario ſiue plenario poſſeſſorio, iuris ordine ſeruato, procedi, *vt expreſſè ſancitur in clem. ſæpè ibiquè DD. de verb. ſignific.* Idcircò libelli oblatione, litis conteſtatione, & toto proceſſu iudiciario opus erit *Bald. in l. ordinarÿ. numer. 14. C. de rei vendicat. Socin. in c. 1. nu. 22. poſt Innocent. de libel. oblat. Zuch. in repetit. l. vlt. nu. 291. C. de edict. Diui Adriani tollend. Menoch. remed. recuper. 4. num. 470. deciſ. Tholoſ. 226. per l. 1. §. annum ibiquè gloſſ. de itin. & act. priuat. Dec. conſil. 303. nume. 6. & hanc vult eſſe communem. Iaſ. in l. Naturaliter. § nihil commune. nu. 165. de acquirend. poſſeſſ. Menoch. præalleg. loc. nume. 24. 33. 34. & plena cauſſa cognitio adhibebitur. l. Iudices verb. plena. C. de iudic. ibiq; Iaſ. numer. 2. 3. Paul. de Caſtr. part. 2. conſil. 3. Incip. in cauſſa. numer. 1. & 2. Talis enim requiritur, cum præiudicium irreparabile vertitur, quale eſt ablatio poſſeſſionis. gloſſ. Bartol. & DD. in l. Poſt ſententiam. C. de ſentent. quæ nemini, ne reſcripto quidem principis auferri debet. l. meminerim. C. vnde vi. l. vlt. C. ſi per vim nedum reſcripto inferioris. C. conquerente ibiquè DD. de reſtitut. Spoliator. VVeſenbec. d. conſil. 1. num. 64. & nume. ſeq. vbi multos DD. adducit. & idem VVeſenbec. part. 1. conſil. 9. num. 32. & 33.*

*XIV.*

Momentaneum igitur ſiue extraordinarium poſſeſſorium eſt, in quo abſq; figura iudicij, leuato, quod aiunt, velo, & iuris ordine non ſeruato proceditur, & imperfectæ atque ſemiplenæ probationes recipiuntur *Bald. & Caſtrenſ. in d. l. ordinarÿ VVeſenbec. d. conſil. 1. numer. 63. Modeſtin. Piſtor. d. conſil. 51. numer. 16. Caſtrenſ. d. conſil. 3. per tot. Gail. d. obſeru. 7. nu. 5. & 7. & ſupracitati. DD. in allegatis locis.*

*XV.*

Vnde inter vtrumque retinendæ poſſeſſorium ſequentes hæ notandæ ſunt differentiæ.

1. In ordinario ſiue plenario poſſeſſorio iuris ordo ſeruatur; in momentaneo non ſeruatur, ideoq; teſtes in hoc examinari poſſunt etiam nõ dato libello & lite non conteſtata *contra tot. tit. extra vt lit. non conteſta. Caſtr. d. conſ. 3. nu. 1. Modeſt. Piſtor. d. conſi. 51. nu. 16. vbi iudicem informationem de poſſeſſione etiam à teſtibus iniuratis aſſumere, & quem compererit poſſidere, interim defendere poſſe, neq; partis citationẽ aut plenã cauſſæ cognitionẽ neceſſariam eſſe ſcribit poſt Caſtr. d. conſ. 3. Alciat. in l. ſi prius n. 5. ff. de ope. nou. nunci.*

2. In ordinario ſiue plenario perfectæ probationes requiruntur, in momentaneo ſiue extraordinario etiam imperfectæ & ſemiplenæ probationes ſufficiunt per ſuprà allegata.

3. Quæ harum differentiarum ratio eſt, & propterea nouas rurſum differentias parit. Ordinarium poſſeſſorium eſt magni præiudicij, quia ſententia in eo lata eſt definitiua, nec aliam poſt ſe ſuper poſſeſſione expectat ſententiam, ideoq; propter commodum poſſeſſionis maximi eſt momenti. *Gail. d. obſeru. 7. num. 4. per ibi allegata. Caſtrenſ. d. loc.* At verò momentaneum ſiue ſummarium eſt leuis & momentanei cuiuſdam præiudicij, quod per poſſeſſorium ordinarium reparatur, ideoq́ue ſententia in eo lata interlocutoria eſt, *Gail. d. obſer. 7. num. 6. Caſtrenſ. d. loc.*

4. Hinc reſultat differentia alia. Sententia lata in ordinario ſiue plenario poſſeſſorio vim habet perpetuam, donec pars altera egerit petitorio & obtinu-

erit

erit *l. exitus controuerſiæ. ff. de acquir. vel amit poſſeſ.* At ſententia lata in momentaneo tàm diu durat, donec in poſſeſſorio ordinario non retractetur *Caſtrenſ. d. loc.* Hinc poſſeſſio hæc rectè interim, aut depoſitaria poſſeſſio, aut prouiſionale remedium appellatur. *Gail. d. obſeru. 7. num. 6.*

5. Ordinarium poſſeſſorium expeditur iure actionis ſiue interdicti momentaneũ officio Iudicis. Iudex enim ex officio prouidere debet, ne partes ad arma veniant *l. æquiſſimum. ff. de vſufruct.* proptereaq́;, cum præſens eſt huiuſmodi periculum, poſſeſſionem litigioſam quæ ita dubia eſt, vt probabiliter ignoretur, cui ea aſſcribi debeat, ex officio vel parte vtraque aut alterutra petente ſequeſtrare poteſt, citatis partibus, vt certo die compareant, & iura ſua poſſeſſoria ſummariè deducant iuxta *l. ſi colon. C. de agricol. & cenſit. libr. 11. & interim ab armis abſtineant. Gail. 1. obſeru. 5. nume. 2. vbi quam plurimos DD. adducit, & eleganter hoc tradit Matthias Coler. de proceſſ. executiu. cap. 2. part. 1. num. 111.*

*XVI.*

Expoſito, quid ordinarium ſit poſſeſſorium, & quid momentaneum, explicatis etiam, quæ inter vtrumque intercedunt, differentiis, nunc ad conſtitutionem noſtram redeamus.

*XVII.*

Et quidem quod in paragrapho primo conſtitutionis ſiue ordinationis huius noſtræ ſuper litigioſa poſſeſſione ordinarium, paragrapho autẽ vltimo ſummarium introductum eſſe poſſeſſorium intelligi debeat; Conſultum in Camera Imperiali Anno 76 factum fuiſſe ſcribit *Præſtantiſſimus Iuriſconſultus D. Petrus Denaiſius Cameræ Imperialis Aſſeſſor digniſſimus in Iure Camerali nouiſſimè edito ſub d. Rub. litigioſa poſſeſſio §. 5.*

*XVIII.*

Idquod ex tota vtriusq́ue paragraphi contextus recitatione pleniùs patebit.

*XIX.*

*Et quidem. §. 1. ita ſe habet*: Vnnd nach dem ſich offtmals im heyligen Reich begibt/ daß der ſtreittigen Poſſeß oder Gewehr halben Spenn vnd zu Zeiten Auffruhr vnd Widerwertigkeit entſtehen / haben wir demſelbigen zubegegnen geordnet vnd geſetzt/ vnd thun das hiermit / ob hinfüro zween oder mehr / ſo dem heyligen Reich ohne Mittel vnterworffen weren/ jrrig vnd ſtreittig würden/ vmb Inhaben oder Poſſeſſion eines Guts oder Gerechtigkeit/ alſo/ daß ſich jeglicher für einen Beſitzer deß ſtreittigen Guts oder Gerechtigkeit hielt / vnnd deß redlich Anzeig hätt/ deß ſollen beyde Theil zu endlichem Außtrag für das Keyſerlich Cammergericht kommen/ vnd ſolcher Irrung oder ſtreittigen Gewehr oder Poſſeß ſich daſelbſt endtlich mit Recht entſcheiden laſſen / vnd deßhalb kein Theil mit oder gegen dem andern zu thätlicher Handlung / Auffruhren/ Vheden/ oder Angrieffen kommen/ in einig Weiß. Doch ſoll ſolches keinem an ſeiner Poſſeß/ wie obſtehet/ oder der Gewehr/ die Zeit/ dieweil die Partheyen diß Streits halben vnentſcheiden hangen/ ichts geben/ oder nemmen.

*XX.*

Diximus ſuprà, in ordinario poſſeſſorio ſententiam latam eſſe definitiuam, quæ ſuper poſſeſſione aliam poſt ſeſe non expectet ſententiam, at talis ſententia fertur in eo poſſeſſorio, de quo modò recitatus paragraphus verba facit, ergo poſſeſſorium illud eſt ordinarium, non autem ſummarium, quia in eo lata ſententia eſt interlocutoria, vt quæ aliam poſt ſeſe expectet in poſſeſſorio ordinario ſiue plenario, ſicut ſuprà diximus. Cui autẽ definitio cõuenit alicuius rei, eidem cõuenit & definitũ ipſum, & cui adimitur definitio, eidem adimit' & ipſum definitum. *l. omnis definitio cum ibi not. per gloſſ. ff. de reg. iur. Bart. in repet. l. ſi is qui pro emtore in prima q. princip. ff. de vſucap. & in l. imperiũ. ff. de iuriſd. Euerh. in Topic. legalib. loco à definitione.* Aſſumtio noſtri Syllogiſſimi probatur ex clariſſimis contextus conſtitutionis noſtræ verbis hiſce, deß ſollen beyde Theil zu endlichem Außtrag für dz Keyſerlich

ſerlich Cammergericht kommen / vnnd ſolcher Jrrung oder ſtreittigen Gewehr ſich daſelbſt endtlich mit Recht entſcheiden laſſen. *Notentur probè verba* ſich ſolcher Jrrung oder ſtreittigen Gewehr daſelbſt endtlich mit Recht entſcheiden laſſen. Si endtlich id eſt, definitiuè de poſſeſſione ibi cognoſcitur, ſiue poſſeſſorium finaliter ibi deciditur, certè hoc poſſeſſorium erit ordinarium & plenarium, non autem extraordinarium ſiue momentaneum, quia quo ad hoc poſſeſſio ibi finaliter ſiue definitiuè non deciditur, ſed reſeruatur ordinarium ad iudices ordinationis ſiue primæ inſtantiæ, *vt expreſſè ſancit conſtitutio in §.final.circa fin.*

*XXI.*

Et hoc ipſum eſt, quòd Camera Imperialis ſuo conſulto definiuit, nempè, vt paragrapho hoc primo poſſeſſorium ordinarium introductum intelligi debeat. Hæc autem conſulta vim legis obtinent *arg. §. Reſponſa prudentum. Inſtit. de iur. Natural. Gent. & Ciuil.*

*XXII.*

Non obſtant verba in §. Wo auch: Vnnd ſo die Sach der ſtreittigen Poſſeß oder Gewehr an dem Cammergericht geendet iſt / vnd dann die Partheyen ſolcher Güter oder Gerechtigkeit halben / ſonſt weiter Spruch vnd Anforderung zuhaben vermeynten / daß ſoll vor dem ordentlichen Richter ſolches Guts oder Gerechtigkeit halben fürgenommen vnd geſucht werden. Wo aber etliche Ständ weren / die ſonſt derhalb rechtliche Außtrag zwiſchen jhnen hätten / die ſollen gehalten werden / vnnd hierdurch denſelben kein Abbruch gethan ſeyn. Ex quibus dicendum videbatur, non eſſe poſſeſſorium, de quo paragraphus primus loquitur, ordinarium, ſed momentaneum, eò quòd vlterior cognitio ad Iudicem ordinarium remittatur, & verba illa ad omnia præcedentia & ita quoque ad paragraphum hunc primum referenda eſſe videantur *quòd ſequentia ad omnia præcedentia referri ſoleant. l. Talis ſcriptura. §. final. ff. de legat. 1. l. 3. §. filius inter medias. ff. de liber. & poſthum. & poſita ſub eadem determinatione æqualiter etiam determinari ſoleant. l. iam hoc iure de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. l. Hæreditatem. C. de Impube. & aliis ſubſtitution.*

Nam Regula illa non procedit, quando non eſt omnium eadem ratio. Tùm enim referendo ſingula ſingulis ea eſt capienda interpretatio, quæ naturę vniuſcuiusq; maximè appoſita eſt *c. cum dilectus ibiquè notant. Abb. & DD. de conſuetud. c. olim ex literis de reſcript. Bartol. in l. final. C. de ſentent. & interlocut. Iud. Iaſ. in l. miles. §. decem. num. 2. de re iudicat. Hartm. Piſtor. libr. 2. quæſt. Iur. part. 1. quæſt. 5 num. 51. Vnde generaliter etiam traditum eſt, verba præcedentia ita eſſe adaptanda ad omnia ſequentia, vt ſingula ſingulis referantur, & è conuerſo gloſ. in. l. 1. § ſin autem ſub conditione. C. de Caduc. tollend. & in l. ſi negotium. C. de negot. geſt. & in l. fin. vbi Angel. C. de fideicommiſſ. Crauett. in conſ. 99. incip. Nobilis & potens Franciſcus. nu. 11. Hart. Piſtor. d. quæſt. 5. n. 52. Quæ cum etiam in vno eodemq́; vocabulo ad diuerſa relato procedant gloſſ. in l. 2. verb. manumitti de offic. Proconſul. & in l. Gallus. §. 1. vbi notant DD. de liber. & poſthum. Hartm. Piſtor. d. quæſt. 5. num. 52.* vbi hoc pluribus autoritatibus firmat; multò magis in diuerſis illis verbis, de quibus hîc agitur, & quæ interuallo totius paragraphi à diſpoſitione paragraphi primi ſunt ſeiuncta, locum obtinebunt. *Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 18. num. 21.* Diuerſam autem in paragrapho primo ſubeſſe rationē ex eo liquet, quòd ibi poſſeſſorium finaliter ſiue definitiuè decidi iam antea ex clariſſimis textus verbis demonſtrauerimus. Vndè ſatis conſtat, textum illum de poſſeſſorio momentaneo non loqui, in quo, vt ſuprà docuimus, poſſeſſio non per definitiuam ſed per interlocutoriam tantùm definiatur ſententiam. Non igitur huc quadrant verba ex paragrapho ſecundo obiecta, maximè cum ibi de mediatè imperio ſubiectis ſit ſermo, qui de poſſeſſione bonorum vel quaſi iuris ipſorum, quę ſub diuerſorum dominorum & magiſtratuum iuriſdictione ſita ſunt, controuertant. Quòd igitur tota ibi cauſſa plenè non deciditur, id mirum neutiquam videri debet, tùm ne fraus fiat primæ inſtantiæ, tùm verò etiam quòd ex toto verborum illorum contextu

textu

textu pateat, de momentaneo illa poſſeſſorio differere, cuius naturam eſſe diximus, vt poſſeſſionem non plenè definiat, verùm parti eam victrici addicat, victæ inhibeat, donec iudicio poſſeſſorio ordinario ſiue plenario aut momentaneo aliud iudicatum obtentumque fuerit. Quæ igitur ſeparata ſunt, ſeparatam vt rationem, ſic quoque diſpoſitionem habent, minimeque ita confundi debent, vt ab vno ad alterum inferatur, ſiquidem hanc illationem iura expreſsè repudient *vulgat. l. final. ibiq. DD. ff. de calumniator.* Hic igitur ſingula ſingulis referantur, verba nimirum paragraphi ſecundi ad ſuum momentaneum ſiue extraordinarium, de quo loquuntur, poſſeſſorium referantur, intraque ſuos coerceantur limites: & ſic quoque paragraphi primi diſpoſitio intra poſſeſſorij ordinarij metas conſiſtet, & fruſtra finium regundorum actio, Iudicis implorato auxilio, intentabitur, cum hæc per ſeſe plana ſint & perſpicua, vt propterea Apollinis oraculum conſulere aut Iudici ſportulas ſoluere ſuperuacaneum foret.

*XXIII.*

Cum igitur ex his omnibus conſtet, paragrapho primo conſtitutionis introductum eſſe ordinarium poſſeſſorium, ordinarius etiam iuris proceſſus in eo ſeruari debet, per ea, quæ ſuprà de ordinario poſſeſſorio diximus.

*XXIV.*

Hoc tamen diligenter obſeruandum eſt, poſſeſſorium ordinarium, de quo paragraphus primus loquitur, ex prædicto conſulto Cameræ Imperialis An. 76. facto nō niſi ob periculum armorum ex rixis & iurgiis quotidianis metuendum, etiamſi præſens diſcrimen nondum ſit, aut partes nondum ſint in procinctu: ſummarium autem poſſeſſorium de quo loquitur paragraphus vltimus conſtitutionis, & nos iam de eo dicemus, tùm demum, ſi præſens ſit diſcrimen, parteſque iam in procinctu ſint ad Cameram pertinere, *vt ſcribit D. Petrus Denaiſius ſub d. Rubric. poſſeſſio litigioſa. §. 6.*

*XXV.*

Quod autem poſſeſſorium ſummarium ſiue extraordinarium paragrapho vltimo conſtitutionis huius ſuper litigioſa poſſeſſione ſit introductum, non ſolum ſæpè dicto Cameræ Imperialis conſulto deciſum eſt, verùm etiam ex toto illius paragraphi contextu atq; adeò ex verbis illius luce meridiana clarioribus ita planum perſpicuumque eſt, vt, qui hoc negare auſit, aduerſus ſolem, quod in prouerbio eſt, loqui videatur. Itaque paragraphum illum huc integrum tranſſcribere mihi viſum fuit, cuius verba hæc ſunt: Ob auch in obberührtem Fall zwiſchen den Partheyen/ die ohne Mittel dem Reich vnterworffen/ die Gewähr/ Poſſeſſion/ oder quaſi auß redlichen Anzeigung zweiffelig/ vnd ſörgliche Empörung/ Weiterung/ oder Auffruhr darauß zu beſorgen/ ſollen Cammerrichter vnnd Beyſitzer Gewalt vnnd Macht haben auff Anruffen der Partheyen oder für ſich ſelbſt ex officio die Poſſeſſion zu ſequeſtrieren/ oder aber der quaſi Poſſeſſion halben an ſtatt der Sequeſtration beyder Theilen zu gebieten ſich derſelben zuenthalten/ vñ als bald darauff ſummariè ohn einigen gerichtlichen Proceß oder andere weitläufftige Außführung der Sachen zu erkennen/ welchem Theil die Poſſeſſion oder quaſi eynzugeben oder zu inhibiern ſey/ ſich derſelbigen biß zu endtlichem Außtrag deß endtlichen Rechtens in poſſeſſorio, petitorio zu enthalten/ vnnd ſo das beſchehen/ ſoll als dann ſolches keinem Theil an ſeinem Innhaben oder Beſitz in Recht nachtheilig ſeyn.

*XXVI.*

Diximus ſuprà, momentaneum poſſeſſorium eſſe, in quo Iudex poſſeſſionem rei litigioſę ita dubiam, vt probabiliter ignoretur, quis nam poſſideat, & cui poſſeſſio aſſeribi debeat, ob periculum armorum ex officio aut parte petente ſequeſtrare poſſit. Idem diſponitur de hoc poſſeſſorio *in d. §. vlt.* quando partes immediatè imperio ſubiectæ de poſſeſſione rei cuiuſdam vel iuris controuertunt, & hæc quidem poſſeſſio ita dubia eſt, vt ignoretur probabiliter, cui ea aſ-

ſcribi

ſcribi debeat, ac inſuper præſens armorum periculum ſubeſt. Tunc enim Cameram ex officio vel parte petente poſſeſſionem rei litigioſæ ſequeſtrare, vel vtriq; parti, vt à poſſeſſione abſtineat, iniungere debere edicitur. Diximus quoque ſuprà Iudicem ſummariè, nullo iuris ordine ſeruato, in poſſeſſorio momentaneo procedere; idem de eo quoq; poſſeſſorio, cuius in hoc paragrapho vltimo fit mentio, edicitur. Diximus etiam ſuprà, Iudicem in poſſeſſorio momentaneo, ſummaria habita cauſſæ cognitione, vni parti poſſeſſionem addicere, & alteri inhibere interim, donec aliud in poſſeſſorio aut petitorio iudicatum obtentumq; fuerit. Idem de eo quoque poſſeſſorio, cuius *in d.§.vlt.* fit mentio, diſponitur. *Ex quibus omnibus efficitur, poſſeſſorium d.§.finalis eſſe ſummarium ſiue momentaneum.*

*XXVII.*

Intelligitur hinc, Iudicem ſiue Cameram imperialem ab ipſo ſtatim præcepto, ſequeſtratione nimirum quæ aliâs regulariter prohibita eſt *l.vnic.ibiquè DD. C.de prohibit.ſequeſtrat.pecun.* hoc caſu incipere poſſe: Idque non ſolum propter armorum periculum (quod, vt locum habeat ſanctio conſtitutionis noſtræ *in d.§. vlt.* præſens, parteſque in procinctu eſſe oportere, de eoque armorum metu partiumuè procinctu Cameræ imperiali ſaltem ſummariiſſimè, verbi gratia, ex epiſtolis inſtrumento inſertis fidem fieri, aut Cameram ipſam ex propria ſcientia certiorem eſſe debere ex conſulto Cameræ Anno 76. facto tradit *D. Petrus Denaiſius in d. Rubric. poſſeſſio litigioſa.§.6.& 7.*) verùm etiam, quia rei & illius poſſeſſio, de qua controuertitur, ita dubia eſt, vt probabiliter ignoretur, vtra pars poſſideat, & vtri poſſeſſio addici debeat.

*XXVIII.*

Si enim certum ſit, vnam partem poſſidere, alteram verò turbare, tùm etiamſi periculum armorum adſit, ſequeſtrationem Iudex non decernet, verùm hoc caſu poſſidentem in ſua poſſeſſione tuebitur, & mandatis pœnalibus, aliiſque legitimis iuris remediis adhibitis, ne vim poſſidēti faciat, parti turbanti ſeriò iniunget, idque ita iure cautum eſt, ne poſſidens commodo poſſeſſionis ſuæ priuetur, quod non eſt concedendum. *Ferrarienſ. in form. ſequeſtrat. ſeu Saxim. gloſſ.1. numer.3. quòd nemo ob contradictionem alterius poſſeſſionem ſuam dimittere teneatur d. l. vnic. ibiquè DD. C. de prohib. Sequeſtr. pecun. Ita hanc concluſionem nobis tradunt & enarrant Franciſc. Curt. in ſuis addit. ad Ferrarienſ. de Saxim. nume.2. verſ. Octauò fallit litera D. & idem Curt. in tractat. de Sequeſtr. in princ. numer.12. poſt Bald. in l. Quidam exiſtimauerunt. num. 6. ff. ſi cert. petat. per l. final. de offic. Proconſ. Bald. in l. ordinarij numer.9. C. de rei vendic. Gail. obſeru 5. nu.5.6 & 7. lib.1. Matthias Coler. de proceſſ. execut. part.1. cap.2. nu.112. vbi multas autoritates adducit Petr. Frider. Mindan. lib.1. de proceſſ. cap.44. num.2.*

*XXIX.*

Quòd ſi tamen tanta ſit armorum minitantium atrocitas, vt pœnalibus mandatis facilè auerti nequeant, etiam hoc caſu ſequeſtrationem fieri poſſe, quòd publica vtilitas priuatæ anteferri debeat, putat *Bender. in ſuo tractat. de reuiſion. concluſ.20. num.140. & 141.* Cum & aliâs fauor publicus rem propriam priuato auferendi iuſtiſſima reputetur cauſſa *Gail. 2. obſeru.56. num.2. & ſeq. & obſeru 57.*

*XXX.*

Mihi verò maximè probatur, quod *ſcribit Frider. d. cap.44. num.2.* hoc etiam in caſu, non niſi ſumma neceſſitate vrgente, ad ſequeſtrationem tanquam remedium extraordinarium, deueniendum eſſe.

*XXXI.*

His ita conſtitutis nunc ad proceſſum ſummarij poſſeſſorij in Camera imperiali aggrediamur. Diximus autem, cum poſſeſſio inter partes immediatè imperio ſubiectas ita dubia eſt, vt probabiliter ignoretur, cui ea aſſcribi debeat, & periculum ſiue diſcrimen ita præſens eſt, vt partes ſint in procinctu, Iudicem ſiue Ca-

Digitized by Google

de Cameram imperialem ſtatim à ſequeſtratione incipere vel vtriq; parti inhibere poſſe.

*XXXII.*

Facta hac ſequeſtratione vel inhibitione poſſeſſionis vtrique iniungitur parti, vt ad certum terminum in Camera compareant, iuraque ſua poſſeſſoria ſummatim per articulos ibidem deducant *Gail. 1. obſeru. 6. num. 1.*

*XXXIII.*

Articuli hi breues ſunto, ſolum poſſeſſorium ſummarium deducunto, reſectis omnibus ambagibus, reiectaque illorum, quæ potius ad plenarium poſſeſſorium pertinẽt, ideoq; altiorem proceſſum requirunt tractatione. *Gail. d. obſ. 6. n. 8.*

*XXXIV.*

Hinc ij tantum articuli, qui ſolum poſſeſſorium ſummarium ſiue momentaneum deducunt, à Iudice admittuntor, cæteri, qui ad plenarium magis poſſeſſorium ſpectant, repudiantor.

*XXXV.*

Cum partim admittuntur articuli, partim repudiantur, id quod fit, cum partim ſunt pertinentes, partim impertinentes, ſicut diximus, Iudex hunc ad modum interloquitur: In cauſſa momentaneæ poſſeſſionis N. contra A. articulos tales admittimus, reliquos tanquam ad hanc cauſſam impertinentes reiicimus. *Gail. d. obſeru. 6. num. 8.*

*XXXVI.*

Cum articuli tanquam omninò impertinentes reiiciuntur, Camera hac interloquendi formula vti ſolet: Latinè ſic: In cauſſa momentaneæ poſſeſſionis N. contra A. articulos ex parte dicti A. productos tanquam citationi contrarios non acceptamus, ſed quatenus alios articulos citationi conformes nimirùm ſuper momentanea poſſeſſione producere velit, quod hoc audiri, & porrò fieri debeat, quod iuris eſt. Germanicè ſic. In Sachen der ſtreittigen Poſſeſſion N. wider A. ſeynd die Articul von wegen A. fürbracht als der Ladung vngemeß geſtelt/ nicht angenommen/ ſondern woll er nachmals derſelben Ladung gemeß/ nemlich vff die ſtreittige Poſſeſſion Articul fürbringen/ daß ſolches gehört werden/ vnnd als dann in der Sachen ergehen ſoll/ was recht iſt. *Gail. d. obſ. 6. num 8.*

*XXXVII.*

Cum alterutra pars in mora exiſtit, & articulos, quibus ius ſuum poſſeſſorium deducat, ad præfixum terminum non exhibet, Camera Imperialis hunc ad modum, vt certo die articulos iſtos ſummarij poſſeſſorij deducat, ipſi iniungit. Latinè ſic. In cauſſa emanatæ inhibitionis & momentaneæ poſſeſſionis ſuper publica ſecuritate ſiue ſaluo conductu, vertente inter B. Actorem & C. Reum decernimus, quod dictus Reus intra duos menſes, quos ei ad hoc ex officio præfigimus, prætenſa ſua iura quaſi poſſeſſionis ſalui conductus in locis controuerſis articulatim vnà cum nominibus teſtium deſuper examinandorum iuxta formam emiſſorum proceſſuum in Camera Imperiali exhibere debeat, cum ea comminatione, niſi ita egerit, quòd nihilominus fieri debeat, quod iuris eſt: Germanicè ſic: In Sachen außgangener Inhibition vnd momentaneæ poſſeſſionis deß vergleytens ſich erhaltend zwiſchen B. Klägern vnd C. Beklagten iſt erkännt/ daß Beklagter in Zeit zweyer Monat/ ſo ihm von Ampts wegen darzu angeſetzt/ ſeine angemaſte Gerechtigkeit der quaſi Poſſeſſion deß Vergleytens in den ſpennigen Orten in Articul geſtellet/ auch die Benennung der Zeugen/ ſo darüber zuverhören/ Innhalt außgangener Proceß/ an diſem Keyſerlichen Cammergericht fürbringen ſoll/ vnnd er thue das oder nicht/ als dann in der Sachen zugeſchehen/ was recht iſt. *Gail. d. obſ. 6. num. 2.*

*XXXVIII.*

Poſteaquam verò articuli poſſeſſorij ab vtraq; parte hinc inde producti fuerunt, factaq; eſt teſtium & commiſſariorum nominatio, quæ ſimul cum articulis

Mm ex-

exhiberi debet, nulla fit partibus actorum ſiue ſcripturarum exhibitarum communicatio, copiæ non decernuntur, lis non conteſtatur, reſponſiones ad articulos non exiguntur, neq; iuratur de calumnia per ea, quæ ſuprà de momentaneo poſſeſſorio generatim diximus, quòd in eo nullo iuris ordine ſeruato procedatur. *Gail.d.obſ.6.num.3.*

*XXXIX.*

Porrò nominati Commiſſarij deputantur, commiſſio in communi forma decernitur, certum tempus pro qualitate perſonarum & cauſſæ pro omni dilatione aſſignatur *Gail.d.obſ.6.num.3.*

*XL.*

Teſtibus porrò vtrinq; examinatis, eorumq; atteſtationibus productis, nulla, vt aliâs, in ordinario Iuris proceſſu ipſarum fit publicatio, ſed in cauſſa ſtatim concluditur, & porrò ſuper momentaneo poſſeſſorio tantum in fauorem melius probantis pronunciatur, reſeruato & ſaluo ordinario ſiue plenario poſſeſſorio & petitorio coram Iudice competente inſtituendo. *Clem.ſæpe ibiq; DD.de verb.ſignif. l.ſi coloni.C.de Agricol.& cenſit. hac noſtra conſtitution.§.final.*

*XLI.*

Forma illius ſententiæ, quam interlocutoriam eſſe ſuprà docuimus hæc eſt Latinè. In cauſſa momentaneæ poſſeſſionis ratione ſalui conductus in locis in proceſſu ſpecificatis vertente inter O. ex vna & P. ex altera partibus, viſis actis & actitatis decernimus, quod dicto O. poſſeſſio vel quaſi ſalui conductus vſque ad N. locum, ſimiliter dicto P. vſque ad talem locum poſſeſſio vel quaſi libertatis & facultatis concedenda ſit, & quod vterq; in dictis locis à violentia & mutua turbatione, donec cauſſa decidatur in poſſeſſorio vel petitorio, quæ vtrique parti vigore ordinationis Cameræ ſalua erunt, abſtinere debeat, & hac conſideratione atque cauſſa inhibitio tollenda ſit, atque confirmanda, prout hæc omnia ex officio reſpectiuè concedimus, prohibemus, tollimus, confirmamus, expenſas verò ex cauſſis non mouentibus compenſantes: Germanicè ſic: In Sachen momentaneæ poſſeſſionis das Geleid in Orten in außgangenen Proceſſen beſtimpt belangend ſich haltend zwiſchen O. an einem/ vnnd P. anders Theils iſt nach allem beyden Theilen Fürbringen zu Recht erkennt/ daß gedachtem O. die Poſſeſſion vel quaſi deß Geleits biß an N. Ort/ deßgleichen gemelten P. biß an ſolches Ort die Poſſeſſion vel quaſi libertatis & facultatis eynzugeben/ vnd beyde Theil an berürten Orten zu vergewaltigen vnd zu turbiern/ ſich biß Außtrag deß Rechtens in poſſeſſorio vel petitorio, daß jhm hiermit Vermög der Ordnung vorbehalten ſeyn ſoll/ zu enthalten ſchüldig: Alſo auch vnnd der Geſtalt/ die außgangenen Inhibition gegen beyden Theilen auffzuheben vnd zu confirmieren ſey/ als wir hiermit alles von Ampts wegẽ reſpectiuè eyngeben/ verbieten/ auffheben/ confirmieren/ vnnd die Gerichts Köſten derhalben auffgelauffen auß bewegenden Vrſachen gegen einander compenſieren vnd vergleichen/ *Gail.d.obſeru.6.numero 5.*

*XLII.*

Intelligitur hinc, inhibitionem partim tolli, partim verò confirmari. Tollitur reſpectu victoris, ne fructu poſſeſſionis, interea dum poſſeſſorium ordinarium ventilatur, ille careat, quod admodum iniquum foret; confirmatur reſpectu victi, ne in poſſeſſione ſua victor ab eo turbetur moleſteturuè, dum ordinarium poſſeſſorium pendet *Gail.d.obſ.6.nu.6.*

*XLIII.*

Quamuis autem Iudex poſſeſſorij ſummarij ſiue momentanei, eo finito, partes ad deducendum poſſeſſorium plenarium & petitorium coram Iudice ordinario ſiue competendo remittere poſſit. *le.ſi quis libertatem.§.planè.ff.de petit. hæred. vt per illum textum tradit Caſtrenſ.part.2.d.conſi.3.numer.2. hoc tamen praxis Cameræ Imperialis non obſeruat Gail.d.obſ.6.nume.7.*

Ex

XLIV.

Ex his omnibus facilè perſpicitur, inter poſſeſſorium, quod deducitur in § 1. noſtræ conſtitutionis, & illud, quod traditur. §. *vlt eiuſd. conſtit.* tantum intereſſe, quantum aliâs inter poſſeſſorium ordinarium ſiue plenarium, & momẽtaneum ſiue ſummarium, quod extraordinarium appelles licebit, in iure intereſſe ſolet.

XLV.

Sic igitur per breuem hactenus dictorum quaſi recapitulationem, vt loquuntur, iudicari debet; Camera Imperialis in poſſeſſorio §. 1. ſtatim à ſequeſtratione aut inhibitione incipere non poteſt, ideoque tùm Iudex ipſe tùm partes ordinarium Iuris ſeruare proceſſum tenentur; in ſummario ſtatim Iudex à ſequeſtratione incipere poteſt, & ſummaria ſaltem cauſſæ cognitione adhibita, nullo iuris ordine ſeruato, procedit. In iſto caſu pro ſola citatione ſupplicatur, hæc etiam pro ſequeſtratione aut inhibitione. Illic ſola citatio decernitur, hîc etiam citatio cum ſequeſtratione aut inhibitione, vel Iudex prius ſequeſtrat & inhibet, poſteaque vtramq; partem ad deducendum iura ſua poſſeſſoria citat, vt ſuprà dictum eſt.

# Von dem Proceß der Acht/
## ſonderlich wider die Landfriedbrecher.

ZV dieſem andern Theil deß Cammergerichts Proceß gehört auch fürnemlich der proceſſus banni. Dieweil dann citationes vnd Mandata[a] bey Peen der Acht wider die Landfriedbrecher/ vnd dann auch[b] wider die Vngehorſamen außgehen. So iſt/ ſo viel den erſten Theil/ da wider die Vberfahrer deß Keyſerlichen Landfriedens geklagt/ zu wiſſen/[c] daß Fürſten/ hohe vnd nider Stände/ niemands außgenommen/ ſie ſeyen gefreit oder nit/ vmb dieſe Vrſach/ daß ſie als Landfriedbrecher angezogen/ darumb am Keyſerlichen Cammergericht möge beklagt werden.

Cum in tranquillitate Romani Imperij totius orbis ſalus conquieſcat. §. 1. *Quomod. in crimin. Caeſ. Maieſt. procedat.* nulli autem Reip. ſalutem tueri magis conueniat, quam imperatori. *l. Nam ſalutem. ff. de offic. præfect. vigil.* Imperatores feliciſſimæ laudatiſſimæque memoriæ, ex ſingulari quadam & propè paterna ergà curæ ſuæ protectionique commiſſos in Imperio Romano fideles, ſubditos, & clientes affectione ac beneuolentia; *Maximilianus eius nominis 1. Anno 1495. VVormaciæ, et Anno 1500. Auguſtæ Vindelicorũ, Carolus 5. Anno 1521. Vormaciæ, Anno 1552. Norimbergæ, Anno 1548. & 1551. Auguſtæ Vindelicorum; Ferdinandus Anno 1555. Auguſtæ, Anno 1557. Ratisbonæ, & Anno 1559. Auguſtæ. Maximilianus 2. Anno 1566. Auguſtæ, Anno 1570. Spiræ, & 76. Ratisbonæ; Diuus & Viuus Rodolphus eius nominis ſecundus; (qui hoc tempore Sacri Romani Imperij clauum, magna cum felicitate & moderatione, atque adeò victori ipſa hoſtium chriſtiani nominis immaniſſimorum debellatione laudatiſſimè torquet, cui auguſtam auguſtiſſimorum regnorum acceſſionem quotidie ex animo precamur) Anno 1594. Ratisbonæ,* ex vnanimi ordinum & ſtatuum Imperij conſenſu atq; voluntate, conſtitutionem pacis publicæ ſanxerunt, promulgârunt, & ſaluberrimorum remediorum adminiculis ſubinde ſuffulſerunt, firmârunt, corroborârunt, ſic vt hæc ipſa Imperij conſtitutio quam locupletiſſimè declarata, aduerſus factioſas hominum coadunatorum, quæ ex dolo malo vi armata ſuſcipiuntur, ſeditiones præſentiſ-

Mm 2 ſimum

ſimum ſit ἀλεξιφάρμακον, & tàm publicè quam priuatim tranquillitatem pacemq́; quæ optima rerum eſt, vt poëta canit, ſartam tectamq́, conſeruet.

[a] Bey Peen der Acht] *conſtit.pac.public.tit.4.ordinat. Camer. Imperial. part.2.tit.9. Gail.lib.1.de pac.public.cap.1.num.3.*

[b] Wider die Vngehorſamen] Banni pœna non ſolùm ob fractam violatamque pacem publicam, ſed etiam propter contumaciam, veluti ſi quis legitimo modo citatus non compareat, aut condemnatus iudicatum non faciat, aut executorialibus mandatis non obtemperet, infligitur. *Ordin. Camer. part.3.tit.43 §.1 & tit. 18.cum ſeq.part.2. Gail.lib.2.de pac.publ.cap.5.nu.1.& 2.& lib.1.cap.1.num.40. De vtriusq́; differentia vide Gail.lib.2.de pac.publ.cap.6* Notandum autem eſt, bannum vniuerſale ſiue Imperij, quod in omnibus Sacri Romani Imperij locis & partibus vim ſuam exerat, à ſolo Imperatore vel Camera Imperiali, quam cum Imperatore concurrentem habere iuriſdictionem ſæpiſſimè diximus, irrogari. *Gail. li.1. de pac. publ. cap.6.num.8 & ſeq.per tex in l.1.§.deportatos 3.verb. Deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps inſulas adnotauit, vel de quibus deportandis ſcripſit. ff. de legat. & 1. deic.3. & idem Gail.lib.2.de pac.publ.cap.1.nu.27.* Neque obſtat vulgaris interpretum doctrina, quòd quilibet Princeps, Comes, vel Baro, ciuitates etiam imperiales tantum poſſint in ſuo territorio, quantũ Imperator in imperio Romano ideoq́; perinde vt imperator & Camera Imperialis banni pœnam irrogare poſſe videri queant, ſicut etiam videmus quotidiè huiuſmodi banna à Principibus, Comitibus, Baronibus, liberiſque ciuitatibus imperialibus in ſuis ditionibus decerni, & ita hanc ſententiam conſuetudine rerumq́; iudicatarũ auctoritate comprobari. Nam hoc loco de banno imperij ſiue vniuerſali, quod per omnes imperij ditiones ſeſe extẽdit, loquimur; interpretum autem doctrina de eo accipienda banno eſt, quod Principes Comites, Ciuitates imperiales in ſuis territoriis irrogant, & ſpeciale quòddam bannum eſt, iiſque, quibus ipſorum territorium, limitibus ac finibus circumſcribitur, ideoq́; latius etiã quoad robur & efficacitatem ſuam parere nequit, quam ipſorum iuriſdictio, quæ territorio cohæret. *leg.1.§.cum vrbem. ff. de offic.præfect.vrb.l. Quicunq́; C.de fund.limit.lib.12. Bartol.in l.29 ff.de acquir. rer. domin. Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt.14.num.8.Zaſ.in paratit.ff.de iuriſd.nu.17. vſque adeò, vt regulariter illius præſumatur eſſe iuriſdictio, cuius eſt territorium cap.2.de reſtitut. ſpoliat.in 6.c.cum epiſcop.7.de offic.ordin. Maſcard. de probat.concluſ.946.num.26.ſeſe extendit, quòd vulgo notum ſit, extra territorium ius dicenti impune non pareri.*

[c] Daß Fürſten] Principes & alij immediatè imperio ſubiecti, quatenus primæ inſtantiæ ſiue auſtregarum priuilegio gaudent, eo non attento in caſu fractæ pacis rectâ ſtatim viâ in Camera Imperiali conueniuntur. *Mynſing.cent.2. obſ.58. Gail. lib.1. de pac.publ.cap.11.num.2.Conſtit. Diuor.Imperator.Maximilian.I & Caroli.V.ſub tit.* Auffhebung aller Freyheiten *part.2.ordin.tit.9.§.2.* Nulla enim fori declinatoria exceptione, ſiue immediatè imperio ſiue mediatè ſubiecti ſint, cuiuſcunq́; illi fuerint conditionis & dignitatis, in caſu fractæ pacis à Cameræ iuriſdictione eximi poſſunt. *Mynſig.d.ob.58. Gail.d.c.11. Petr.Frid. Mindan.li.1.de proceſſ.c.22.in princ. Chriſtoph.Schvvanm.li.1.proceſſ.Came.c.14.n.2.* Exceptio tamen litis pendentię ad declinandam Cameræ iuriſdictionem rectè obiicitur *Gail.1.de pac. publ.c.11.nu.25.& 26. quod cõtinentia cauſſæ diuidi non debeat l.vbi cæptum.ff.de Iudic.l.Nulli.C.eod.* Non igitur, actione coram ordinario Iudice ad pœnas Iuris Communis & reſtitutionem bonorum ablatorũ inſtituta, quod fieri poſſe certum eſt. *part.2.ord.tit.10.* alia ad pœnã banni ſuper violata pace publica in Camera inſtitui poteſt *Gail. d. loc.* Circa quod tamen notandum fuerit, ſicut & ſuprà diximus ſententiã banni ſuprà conuictum in Camera ferendam eſſe *Frid.d.ca.22.num.4.* Sed exceptio tranſactionis tanquam litis finitæ aduerſus actorẽ rectè obiicitur ad declinandam Cameræ iuriſdictionem, eaq́;, ſi aut notoria ſit, aut ex actoris confeſſione de ea conſtet, aut aliis ſufficientibus tamen modis, probari poſſit, iudicium finit *Gail.d.cap.11.n.1.*

Frid.

Digitized by Google

*Frid. d. cap. 22. num. 3.* De criminibus enim ſanguinis pœnam irrogantibus, quale eſſe crimen fractæ pacis ex publica imperij lege conſtat. *Gail. d. cap. 11. nu. 15.* quod cuilibet ſanguinem ſuum qualitercunque redimere liceat. *l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. ſenten. ſibi mort. conſciſc.* iure communi tranſigere fas eſt *l. Tranſigere, ibiq́; communiter DD. de Tranſact.* Quod & expreſsè definitum eſt, *part. 2. ord. tit. 18.* Hac tamen tranſactione Cæſari, Cameræ, aut Fiſco imperiali nihil præiudicatur *DD. in d. le. Tranſigere l. Iuris gentium 7. §. ſi paciſcar 14 l. paciſci 31. ff. de pact. l. pacta quæ. C. eod. l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bonor. raptor. Frider. d. ca. 22. nu. 3. Clar. practic. criminal. §. final. quæſt. 58. Gail. 1. de pac. public. cap. 11. num. 18.*

## LVII.

Zum andern / daß die Klag ex conſtitutione auff den Landfrieden ſtatt / werden drey Ding erheiſchen: Zum erſten / [a] daß es ein offentlicher Gewalt. Zum andern [b] daß es ein armierter Gewalt / das iſt / daß es mit gewehrter Hannd beſchehen. [c] Zum dritten daß ſolcher Gewalt auß fürſetzlichem böſem Gemüht vnd Fürnemen beſchehen. Welche drey Stück der beſchädigt Kläger in ſeiner Supplication auff den Landfrieden zu ſetzen / vnd hernach in dem Proceß vnd Rechten zubeweiſen. Dann nit ein jeder öffentlicher Gewalt allweg für ein Landfrieden zuhalten: [d] Im Fall dann ſolche qualitates vñ Vmbſtände nicht erwieſen / wirdt der Beklagt abſoluiert / der Kläger in die Expens condemniert. Vnd irret nicht / daß das factum oder Geſchicht eines ſpolij oder Turbation erwieſen / dann ein ſpolium oder Turbation allein ad Cameram in erſter Inſtantz nicht / ſondern für den ordentlichen Richter gehörig. Darumb ſich offtmals zuträgt / daß in ſolchen Fällen der Beklagt abſoluiert / dem Klagenden aber ſein Forderung vor dem ordentlichen Richter fürzubringen / auff das ſpolium, Turbation / oder zugefügten Schaden / zu klagen vorbehalten wirdt.

[a] Daß es ein öffentlicher Gewalt] Nunc ad requiſita conſtitutionis ſuper fracta pace publica, ſiue, vt actio ex ea locum habeat, Autor aggreditur. Et primum quidem illius requiſitum facit vim publicam maiorem, quam vt ei reſiſti poſſit. *l. 1. §. hoc interdictum ff. de vi & vi armat. l. ex conducto. §. ſi vis. l. ſi merces §. vis maior. l. ſi fundus in fin. ff. locat. Gail. 1. de pac. public. cap. 7. num. 1. Schvvanman. lib. 1. proceſſ. Cameral. cap. 14. num. 5. Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 23. num. 1. vbi rectè refutat Cuiacium in paratit. ff. de vi public. qui vim publicam definit eam, quam contra ius fasq́; infert publica perſona, id eſt, is qui imperium vel poteſtatem habet; priuatam, quam priuati homines inferunt.* Nam & priuati homines ex l. Iulia de vi publica tenentur, *vt ex tot. tit. Digeſt. ad l. Iuliam de vi public. apparet*, & aliâs leges & conſtitutiones ex ſua natura ſunt vniuerſales & generales. *l. 1. & l. Iura ff. de legib. l. 3. §. Diuus Adrianus. ff. de ſepulchr. violat.*

[b] Daß es ein armierter Gewalt] Secundum requiſitum eſt vis armata, quæ fit collectis & coadunatis ad nocendum hominibus. *leg. 2. in princ. §. homines. ff. vi bonor. raptor. l. 3. cum duab. ſeq. l. 10. ff. ad l. Iul. de vi publ.* Vnde apparet, requiri vim publicam armatam, quæ fiat cum turba, quam duo, tres, aut quatuor non efficiunt. *l. prætor ait 4. § turbam 3. l. deteſtatio. §. vnicus. ff. de verbor. ſignific.* Nunc verò ex Conſtitutione Imperij in Comitiis Anno 1594. Ratisbonæ habitis promulgata, quot homines coacti ſufficiant, vt publica pax fracta eſſe dicatur, Iudicis arbitrio reſeruatur. ita autem habet illa Imperij conſtitutio ebener maſſen iſt man biß hero in dẽ Zweiffel geſtanden / durch wie viel Perſonen der Landfried geſchwächt könne

werden/in dem wir dieſe Verordnung thun/daß ſolches in deß Richters Diſcretion geſtellet ſeyn ſoll/ welcher ſich auß den Vmbſtänden der erzehlten vnd erwieſenen Gewaltthat/ auch der Worten Verſtand vnd Diſpoſition deß außgekündten Landfriedens vnd gemeyner beſchriebenen Rechten jederzeit zu informieren / vnd in Erkennung oder Verweygerung der Proceß darnach zurichten wiſſen wirdt. *Adde D. Petrum Denaiſium in Iure Cameral. Rubric. Mandata ſuper pace publica* §.*7. Frid. lib. 1. de proceſſ. c. 23. n. 2. circa fin. Schvvanmann. d. cap. 14. nume. 10. & ſeq.* Sæpè etiam ſine vi & coadunatione hominum pax publica frangi ſolet. His in caſibus nec in libello narrandæ nec in proceſſu probandæ eius neceſſitas eſto: cæteris vtrumq; iuxta ſtylum requiritor, ſaltem eatenus, vt elici ex facti circumſtantiis queat, vt iiſdem verbis ſcribit *D. Petr. Denaiſ. d. loc.* §.*6.* per conſtitutionem imperij in comitiis Ratisbonæ Anno 1594. habitis promulgatam, cuius verba ita ſe habent: Alſo iſt auch Zweiffel fürgefallen / wie in den Fällen/da einer omittendo oder committendo, doch ohne euſſerlichen offenen Gewalt in die Peen deß Landfriedens zu erklären gebetten würde / die Beſcheinung der Geſchicht vnnd Gewalts geſchehen ſoll. Welches dahin verordnet würdt/daß in obgeſetzten Fällen / als wann einer auff deß andern Erſuchen einem offentlichen Landfriedbrechern nicht nacheilen will / oder demſelben heimlich Raht oder Fürſchub thut / weder in narratis ſupplicationis, noch in proceſſu cauſſæ die Erzehlung oder Beweiſung violentiæ vel coadunationis hominum von nöhten / in andern Fällen aber da der Landfried mit öffentlichem Gewalt vnnd gewapneter Hannd violiert vnd gebrochen wirdt / vnnd darüber Proceß vnnd Citation außgebracht werden ſollen / daß als dann ſo wol violentiæ & coadunationis hominum deductio in ſupplicatione, vnd deren Beweiſung in proceſſu cauſſæ von nöhten / auch alſo bey denſelben requiſitis de ſtylo verbleiben ſoll / nicht der Geſtalt / daß es eben im Buchſtabe alſo angezogen vnnd erwieſen ſeyn muſte / ſondern würdt für genug geachtet / wann auß der Supplication / der erwieſenen Gewaltthat Vmbſtänden daſſelb ſchließlich erſcheinen vnd colligiert werden möge.

Apparet ex hac conſtitutione, violentiam illam & coadunationem hominum non quo ad literam deduci & probari oportere, ſed ſufficere, ſi ex facto eiusque circumſtantiis colligi poſſit. Cæterùm armatos intelligere debemus non vtique eos, qui tela habuerint, ſed etiam eos, qui habent aliud, quod nocere poteſt *l. Armatos. ff. de vi public. Gail. 1. de pac. public. cap. 7. num. 4.*

ᶜ Zum dritten.] Tertiò requiritur dolus malus, propoſitum nimirum & deſtinata voluntas offendendi, id quod arguunt verba conſtitutionis, fürſetzlich/ gefährlich vnd freuentlich *Gail. 1. de pac. publ. cap. 7. nu. 6. & ſeq. Pet. Frid. Mindan. lib. 1. de proceſſ. cap. 22. nu. 3. per l. Qui cœtus 5. ibi dolo malo, & l. Qui dolo malo. 10. ff. de vi publ. l. 2.* §. *dolo autem malo. ff. vi bonor. raptor. Chriſtoph. Schvvanman. lib. 1. proceſſ. Cameral. cap. 14. nu. 6.* Quomodo autem generaliter dolus probetur, & quomodo ac quando præſumatur latè exponit *Maſcard. de probat. volu. 1. concluſ. 531.* Sanè ſi quis rei per ſeſe illicitæ & prohibitæ dat operam, in dolo manifeſto eſſe cenſetur *l. ſi ex plagis* §. *tabernarius. ff. ad l. Aquil. & l. ſi non conuicij C. de iniur. Maſcard. de probat. d. conclu. 531. nu. 10. & nu. 24. per ea, quæ ibi allegat Gail. d. cap. 7. numer. 13 14. 15. & 16. vbi multa adducit.* Facit reſponſum Marciani iuriſconſulti *in l. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar. vbi ex re, inquit, conſtituendum eſt, qui gladium ſtrinxerit, & in eo percuſſerit, indubitatè occidendi animo id eum admiſiſſe.* Vide Friderum non minùs pulcrè, quam latè hæc tractantem *d. cap. 23. num. 5 & 6.* In hac pacis publicæ conſtitutione etſi dolus diſertè non narretur, ſi tamen ex facti circumſtantiis colligi poſſit, & indiciis perſpicuis demonſtretur, ad damnationem ſufficit per conſtitutionem Imperij in Comitiis Anno 1594. Ratisbonæ habitis promulgatam. §. Ebener maſſen *verb.* Demnach auch durch Cammerrichter vnd Beyſitzer bey dieſem Proceß erregt würdt/ daß *in narratis ſupplicationum* vnd Erkennung der Proceß nicht allweg *dolus* dermaſſen erfordert/ daß er eben im Buchſtabe alſo erzehlt werde / ſondern genugſam ſeye / wann das *factum* an jhm ſelbſt ſtraffwürdig/ vnd im Landtfrieden außtrücklich verbotten/ befunden/ vnnd alſo der *dolus* auß allerhande

erzehlten

erzehlten Vmbſtänden abzunemmen/ oder ſich *ex ipſa facti euidentia* vnzweiffenlich ſehen laſſe/ hernach aber dem Kläger obligen ſoll dem angegebenen Freuel/ gefährlichen Vorſatz/ vnd *dolum malum* deß Angeklagten/ wie recht/ zubeweiſen vnd darzuthun/ vnd weiter erwogen/ ob gleich *Conſtitutio fractæ pacis verum dolum* erfordere/ daß es doch gnug/ ſintemal ſolcher *dolus in mente delinquentis* beruhet/ vnnd derowegen ſchwerlich *directè* zu probieren/ derſelb auß den Vmbſtänden der Thathandelung/ *ex perſpicuis indiciis & euidentia ipſius facti* könne vnd möge erwieſen werden/ als da *vis publica coadunatio hominum, incendium, hoſtilis inuaſio territorij alieni* vorhanden/ ſo laſſen wir vns ſolch Bedencken vnſers Cammergerichts wolgefallen vñ wöllen/ wann die *narrata* mit allen erzehlten Vmbſtänden auff welche die Proceß ſeyndt außgebracht/ durch den Kläger/ wie ſichs gebührt/ genugſam erwieſen/ vnd auß denſelben *verus dolus circumſtantiis, perſpicuis indiciis, ſeu euidentia facti* dargethan/ daß als dañ zu Erklärung der Peen deß Landtfrieden möcht geſchritten werden. *D. Petr. Denaiſ. d. Rubr. mandata ſuper pace publica §. 9. D. Petr. Frid. Mindan. d. cap. 23. num. 5. Chriſtoph. Schvvanmann. d. cap. 14. num. 6. Faciunt, quæ tradit Gail. d. cap. 7. à num. 12. vſque ad num. 18.*

Porrò etſi circa ſecundum requiſitum à nobis dictum ſit, vim armatam & coadunationem hominum requiri, & iudicis arbitrio permittendum eſſe, quot homines coacti ſufficiant, vt fracta pax publica dicatur, dictum etiam ſit ſuprà, hanc conſtitutionem pacis publicæ omnes indiſtinctè tenere; ſi tamen vnus aliquis, præſertim mediatè imperio ſubiectus vim vel cædem in via publica perpetrauerit, cognitio non ad Cameram, ſed ad ordinarium immediarum Iudicem pertinebit, idque per conſtitutionem Imperij in Comitiis Anno 1594. Ratiſbonæ habitis promulgatam §. Ebener maſſen *verb.* da ſich aber ein ſolcher Fall begebe/ wann nur ein einzige Perſon/ ſonderlich die mit Mittel dem Reich vnterworffen/ auff freyer Landtſtraſſen einen andern böߟlich erſchieſſen/ oder dergleichen Mißhandlung thäte/ wiewol man im Zweiffel ſtehen können/ ob dieſelbige Perſon durch die ordentliche deß Orts/ da die That geſchehen/ oder die vnmittelbare Obrigkeit zuſtraffen/ welches Orts der Beſchädigte ſeine Klag anbringen möge: So ſetzen/ ordnen/ vnd wollen wir/ doch/ daß in dieſen Fällen/ darmit vnſer Keyſerlich Cammergericht mit denſelbigen nicht vberhäuffet/ der beſchüldigt bey der ordentlichen Obrigkeit vmb Recht anſuchen ſoll. *D. Petrus Denaiſ. d. Rubric. mandata ſuper pace publica §. 8. Facit, quod ſcribit Gail. d. cap. 7. numer 24. conſtitutionem hanc pacis publicæ proculdubio ex mente Statuum Imperij non ſingulorum & priuatorum nomine eſſe promulgatam, quorum vana eſt ſine viribus ira, & qui pœnis ordinariis in officio retineri, & delinquendo plecti poſſint, ſed eorum potiſſimum nomine, qui per potentiam collecto milite vel auxilio multorum alium iniquè offendere & pacem publicam turbare poſſint, quod in decernendis proceſſibus diligenter conſiderandum eſſe ſubiicit.*

[d] Im Fall dann ſolche qualitates vnd Vmbſtänd nit erwieſen.] Qualitates haſce tres, quas hactenus requiri diximus omnes, ſeorſum & coniunctim probari oportet, nec ſufficit ſi probetur vna. Qualibet enim harum deficiente ceſſat ipſa conſtitutio, ideoque non ad pœnas fractæ pacis publicæ, ſed ad pœnas iuris communis ratione ſimplicis ſpolij agi poteſt *Gail. d. cap. 7. num. 19.* idque coram Iudice ordinario vulgat. *l. final. C. vbi in rem act.* quod qualitates hæ Cameræ iuriſdictionem fundent *Gail. 1. de pac. public. cap. 13. numer. 16. & libr. eod. cap. 15. num. 3.* & dictum eſt ſuprà *num. 56.* ſimplex ſpolium ad auſtregas, intellige reſpectum eorum, inter quos locum habent, pertinere, quod *idem edicit part. 2. ordin. tit. 8.* Cum namque lex vel ſtatutum plura coniunctim requirit, non ſufficit alterum fieri, ſed omnia adimpleri neceſſe eſt *l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit decem. ff. de verbor. oblıgat.* Non igitur ſolum factum principale, veluti quod reus deiecerit, verberauerit, pulſauerit, ſed & qualitates requiſitas vim publicam, armatam manum, quæ fit coadunatis hominibus, dolumque malum ex propoſito probari neceſſe eſt, quod qualitas requiſita à facto principali ſeparari nequeat, & factum qualificatum in libello proponens cenſeatur ſe ad vtrumq; adſtrinxiſſe tàm ad factum ipſum, quàm ad qua-



Digitized by Google

litatis eius *DD. in c. ex parte ele. 1. de reſcript. ideoque omiſſa qualitate aliud factum eſſe cenſeatur, quam illud, quod in libello propoſitum eſt. Gail. 1. de pac. publ. cap. 13. num. 3. vbi multas autoritates adducit.*

Conſtat igitur hinc, qualitates in cauſſis fractæ pacis ad amuſſim & præciſè probandas eſſe, id quod edicit quoq; imperij conſtitutio in Comitiis Ratisbonæ Anno 1594. habitis promulgata §. Dieweil dann *verb.* Erinnert man ſich hierbey/ was es vor ein Gelegenheit mit ſolchen Fällen habe/ vnd daß die Qualitäten in Landfriedbrüchigen Sachen eygentlich ſollen vnd müſſen durch den klagenden Theil bewieſen werden/ welche auch von dem *facto principali* nicht abzuſondern/ ꝛc. Qualitatibus tamen fractæ pacis ad amuſſim non probatis, reus vtcunque delicti facinoriſuè compertus, attamen in cauſſa citationis & mandati abſoluitor: Cauſſa ad Iudicem ordinarium remittitor. Is per viam implorationis ſubſidiariæ à Camera acta impetrato, atque ex iis litem decidito, vtrique tamen parti probatio vlterior ſalua eſto, vt iiſdem verbis tradit *D. Petrus Denaiſius d. Rubric. mandata ſuper pace publica. §. 10.* idq; ex conſtitutione Imperij in Comitiis Anno 1594. Ratisbonæ promulgata verb. Dieweil dann ferrner bedacht worden / nachdem die Verwürckungen vnnd wider den Landtfrieden begangene Mißhandelungen einander faſt vngleich / zu dem der Angeklagten *defenſiones* bißweilen dermaſſen befunden werden / daß das beklagte *factum* nicht allerdings für ein Landfriedbruch zu achten/ vnd aber gleichwol der Angeklagt/ *ob ſimplex commiſſum delictum*, oder ja zum wenigſten *ob latam culpam verſutiæ* ſtraffwürdig iſt / vnnd derwegen auß etlichen Vrſachen / daß in ſolchen Fällen nicht allein *in puncto citationis* der Straff halben/ vnd wie dieſelb nach geſtalt vnd Gelegenheit der Verhandelung vnnd derſelbigen Vmbſtändt zu ſetzen vnd zumäſſigen / ſondern auch da gleich in ſolchem *puncto citationis* der Beklagt gäntzlich zu abſoluierẽ were/ dannoch *in puncto mandati* auch *definitiuè* geſprochen vñ geortheilt werden ſoll/ ꝛc. Erinnert man ſich hierbey/ was es vor ein Gelegenheit mit ſolchen Fällen habe/ vñ daß die Qualitäten in Landtfriedbrüchigen Sachen eygentlich ſollen vnnd müſſen durch den klagenden Theil bewieſen werden / welches auch von dem *facto principali* nicht abzuſondern / *adeò vt omiſſa qualitate facti aliud cenſeatur factum, quàm illud, quod in libello propoſitum eſt.* Sintemal dann in Mangel der Beſcheinung vorberürter Qualitäten auff den Landtfrieden *Iuriſdictio* vnſers Keyſerlichen Cammergerichts / ſo wol *in puncto citationis*, als auch *mandati de reſtituendo* nicht fundiert / vnnd hierdurch den Beklagten nicht allein *Beneficium primæ inſtantiæ*, ſondern auch der ordentlichen Obrigkeit die gebührende Straff in ſolchen Fällen benom̃en würde/ vnnd dem klagenden Theil allermeiſt zu zulegen vnd zu imputiern/ *quòd ineptam actionem intentârit*; So ſetzen/ ordnen/ vnd wöllen wir/ daß es dißfals bey vnſers Cammergerichts hergebrachtem *Stylo* vnnd gemeiner rechtlichen Verordenung gelaſſen / vnd wann *in cauſſis fractæ pacis* die erforderte *qualitates*, wie ſich Vermög der Recht/ Reichsordnũg/ vnd nach Gelegenheit der Sachen gebührt / nicht gnugſam erwieſen vnd dargethan/ daß der Beklagt *in puncto citationis & mandati* abſoluiert / vnd die Partheyen an jren ordentlichen Richter gewieſen werden ſollen / darmit aber auff ein ſolchen Fall *abſolutionis rei, in puncto citationis ſuper fracta pace*, wann der klagendt Theil ſein Widerſacher vor der ordentlichen Obrigkeit *ſuper ſpolio, turbatione, iniuria, &c.* Oder anderer Sachen halben mit Recht gebührender Weiß fürnemmen wolte / die Sachen vmb ſo viel ſchleuniger befördert/ vnd die Partheyen mit newen Vollführungen der Beweiſung vnd weiter Vnkoſten nicht beſchwert / ſondern zu förderlicher Rechts Ertheilung kommen könne / dißfals ſollen die *Acta*, welche *ſuper fracta pace* am Cammergericht eyngebracht vnd ventiliert/ *per viam implorationis ſubſidiariæ* dem ordentlichen Richter/ vor welchen die Sachen in erſter Inſtantz gehörig/ gefolgt werden/ vñ ſollen in dieſem Fall dieſelbige *Acta* eben ſo wol gelten vnd kräfftig ſeyn/ als wann ſie *coram eorum Iudice* weren vorbracht vnnd volnführt/ auch darauff / was nach geſtalt derſelben von Rechts wegen ſich gebührt / geſprochen werden/ doch hierdurch einen oder dem andern Theil/ da ſie fermer Beweiſung thun vnd fürnemmen wolten/ nichts benommen.

Fürs

LVIII.

Fürs dritte iſt zuwiſſen / wiewol in Rechten ſchwere vnd mancherley Straffen wider diß Laſter geſetzt / daß doch die Ordnung von zweyē Straffen redet / die ein am Gelt / die ander am Leib. Die Geltſtraff iſt [a] 2000. Marck feins Goldts / mit Verlierung aller Keyſerlichen Freyheiten. Die ander Straff iſt / da einer mit Leib vnd Gut verfallen.

[a] 2000. Marck] Zwey tauſendt Marck feines Goldts, ſiue duomillia marcarū auri puri, vt edicit conſtitutio pacis publicæ An. 48. promulgatæ. Errat igitur vulgaris Autoris lectio, quæ tantum ducentas marcas ponit. Id quod Tyrones diligenter notabunt. Vna autem marca puri auri valet 72. aureos. Tota igitur pœna 2000. marcarum auri puri facit 144000. aureos.

LIX

Vnd wiewol die Ordnung vermag / daß ein ſolcher Landtfriedbrecher mit der That in die Acht gefallen / [a] iſt doch ſolches alſo zuuerſtehen / daß der Kläger die Landfriedbrüchige Handlung durch ein Supplication erzehl / darauff ein Citation begere / ſo dann [b] die That gnugſam dargethan / vnnd offenbahr / als dann wirdt der Beklagt in die Acht erklärt.

[a] Iſt doch ſolches alſo zuuerſtehen ] Non videbatur præuia citatione aut aliqua ſententia banni declaratoria opus eſſe, quoniam conſtitutiones diuorum Imperatorum Maximiliani I. Caroli V. de Anno 48. *tit. 1. & ordinatio Cameræ part. 2. tit. 9. §. 10. volunt*, violatorem pacis publicæ ipſo facto in bannum imperiale incidiſſe verb. der oder dieſelbige ſollen mit der That von Recht in die Peen deß Friedbruchs ſonderlich in der Keyſerlichen Maieſtat / vnſer vnnd deß heyligen Reichs Acht ſampt andern Penen gefallen ſeyn. Quia verba, *ipſo iure. vel ſtatim aut mox, aut omnibus modis*, quæ in effectu idem important, includunt priuationem rei abſque alia ſententia ita vt nō ſit opus longo litis ſufflamine, aut tela iudiciaria, vel longis proceſſus ambagibus *c. fin. de præſcript. in 6. ibidemquè Franc. nu. 1. c. 1. de reſcript. libr. eod. ibiq́; gloſſ. in verbo iure. Bart. in l. 1. num. 4. ff. de his qui notant. infam. & in l. Imperator. nu. 1. ff. de iur. fiſc. Port. libr. 1. commun. opinion. concluſ. 2.*

Verùm hiſce non obſtantibus præuia rei citatio & ſententia Iudicis declaratoria etiam in caſu fractæ pacis publicæ requiritur, & ita in Camera & ſeruari & ſemper obſeruatum eſſe tradit *Gail. lib. 2. de pac. public. cap. 3. num. 1. & num. 8.* Et illud idem expreſsè docet ordinatio Cameræ *p. 2. d. tit. 9. §. 2. verb.* So bald auch der oder dieſelbigen Thäter vnd Friedbrecher alſo durch die Käyſerliche Maieſtat / vns als Römiſchen König oder das Keyſerliche Cammergericht mit vorgehender Citation oder Fürheiſchung alſo in die gemelt Acht verfallen ſeyn / declariert vnd erklärt. *Et probè notandum eſt, quòd ſcribit Grammat. deciſ. 15. num. 8. omnia iura mundi diſponentia pro aliquo crimine ipſo iure pœnam imponi intelligenda eſſe, dummodò ſecuta fuerit ſententia declaratoria, quâ declaretur, crimen illud commiſſum fuiſſe, aliâs pœnam non habere executionem ſeu effectum ſuum. Item quod ſcribit Anton. Gabr. Roman. libr. 2. concluſ. tit. de citat. concluſ. 1. numer. 176. eum, qui ipſo iure pœnam incurrit, citandum eſſe ad audiendam ſententiam declaratoriam Borch. de feud. cap. 8. num. 157. Et ad hoc, vt bona alicui auferantur ratione delicti, ſententia declaratoria ſuper commiſſo crimine neceſſariò requiritur. c. cum ſecundum de hæret. libr. 6. l. eius qui delatorem. ff. de iur. fiſc. Grammat. d. deciſ. 15 nume. 8 Gail. d. cap. 3. num. 3. & libr. 2. practicar. obſeruat. obſer. 51. num. 4. & ferè per tot. Sic in ſimili caſu licet vaſallus propter commiſſam feloniam ipſo iure feudum amittat, veluti fit, ſi abſque domini voluntate feudum alienauerit, Borch. d. cap. 8. nume. 156. vbi multa adducit. Gail. d. obſeru. 51. tamen ad auocandam poſſeſſionem feudi à vaſallo requiritur ſententia declaratoria priuationis feudi. Zaſ. de feud.*

*part. 10.*

Digitized by Google

*part.10.num.73.Paris de Puteo de redintegr.feudor.cap.30.nume.10.Borcholt.d.loc.vbi hanc ſententiam multis autoritatibus firmat.Gail.d.obſeru.51.nume.2.*

b Die Thät gnugſam dargethan.] De delicto igitur priùs conſtare debet per ſufficientes probationes, exploratumque eſſe, reum pacem publicam fregiſſe, quam ad bannum deueniatur per ea, *quæ tradit Gail.libr.2.de pac.publ.d.cap.3.num.1.* vbi non omnem vim publicam fractam pacem eſſe, & neminem haberi talem, niſi ſit talis pronunciatus, eleganter conſiderat. An verò ſi notorium ſit, à reo pacem publicam fractam violatamque eſſe, nihilominus præuia requiritur citatio & ſententia declaratoria. Non requiri videri queat, quod in notoriis ſolennitas iuris non ſeruatur *c.ad noſtram el.3.de iureiur.c.euidentia de accuſat.c. Quæ Lotharius 2. quæſt.1.Anthar.conſil.197.num 4.incip.Subtiliter & ad plenum. Natt.conſil.540.nume.7. vol.3.incip.ex pluribus.Hippol.in pract.criminal.§.ſecunda.nu.38.* Verùm etiam in notoriis criminibus requiri præuiam citationem & ſententiam declaratoriam tradit *Bart.in l.Meuius.§.duobus.ff.de legat.1.& in l. Imperator ff. de iur.fiſc. Hippol. ad Rubric.ff. ad l Cornel.de falſ.num.38.& in practi. crimin.§.aggredior.nu.133.Felin.in c.præterea nu.2. de ſponſal.* Iudici enim de notorio conſtare debet vt Iudici ex actis, quia non ſufficit factum eſſe notorium, niſi etiam ſint notoriæ qualitates *Iul. Clar.in practi criminal.§.fi. quæſt.19.nu.3.4.& 5.vbi communem dicit.* Ergò etiam in notorio crimine fractæ pacis præuia citatione ſententiaque declaratoria opus erit per ea, quæ tradit *Gail.lib.2 de pac.publ.d.cap.3.nume.11.12.13.14.& 15.*

Limitatur tamen hæc de notorio fractæ pacis crimine tradita concluſio, vt non procedat in crimine notoria rebellionis actu permanētis, veluti ſi quis contra pacem publicam aduerſus Imperatorem & Imperium Romanum armata manu perfidè inſurgat, ſtatumque imperij & pacem publicam, collecto milite malo exemplo ſceleratè perturbet *Gail. d.cap.3. nu. 16.* vt fit in palantium militum, prædonum, & erronum concurſu. Tunc enim nulla ſententia declaratoria opus eſt; ſed ipſo facto nunc pro vt & tunc, & tunc pro vt ex nunc, in bannum huiuſmodi pacis publicæ perturbatores incidunt, werden mit der That ohn einige fernere Erklärung jtzo als dann / vnd dann als jtzo in die Acht gethan / vt expreſſis hiſce verbis cautum eſt in conſtitutione Imperij in Comitiis Auguſtæ vindelicorum An. 59. habitis promulgata §. Damit dann hinfüro / & in conſtitutione Imperij in Comitiis Auguſtanis Anno 66.promulgata.§ Auff den Fall dann.*Gail.d cap.3. num.18.& ſeq.& nu.24.* vbi in huiuſmodi atrocioribus & manifeſtis delictis banni declarationem abſque vllo iuris proceſſu fieri per Imperatorem ſcribit hoc modo, vt nimirum feciales bannum publicè ſonantibus tubis ſub dio ſolenniter denuncient, & delicti qualitatem ex breuiculo recitent, eoq; facto, edicta vbiq; locorum affigantur in imperio, vt bannum omnibus innoteſcat, bannitusque à nemine domino tectoue recipiatur, quam Cæſaris declarationem iuris potiùs executionem quam ſententiam eſſe ibidem ſubiicit. Sic in ſimili, etiamſi, ſicut ſuprà dictum eſt, quando feudum ipſo iure amittitur, veluti fit in felonia aduerſus dominum commiſſa, ſententia priuationis feudi declaratoria requiratur; hoc tamen non procedit in felonia notoria actu permanente; eo namque caſu poteſt dominus de facto nulla præcedente ſententia declaratoria, occupare poſſeſſionem feudi *Matth.de Afflict.in c.1.§.final.numer.4.ibi ſecundus caſus, quo tempore miles Gail.obſeru.51.num.8.Borch.d.cap.8.num.158.*

## LX.

**Zum vierdten iſt diß der Proceß einen in die Acht zu erklären / erſtlich ſo erzehlt der Protonotarius auß dem Vrtheils Buch alle deß Aechters begangene Handelung / mit Vermeldung / dieweil dieſelbigen erwieſen / daß Beklagter derwegen Vermög der Ordnungen in die Acht**

ex-

erklärt. Wann nun erſtlich dieſes Vrtheil durch den Protonotarium in öffentlicher Audientz alſo verleſen / ſo ſtehet der Cammerrichter ſampt andern Beyſitzern von ſtundan auff / lieſet vnter dem freyen Himmel auff dem Marck zum andern mal deß Aechters begangene Handlungen / erklärt in die Acht / erlaubt ſeyn Leib vnd Gut jedermänniglich frey / ſo ſolches verricht / [a] zerreiſt er den Zettel / wirfft den auff die Erden / nach ſolchem allen werden die Achtsbrieff allenthalben angeſchlagen.

Totum hoc autoris theorema eleganter luculenterque explicatum vide apud *Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 6. per tot.* Cæterùm notandum eſt, hanc formam tantùm ſecularibus quadrare. Status eccleſiaſtici ab Imperatore non banniuntur, ſed ſolummodò priuantur beneficiis regalibus & priuilegiis, quæ ab Imperatore & Imperio habent, & quorum nomine Cæſari & Imperio ſubiecti ſunt *Gail. lib. 2. de pac. public. cap. 4. num. 21. vbi formulam huius ſententiæ tradit, & Autor infrà numer. 72.* idque non publicè ſub dio, vti ſeculares, ſed in ipſo conſiſtorio iudice ſedente pro tribunali. *Gail. lib. 1. de pac. public. cap. 1.* Sic etiam mulieres, vt ſexus verecundiæ & pudoris ratio habeatur, vt ſanè haberi debet *l. Item apud Labeonem. §. hac autem ferè. ff. de iniur. l. 1. C. de offic. diuerſ. Iudic. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtul. l. Quintus. §. final. in fin. ff. mandat.* non in bannum conſueta hac & recepta formula denunciantur, ſed quadam ſimilitudine Eccleſiaſticarum perſonarum bonis omnibus, beneficiis, fauoribus atque priuilegiis iuris communis & municipalis priuantur *Gail. libr. 1. de pac. publ. d. cap. 1. num. 36.*

[a] Zerreiſt er den Zettel / wirfft den auff die Erden.] Hæc chartæ ſiue Schædulæ, in qua denunciatio banni ſcripta eſt, ruptura, eiusque in terram abiectio denotat, ſententiam banni paſſum ciuitatem Romanam amittere, & ex ciuium Romanorum albo deletum exterminatumque, veluti membrum abiectum, nec priuilegiorum, nec beneficiorum iuris communis vel imperij capacem ampliùs eſſe, atque adeò fide & clientela Cæſaris & Imperij minimè gaudere poſſe *Gail. libr. 2. de pac. publ. d. cap. 6. num. 22. per text. in l. amiſſione. §. Qui deficiunt in fin. ff. de capit. minut.* Hinc per Imperatorem vel Cameram ita banniti teſtamenti faciendi ius non habent *arg. l. 1. §. 2.* Vbi Vlpianus Iuriſconſultus. Hi quibus aqua & igni interdictum eſt, inquit, item deportati fideicommiſſum relinquere non poſſunt, quia nec teſtamenti faciendi ius habent, cum ſint ἀπόλιδες, id eſt, extorres. *ff. de legat. & fideicom. 3. D. Iohannes Dauth. in elegantiſſimo ſuo tractatu de teſtament. num. 211. pag. 249.* Quemadmodum enim olim aquæ & ignis interdictioni deportatio: ita hodiè deportationi ſucceſſit bannum imperij, cum ciuitatem & bona ſua amittant. *Text. eſt* im Königlichen Wormbſiſchen Landtfrieden deß 1495. Jahrs *ſub Rubric.* Die Peen der Friedbrecher. Vnd im Ordnung deß Landfrieden *ſub Rubric.* Die Peen aller Friedbrecher *Anno 1521.* zu Wormbß auffgerichtet. *Bart. in d. l. amiſſio. §. Qui deficiunt. ff. de cap. minut. DD. in §. cum autem. inſtit. Quib. mod. Ius patr. poteſt. ſoluat. Clar. in practic. crimin. §. fina. quæſt. 67. nume. 8. Soaretz. in theſauro receptarum ſententiarum. verb. Banniti num. 1. & ſeqq. Villalob. in verb. banniti. idemquè Fichard. in addition. & Matth. Gribald. in verb. Bannitus. Mynſing. obſer. 30. cent. 3. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 19. & 20. & lib. 2. cap. 3. 6. num. 20. & ſeqq. Kirchou. cent. 1. commun. opinion. concluſ. 45. Banniti, quos omnes refert & ſequitur Dauth. in ſuo tractatu de teſtament. pag. 251. §. Et quemadmodum.* An autem & quatenus accuſatus ſuper fracta pace pendente iudicio de rebus ſuis diſponere poſſit, vide *Gail. latè tractantem lib. 1. de pac. publ. cap. 19. per tot.* Sicut verò banniti, vt modò dictum eſt, teſtamenti faciendi ius non habent, ſic neque hæredes inſtitui poſſunt, quod in deportatorum locum, ſicut diximus, ſucceſſerint. Illi. n. inſtitui nequeunt, & vt maximè de facto hæredes ſcribantur, tamen quia peregrini ſunt, id eſt, ciues eſſe deſierunt, capere non poſſunt, ſed hæreditas in ea cauſſa eſt, in

qua

Digitized by Google

qua eſſet, ſi hæredes non ſcripti fuiſſent *l. ibiq́. DD. & Iaſ. nu. 1. C. de hæred. inſt. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. libr. 1. § 4. numer. 9. Duaren. ſub Rubric. de hæred. inſtituend. cap. 2. verſic. Quæſtio etiam eſt de peregrino. Rolandin. in tractatu de teſtament. p. 1. rub. 2. nu. 4. Dilect. de arte teſtandi tit. 1. caut. 10. num. 3. Craſſus. §. inſtitutio. quæſt. 2. per tot. Danth. in tractat. de teſtam. pag. 43. nu. 298. Et propterea idem de Imperij bannitis iudicandum eſſe ibidem ſubiicit. Quod etiam affirmat Roland. de teſtament. p. 1. rubr. 21. nume. 18. & Dilect. de art. teſtand. tit. 1. caut. 10. num. 10.*

Hinc neque agere banniti Imperij in iudicio poſſunt. *Gail. libr. 12. de pac. publ. cap. 12. nu. 1* quia actiones ſunt iuris ciuilis *l. 2. §. deinde ex his. ff. de origin. iur. l. in commodato. § ſicut. ff. commod.* ibi actiones ciuiles *l. 1. §. 1. ff. de ſuperficieb. ibi ciuili actione. Gail. d. cap. 12. nu. 2.* vbi ita communiter placuiſſe atteſtatur. Banniti autem omnia ciuitatis iura, vt ciuitatem ipſam amittunt, ſicut ſuprà dictum fuit, & tradunt *DD. in ſuprà allegatis locis. Bald. in d. l. 1 numer. 4 C. de hæred. inſtit. text. in d. l. amiſſione. § Qui deficiunt. ff. de cap. minut.* Quin immò ipſa pacis publicæ conſtitutio & ordinatio Cameræ *part. 2. tit. 9 § 2.* diſertis verbis iubent omnes obligationes, iuramenta, pacta, & actiones ex parte bannitorum caſſa, irrita, & penitus nulla eſſe daß alle Verſchreibungen/ Pflicht/ vnd Bündnuß jhnen zuſtehend/ vnd darauff ſie Spruch vnd Forderung haben möchten ab vnd Todt ſeyn ſollen. Ab aliis tamen banniti in ius vocati comparere & ſeſe defendere poſſunt. *Gail. d. cap. 12. num. 15.* Ratio eſt, quòd licet ciuitatem perdant banniti, retinent tamẽ ea quæ ſunt iuris naturalis, *§. minor ſiue media, vbi deportatum ciuitatem quidem amittere, libertatem verò retinere ſcriptum eſt inſtit. de capit. minut.* In locum autem deportati ſucceſſit bannitus, vt ſuprà docuimus. Iam verò defenſio eſt iuris naturalis, quæ nemini ne Diabolo quidem denegari debet *Clement. Paſtoral. de ſentent. & re iudic. ibiquè communiter Canoniſtæ l. Diuus ff. de adopt. & DD. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* Et de excommunicato quòd, licet agere nequeat, tamen in ius vocatus rectè ſe defendat, *text. ſunt in c. dilecti & c. dilecta de except. & in c. c. pia eod. tit. in 6. & in c. intelleximus de iudic. ibiquè communiter canoniſtæ.*

gen/ Ceremonien/ vnnd Beſtellung der Miniſterien / Kirchengebräuchen/ Ordnungen/ vnd Ceremonien / ſo ſie auffgericht oder auffrichten möchten/ biß zu endtlicher Vergleichung /der Religion nicht exerciert/ gebraucht / oder geübt werden/ ſonder derſelbigen Religion / Glauben/ Kirchengebräuchen/Ordnungen/Ceremonien vnd Beſtellung der Miniſterien / wie hiervon nachfolgendts ein beſonder Artickel geſetzt / jhren Gang gelaſſen/vnd kein Hindernuß oder Eyntrag dardurch beſchehen/ vnd alſo hierauff / wie obgemelt / biß zu endtlicher Chriſtlicher Vergleichung der Religion / die Geiſtliche Juriſdiction ruhen/ eyngeſtelt/ vnnd ſuſpendiert ſeyn vnd bleiben: Aber in andern Sachen vnnd Fällen der Augſpurgiſchen Confeſſion / Religion/ Glauben/Kirchengebräuchen/ Ordnungen / Ceremonien / vnd Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend/ ſoll vnnd mag die Geiſtlich Juriſdiction durch die Ertzbiſchoff/ Biſchoff / vnd andere Prælaten / wie deren Exercitium an einem jeden Ort hergebracht / vnnd ſie in deren Vbung/ Gebrauch vnnd Poſſeſſion ſindt / hinfür/ wie bißher/ vnuerhindert/ exerciert/ geübt vnd gebraucht werden.

Definitur hîc, iuriſdictionem ſacram ſiue Eccleſiaſticam, quam Pontificij more quodam maiorum inſtitutoque, in omnibus negotiis ad religionem pertinentibus, ſibi vſurpabant in Auguſtanæ confeſſionis religionem, miniſteria, ritus, leges, & ceremonias iam tum inſtitutas & porrò inſtituendas non exerceri, ſed vſque ad plenam perfectamque religionis compoſitionem quieſcere & ſuſpenſam eſſe debere. Quid autem hæc iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſuſpenſio operetur, quam vim poteſtatemq; habeat, nunc videamus. Primò quidem operatur, vt cognitio de Auguſtana confeſſione, verane ſit illa an minus, vſque ad plenam perfectamque religionis diſſidij compoſitionem planè ſuſpenſa, eaque nec in Camera tractari, neque ad Auſtregas vel ſingulares Imperij receſſus, neque ad forum Eccleſiaſticum remitti poſſit *Frid. lib. 1. de proceſſ. cap. 29. num. 1.* Secundò operatur, vt exercitium Auguſtanæ confeſſionis pleniſſima in Imperio Romano ſecuritate gaudere debeat, ſic vt nullus ſtatus alterum reſpectu illius turbare vel offendere poſſit, *ſicut ſuprà dictum eſt. Frider. d. cap. 29. num. 2:* Tertiò operatur, vt omnibus Imperij Statibus & Nobilibus immediatè imperio ſubiectis citra cuiusque impedimentum & offenſionem in ſuis ditionibus exercitium Auguſtanæ confeſſionis cum exercitio Catholicæ religionis & contra permutare ſit integrum atq; liberum, Archiepiſcopis tamen, Epiſcopis, Prælatis non aliter ad Auguſtanam confeſſionem facere diſceſſionem liceat, *quam ſub cautione ſuprà in §. 6. incip.* Vnd nach dem *propoſita, vt nimirum prælaturæ earumquè reditus ad Pontificios redeant. Vide Frid. d. cap. 29. num. 3.* Quartò operatur, vt ſi quis Imperij Status vel Nobilis immediatè imperio ſubiectus in hoc alterutrius religionis exercitio turbetur, non forum Eccleſiaſticum, ſed Camera Imperialis Iudex competens eſſe debeat. *§. final. infr.* Wir befehlen. *Frider. d. cap. 29. num. 5.*

IX.

Als auch den Ständen der alten Religion verwandt / alle jhre zuſtändige Renth/ Zinß/ Güldten vnd Zehenden wie oblaut/ folgen ſollen/ ſo ſoll doch einem jeden Stand/ vnder dem die Renth/ Zinß/ Güldte/ Zehenden oder Güter gelegen / an denſelbigen Güter / ſein weltliche Obrigkeit

rigkeit/Renth/vnd Gerechtigkeit/ſo er vor Anfang dieſes Streits in der Religion daran gehabt/vnd im Brauch geweſen/vorbehalten vnd dardurch denſelbigen nichts benommen ſeyn/ vnnd ſollen dannoch von ſolchen obgenantden Gütern die nottürfftige Miniſterien der Kirchen/ Pfarrhen/vnd Schulen/auch die Almoſen vnd Hoſpitalia, die ſie vormals beſtellt vnd zu beſtellen ſchüldig/ von ſolchen obgemelten Gütern/ wie ſolche Miniſteria der Kirchen vnnd Schulen vormals beſtelt/ auch nachmals beſtelt vnnd verſehen werden/ vngeacht/ was Religion die ſeyen.

X.

Vnd ob ſolcher Beſtellung halben Zweyſpalt vnnd Mißuerſtandt fürfielen/ ſo ſollen ſich die Partheyen etlicher Scheidtsperſonen (deren jeder Theil eine oder zwo zu benennen/ vnd da ſich dieſelbige nit vergleichen könten/ einen vnpartheyiſchen Obman zu erwehlen/ der nachmals mit jhnen den zu ſetzen/die Sach zu entſcheyden) vergleichen/ die nach ſummariſcher Verhörung beyder Theil in ſechs Monaten erkennen/ was vnd wie viel zu Vnterhaltung obgemelter Miniſterien vnd Stück gegeben werden ſoll: Doch daß die jenigen/ ſo der Vnterhaltung halben der Miniſterien angefochten werden/ ehe vñ dann dieſer gütlicher Außtrag oder Beſcheid der entſchiedts Perſonen/ vnnd auff den Fall Obmanns/ erfolgt/ deß jhren/ ſo ſie in Poſſeſſion ſindt/ nicht entſetzt/ oder auch arreſtiert noch auffgehalten werden/ deſto weniger aber nicht/ ſo ſollen doch mitler weil/ die jenigen/ ſo/ wie obgemelt/ denen die Renth/ Gült/ Zinß/ Zehenden vnd Güter/ dauon von alters hero die Miniſteria der Kirchen verſehen werden/ vnd die ſolch Onus auff jhnen gehabt/ zu ſtehen/ biß zu Außtrag der Sachen/ was ſie von Alters hero ſolchen Miniſterien gegeben auch fürter entrichten.

XI.

Es ſoll auch kein Standt den andern/noch deſſelben Vnterthanen/ zu ſeiner Religion dringen/ abpracticieren oder wider jhre Obrigkeit in Schutz vnnd Schirm nemmen/noch vertheydigen in keine Weg. Vnd ſoll hiemit den jenigen/ ſo hieuor von Alters Schutz vnd Schirmherrn anzunemmen gehabt/hiedurch nichts benommen vnd dieſelbige nicht gemeint ſeyn.

XII.

Wo aber vnſere auch die Churfürſten/ Fürſten vnd Ständen Vnterthanen der alten Religion oder Augſpurgiſchen Confeſſion/ anhängig/von ſolcher jrer Religion wegen/ auß vnſern/auch der Churfürſten/ Fürſten vnd Ständen deß heyligen Reichs Landen/ Fürſtenthumben/ Stätten oder Flecken/ mit jrem Weib vnd Kindern/ an andere Ort ziehen/vñ ſich niederthun wolten/ denen ſoll ſolcher ab vñ zu Zug auch Verkauffung jhrer Haab vnd Güter/ gegen ziemlichen billichen Abtrag der

 Leib

Leibeygenſchafft/ vnnd Nachſtewer / wie es eines jeden Orts von Alters her vblich herbracht/ vnnd gehalten worden iſt/ vnuerhindert Männiglichs zugelaſſen vnd bewilligt / auch an jhren Ehren vnd Pflichten aller Ding vnentgolten ſeyn. Doch ſoll den Obrigkeiten an jhren Gerechtigkeiten vnnd Herkommen der Leibeygnen halben dieſelben ledig zu zehlen oder nicht/ hierdurch nichts abgebrochen oder benommen ſeyn.

Hucuſq; dictum fuit de beneficio immediatis imperij membris ſtatibus nimirum & Nobilibus immediatè imperio ſuppoſitis per hanc conſtitutionem de religionis pace tributo: Nunc ſequitur beneficium illud, quod mediatis Imperij membris ſtatuum videlicet & Nobilium immediatè imperio ſubiectorum ſubditis conceſſum indultumque eſt, beneficium nempè emigrandi, de quo hic paragraphus diſponit.

An verò hoc beneficium emigrandi ſit neceſſitatis, ſicut ſubditus, ſi Auguſtanam velit amplecti confeſſionem, ex eo loco, in quo publicum Catholicæ religionis exercitium viget, emigrare, aut, niſi eiici velit, religionem in eo loco vigentem amplecti cogatur, grauis & ardua quæſtio eſt. Et neceſſitatis non eſſe eleganter probat *Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 30.* Tùm quòd hic paragraphus (ſicut nec vllus in tota hac conſtitutione textus) de neceſſitate ne verbulo quidem mentionem faciat, ſed tantùm, ſi diſcedere velint ſubditi Auguſtanam vel Catholicam religionem amplectentes, idipſum facere illis ſit integrum, tùm quòd emigrandi beneficium in fauorem Auguſtanæ confeſſionis introductum ſit, ideoq; contra reſcriptũ *l. Quod fauore. C. de legi.* in odium illius retorqueri nõ debeat, tùm quòd conſtitutio generaliter & expreſſè moneat, vt placidè alter alterũ in vtraq; religione ferat, dum religionis negocium plenè perfecteque componatur, tùm quòd conſtitutio iuriſdictionẽ generaliter ſuſpendendo tàm ſtatuum inter ſeſe, quam ſubditorum conſcientiæ eiusque ſecuritati & tranquillitati conſulere voluerit, tùm verò etiã quòd cõſtitutioni paragropho primo ſuprà poſito expreſſè atteſtetur, hanc eſſe cauſſam finalẽ huius religionis pacificationis introducẽdæ, vt ſtatus & ſubditi in certa eaq; conſtanti ſecuritate collocentur, vt ſtatuum ſubditorumq; animi tranquillitate & fiducia coniungantur ac reconcilientur verb. Daß die Stände vñ Vnterthanẽ ſich beſtändiger gewiſſer Sicherheit *& paulò poſt* ſolche nach denckliche Vnſicherheit auffzuheben/ der Stände vnd Vnterthanen Gemüter wider in recht Vertrauwẽ gegen einander zu ſtellen. Ec quænam verò hęc libertas foret, hæc ſecuritas, ſi ſubditis tranquillitate & ſecuritate conſcientiæ frui nõ liceat, & ſi religioni eo in loco, in quo degunt, ſubſcribere nollent, ſolum euertere ac emigrare cogerentur? Vndè conſtat, ſubditorum & Magiſtratuum animos inter ſeſe certa religionis ſecuritate libertateque per conſtitutionem colligatos eſſe,

Non obſtabit primò, ſi obiicias, quòd conſtitutio de ſubditorum & ſtatuum concordia conſtantique ſecuritate diſponit, id non de ſtatibus & ſubditis, quatenus illi mutua ſeſe relatione & affectione veluti Magiſtratus & ſubditi intuentur, ſed quatenus ſunt diſparata, veluti, ſi conſideres ſtatum cum alterius ſtatus ſubditis intelligendum eſſe. Quid enim tùm multum laborare attinet de conſtanti concordia & ſecuritate inter ſtatus & ſubditos conſtituenda, cum nulla conſtitutionis ratio futura eſſet, ſi ſubditi Ducis Saxoniæ opponerentur alteri ſtatui, & cùm etiam ante conſtitutionem alteri alterius ſubditos offendere non licuerit, *vt rectè conſiderat Frider. d. cap. 30. pag. (mihi) 129.*

Neque obſtabit ſecundò, ſi obiicias, hac ratione liberam religionis introducendæ publiceque conſtituendæ ſubditis poteſtatem & facultatem conceſſum iri, cum hanc poteſtatem ſoli ſtatus habeant, & religionis publicum erigere exercitium ad iuriſdictionem pertineat, quã quidem ſubditi tanquam homines

priuati

priuati ſint deſtituti. Id verò minimè ſequitur. Hoc namque ſolum docuimus, conſtitutionem libertatem conſcientiæ & facultatem emigrandi ſubditis tribuere, ita quidem, vt alicui ſubdito eo in loco, in quo viget Catholica religio, priuatim pro ſeſe Auguſtanam complecti confeſſionē modeſtè liceat, eaq; in re vis conſcientiæ illius nulla inferri poſſit, multò minus ipſi aliqua emigrandi propterea, ſi quidem modeſtè ita ſentiat cum nemine prorſus contendendo, neceſſitas imponi queat. Hinc etiam conſequens eſt, ipſum ad vicinos pagos vel oppida in quibus Auguſtana publicè confeſſio docetur, diebus ſacris ſine cuiuſque offenſione vel inuidia concionum ſacrarum audiendarum ſacroſanctæque cœnæ ſumendæ cauſſa diebus conſuetis ex eo loco, in quo degit, exire, atque re diuina peracta eò redire poſſit. Quòd ſi verò factiones excitare, aliosque in ſuam pertrahendo ſententiam collegium aliquod aperire velit, id minimè concedendum eſt, tùm quòd hoc ad Imperij Status pertineat, ſicut diximus, tùm verò etiam, quod huiuſmodi collegia, in quibus religionis cauſſa cogitur, prohibita ſint, *l. 1. §. 1. ff. de colleg. & corpor.*

Quæritur, ſi Comes aliquis ratione ditionis cuiuſdam Principi alicui Catholicæ ſiue Pontificiæ religionis veluti Landſaſſius ſit ſubiectus, an ea in ditione publicum Auguſtanæ religionis exercitium introducere atque conſtituere poſſit. Quod nego, quia ius ſuperioritatis eſt penes Principem, ideoque ſine huius voluntate de religione nihil publicè conſtituere poteſt. Interim tamen priuatim in ſuis ſaltem arcibus ſibi, vxori, liberis & familiæ exercitium religionis rectè reſeruat, *ſicut docet Friderus d. cap. 30. num. 4. pag. (mihi) 131. vbi refert præiudicium in tranſactione Ducis Bauariæ & Comitis ab* Ortenburg / *item præiudicium generoſiſſimi Herois Egnolphi Domini* in Rappolſtein / Hoheneck / Geroltzeck / *& pro hoc melioribus & grauioribus votis in Camera menſe Octobri Anno 81. in cauſſa* Wolslagen *Nobilis in VVeſtphalia concluſum eſſe ſcribit.*

## XIII.

Vnd nach dem ein Vergleichung der Religion vnd Glaubens Sachen durch ziemliche vnnd gebührliche Wege geſucht werden ſoll / vnd aber ohn beſtändigen Frieden zu Chriſtlicher freundtlicher Vergleichung der Religion nit wol zu kommen: So haben wir / auch der Churfürſten Räth an ſtat der Churfürſten / erſcheinende Fürſten / Stände / vnd der abweſenden Bottſchafften vnnd Geſandten / Geiſtliche vnd weltliche / dieſen Friedſtand / von geliebts Friedens wegen / das hochſchädlich Mißvertrauwen im Reich auffzuheben / vnd dieſe löbliche Nation vor endtlichem vorſtehenden Vntergang zu verhütten / vnd damit man deſto ehe zu Chriſtlicher / freundtlicher vnd endtlicher Vergleichung der ſpaltigen Religion kommen möge / bewilligt / ſolchen Frieden in allen obgeſchriebenen Artickeln biß zu Chriſtlicher / freundtlicher vnnd endtlicher Vergleichung der Religion vnd Glaubens Sachen / ſteht / feſt / vnd vnverbrüchlich zuhalten / vnd demſelben treuwlich nach zukommen. Wo dann ſolche Vergleichung durch die Weg deß general Concilij, National Verſammlung / Colloquien / oder Reichshandlungen nicht erfolgen würde / ſoll als dann nichts deſto weniger dieſer Friedſtandt in allen oberzehlten Puncten / vnnd Artickeln / bey Kräfften biß zu endtlicher Vergleichung der Religion vnd Glaubens Sachen / ſtehen vnd bleiben / vnd ſoll alſo hiemit obberührter geſtalt / vnd ſonſt in alle andere Weg / ein beſtändiger /



Digitized by Google

ger beharrlicher unbedingter/ für vnnd für ewigwerender Fried/ auffgericht vnd beſchloſſen ſeyn vnd bleiben.

Hunc paragraphum latè diffuſum pulcrè hoc ſtringit Laconiſmo præſtantiſſimus & politiſſimus Iuriſconſultus *D. Petr. Denaiſ. in d. Rubric. pax Religionis. §. 21.* vbi hæc pax, diffidentiæ, inquit, in imperio tollendæ, ſalutiq; patriæ expediendæ, & ſopiendis Religionum diſſidiis inita, ad vſq; ſummam & placidam Religionis conciliationem, ſarta tectaque & inuiolata, ab omnibus ſeruator; atq; in omnes caſus fœdus purum, perpetuum, æternumq; clueto.

XIV.

Vnd in ſolchem Frieden ſollen die freyen Ritterſchafft/ welche ohn Mittel der Keyſerlichen Maieſtat vnd vns vnterworffen/ auch begriffen ſeyn/ alſo vnnd der Geſtalt/ daß ſie obbemelter beyder Religion halben/ auch von niemádt vergewaltigt/ betrágt/ noch beſchwert werden ſollen.

Ergo quoniam Nobiles immediatè imperio ſubiecti in hac Religionis pacificatione, perinde vt ſtatus imperij per cōſtitutionem hanc comprehenduntur, circa Religionis mutationem atq; adeò publicam conſtitutionē facere poterunt ea omnia, quæ ſtatus imperij facere poſſe diximus. An verò Status, vel Nobilis Imperij etiam in feudis & præcipuè iis, quæ ab Eccleſiaſticis dependent, Religionem liberè mutare poteſt? Poſſe rectè affirmat *Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 32.* tùm quòd conſtitutio requirendo immediatum ſatis oſtendat, id ratione perſonæ, vt ipſius conſcientiæ conſultum ſit, non autem ratione bonorum intelligendum eſſe, tùm quòd vaſallus ſalutem ſuam propriam ſaluti domini præponere poſſit. *gloſſ. in tit. Quibus mod. feud. amittat.* ideoq; ſi Auguſtanam Confeſſionem ad animæ ſuæ ſalutem pertinere exiſtimet, dominus eam liberrimè amplecti queat, tùm quòd aperto feudo, vtram voluerit Religionem introducere poſſit, tum verò etiam quòd Cæſar ſtatusq; imperij in hanc Religionis pacificationem conſenſerint, atq; adeò ratione bonorum feudalium nihil exceperint, aut ſpeciatim ſibi reſeruârunt, quibus argumentis hoc rectè aſſerit. *Frider. d. loc.*

Non obſtat, quòd vaſalli ratione ſubditorum veniant, *vt vult Bart. Socin. conſ. 272. num. 11. verſ. Item in dicto volum. 2.* Nam hoc intelligendum eſt reſpectu fidelitatis & ſeruitiorum, non autem ſubiectionis. Neq; obſtat, quod ſuprà diximus de Landſaſſiis & Comitibus. Nam hoc procedit ratione bonorum reſpectu quorum non ſolum vt vaſalli; ſed etiam vt ſubditi ſuperiori cuidam ſtatui velut Principi ſubiecti ſunt.

Limitatur hactenus tradita concluſio, quòd ſtatus vel Nobilis Imperij in feudis iiſq; præcipuè, quæ ab Eccleſiaſticis dependent, Religionem liberè mutare poſſit, vt non procedat, quando Dominus Religionis Conſtitutionem ſibi ſingulariter reſeruarit vel aliâ ratione obtinuit *Frider. d. loc.*

XV.

Nach dem aber in vielen Frey vnd Reichsſtätten/ die beyde Religion/ nemlich vnſer alte Religion/ vnnd der Augſpurgichen Confeſſion verwandten Religion/ ein zeithero im Gang vnd Gebrauch geweſen/ ſo ſollen die hinfüro auch alſo bleiben/ vnd in ſolchen Stätten gehalten werden/ auch derſelben Frey vnnd Reichsſtätt Bürger/ vnd andere Eynwohner/ Geiſtlichs vnd Weltlichs Standts/ friedlich vnd rühig bey vnd neben einander wohnen/ vnd kein Theil deß andern Religion/ Kirchen Gebrauch/ oder Ceremonien abzuthun oder jhn darvon zutringen vnderſtehen/ ſonder jeder Theil den andern laut dieſes Friedens/ bey ſolcher

ſeiner

ſeiner Religion/ Glauben/ Kirchen Gebräuchen/ Ordnungen vnd Ceremonien/ auch ſeinen Haab vnd Gütern vnd allen andern/ wie hie oben bey der Religion Reichsſtändt halben verordnet vnnd geſetzt worden/ rühiglich vnd friedlich bleiben laſſen.

ᵃ Reichsſtätt Bürger ] An Ciuium in Ciuitatibus imperialibus circa publicam Religionis conſtitutionem & mutationem maior ſit poteſtas, quam aliorum ſubditorum, pulcra quæſtio eſt, quam mouet *Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 3.* & eleganter pro negatiua decidit. Ratio eſt, quòd publica Religionis Conſtitutio & mutatio iuriſdictonem requirat. Iam verò ciuis illi æquè ſunt priuati homines iuriſdictione deſtituti, atq; cæteri ſubditi. Religionem igitur inuito ſenatu publicè mutare & conſtituere non poſſunt, maximè cum hîc ſanciatur, ſi vtraq; Religio in Ciuitatibus liberis vel imperialibus recepta ſit, eam quoque ibi manere debere *verb.* So ſollen die hinfüro auch alſo bleiben.

XVI.

Vnd ſoll alles/ das in hievorigen Reichs Abſchieden/ Ordnungen oder ſonſt begriffen vnd verſehen/ ſo dieſem Friedſtandt in allem ſeinem begrieff Articulen vnd Puncten zu wieder ſeyn/ oder verſtanden werden möchte/ demſelbigen nichts benemmen/ derogieren noch abbrechen/ auch dagegen kein Declaration/ oder etwas anders/ ſo denſelbigen verhindern/ oder verändern möcht/ nicht gegeben/ erlangt/ noch angenommen/ oder ob es ſchon gegeben/ erlangt/ oder angenommen würde/ dannoch von Vnwürden vnnd Vnkräfften ſeyn/ vnd darauff weder in noch auſſer Rechtens nicht gehandelt/ oder geſprochen werden.

XVII.

Solches alles vnd jedes/ ſo abgeſchrieben/ vnd in einem jeden Artickel namhafftig gemacht/ vnd die Keyſerliche Maieſtat vnd vns anrüret/ ſollen vnd wollen jhr Liebd vnd Keyſerlich Maieſtat vnnd wir bey jhren Keyſerlichen vnnd vnſern Königlichen Würden vnnd Worten für vns vñ vnſere Nachkommen/ ſtät/ vnverbrüchlich vñ auffrichtig halten vnd vollnziehen/ dem ſtrack vnnd vnweigerlich nachkommen vnnd geleben/ vnd darüber jetzt oder künfftiglich weder auß Vollkom̃enheit/ oder vnter einigem andern Schein/ wie die Namen haben möcht/ nit fürnemmen/ handlen oder außgehen laſſen/ noch jemand anderß von jhrer Liebd vnd Keyſerlichen Maieſtat vnd vnſert wegen zu thun geſtatten.

XVIII.

Vnnd wir die Verordnete der Churfürſten Rähte/ an ſtatt jhrer Churfürſtlichen Gnaden/ auch für jhre Nachkommen vnd Erben/ wie die erſcheinende Fürſten/ Prælaten/ Graffen vnd Herrn/ auch den abweſenden Fürſten/ Prælaten/ Graffen vnd Herrn/ vnnd deß heyligen Reichs Frey vnd Reichs Stätt Geſandte/ Bottſchafften vnd Gewalthaber/ an ſtatt vnd von wegen vnſerer Herrſchafften/ vnd Obern/ auch für jhre Nachkommen vnd Erben/ willigen vnd verſprechen ᵃ bey Fürſtlichen Ehren vnd Würden/ in rechten guten Trewen/ vnd im Wort der War-

Warheit/ auch bey Trewen vnd Glauben/ ſo viel ein jeden betrifft/ oder betreffen mag/ wie allenthallben obſtehet/ſteht/veſt/auffrichtig vnd vnuerbrüchlich zu halten/ vñ dem getreulich vnd vnweigerlich nachzukommen vnd zugeleben.

Bey Keyſerlichen vnd Königlichen Würden.

*Item.*

[a] Bey Fürſtlichen Ehren vnd Würden] Hæc verba inter Principes iuramentum inducunt, vel etiam iuramento æquipollent. *Mynſing. cent. 1. obſer. 17. per tot. vbi ita in Camera Imperiali in cauſſa Curatorum Iuniorum Marchionum de* Baden *Anno 1543. concluſum compromiſſumq́, ſub fide & dignitate Principum firmatum, pro iurato fuiſſe habitum ſcribunt Mynſing. & Gail. 2. obſer. 59. nu. 2.* Rationes latè dictis locis Mynſing. & Gail. adducunt. Conſtat igitur hinc, hanc pacificationis ſub prædictis verbis factam ſponſionem confirmationemq; ita arctam & validam eſſe, vt iuramenti vim habeat, & pro iurata habeatur.

XIX.

Ferner verpflichten vnnd verbinden wir vns zu allen Theilen/ daß die Keyſerliche Maieſtat/ wir/ vnd kein Standt den andern/ mit was geſuchtem Schein daß geſchehen möcht/ mit der That/ oder ſonſt einiger Geſtalt heimlich oder offentlich/ durch vns ſelbſt oder andere von vnſertwegen beſchweren/ vberziehen/ vergewaltigen/ bekriegen/ tringen/ beleydigen/ oder betrüben ſollen oder wöllen/ vnnd ſo auch einig Theil oder Standt/ wider ſolchen auffgerichten Frieden/ den andern/ (als doch nicht ſeyn ſoll) ietzt oder künfftiglich mit thätlicher Handlung/ die geſchehe heimlich oder öffentlich/ vergewaltigen oder betrangen würde/ daß die Keyſerliche Maieſtat wir vnd ſie/ auch vnſer vnd jhre Nachkommen vnd Erben/ als dann nit allein dem Vergewaltiger/ oder ſo thätliche Handlung fürgenommen/ oder fürneme/ keinen Raht/ Hülff/ oder Beyſtandt leyſten/ ſonder auch dem andern Theil oder Standt/ ſo wider dieſen Frieden vergewaltiget/ vberzogen/ oder bekrieget würde/ wider den Vergewaltiger/ oder der ſich thätlicher Handlũg vnternimbt/ Hülff vnnd Beyſtandt leyſten wollen vnd ſollen/ alles getrewlich vnnd vngefährlich.

XX.

Wir befehlen vnd gebieten auch hiermit vnd in Krafft dieſes vnſers Reichs Abſchieds/ den [a] Keyſerlichen Cammerrichter vnnd Beyſitzer/ daß ſie ſich dieſem Friedſtandt gemäß halten vnnd erzeigen/ auch den Anruffenden Partheyen darauff vngeacht/ welcher der obgemelten Religion die ſeyen/ [b] gebürliche vnnd nottürfftige Hülff deß Rechtens mittheilen/ vnd wider ſolchs alles kein Proceß noch Mandat decernieren/ oder auch ſonſt in einigen andern Weg thun noch handeln ſollen.

[a] Keyſerlichen Cammerrichtern] Conſtat hinc, neglecto primæ inſtantiæ priuilegio, ſuper Conſtitutione Religionis Cameram Imperialem rectè ſtatim adiri. *Adde D. Petr. Denaiſ. in Iure Cameral. Rubric. Mandata ſuper pace Religionis* §. 1.

[b] Gebürliche vnnd nottürfftige Hülff deß Rechtens mittheilen] Proceſſus ſuper Conſtitutione Religionis pro ratione factorum & petuntur & decernuntur. Si enim

Digitized by Google

enim aliquis Imperij Status per alterum quendam Imperij Statum intuitu Religionis pagi alicuius poſſeſſione deſtitutus ſit, hoc caſu ad petitionem ſupplicantis Citatio cum annexo mandato de reſtituendo vel relaxando, ſi quis captus ſit, vel amplius non turbando decernitur. Hæc autem de relaxando vel reſtituendo ſuper Pace Religionis Mandata, perinde vt ſuper pace publica, non aliter quam cum clauſula decernũtur. *Memorial. Anno 79.* §. Ferrner iſt bey jetziger. *D. Petr. Denaiſ. d. Rubric. Mandata ſuper Pace Religionis.* §. 7. *Petr. Frider. Mindan li. 1. de proceſſ. cap. 33. n. 1.*

Limitatur, vt non procedat, ſi factum ad quatuor caſus *part. 2. ord. tit. 23.* dirigatur, & facti atrocitas aut ſumma iniquitas celeris emendationis remedium expoſcat, & moram interuenire nullam patiatur. Tunc enim Mandata ſine clauſula rectiſſimè emanant. *Frider. d. cap. 33. nu. 1. vbi ita Anno 82. in pleno deciſum, & Anno 83. per duos Commiſſarios & Viſitatores ſubſecuta Viſitatione approbatum eſſe ſcribit, & cum alia multa extare præiudicia ſubiicit, tùm nominatim refert præiudicium in cauſſa Colonienſi contra Iohannem Caſimirum Ducem Palatinum, & in cauſſa* deß hohen Stiffts zu Straßburg *de reſtituendo* den Bruderhoff *& amplius non turbando Anno 84. & ſeq.*

Cæterùm quia in Religionis Pacificatione Pontificiorum Religio non aliter, quam Catholica inſignitur in Supplicationibus ſuper Pace Religionis *non* Bäpſtlich *ſed* Catholiſch *poni debet*, idq; ſub hac pœna, vt non ſolum libellus ſine decreto redhibeatur, verùm etiam vt ſupplicans arbitrariè mulctetur. *Frider. d. cap. 33. n. 3. vbi allegat præiudicium in cauſſa* Reichlein *contra* Oſtreich. D. Haffnern *22. Martij Anno 76. Item in cauſſa* Sode *contra* N. L. Steiblein *10. Iunij Anno 57. Subiicit tamen, id non ſemper ita ſtrictè obſeruatum.*

Porrò Supplicationes ſuper Pace Religionis quam maturrimè expediri debent. *Memorial. Anno 61. D. Petr. Denaiſ. d. Rubric. Mandata ſuper Pace Religionis.* §. 4. & ſupplicationes ſuper Pace Religionis & publicâ, quarum occaſione ſæpius pares dictæ fuerint ſententiæ, vſque ad Cæſaris & ordinum deciſionem indeciſæ in Camera relinquuntor *D. Petr. Denaiſ. d. Rubric.* §. 6.

Ad extremum Senatuum in Ordinatione facta deſcriptio ad Religionis etiam Controuerſias pertinet. *Memorial. 60. D. Petr. Denaiſ. d. Rubric.* §. 3.

Hoc ſingulariter obſeruandum eſt, quòd in cauſſis Religionem concernentibus vtriuſq; Religionis Aſſeſſores, pari ſemper numero, partim vetuſtiores, partim iuniores deputari debeant. *eod. Memor. 60. D. Petr. Denaiſ. d. Rubric. Mandata ſuper Pace Religionis.* §. 2. *Cætera vide apud Chriſtoph. Schvvanman. lib. 2. Proceſſ. Cameral. cap. 17.*

## Von Mandaten de non offendendo.

SOlche Mandata de non offendento ſeynd von gemeines Nutz wegen angeſehen / vñ werden in Camera denen auff jhr anhalten erkannt / die ſich rechter Gefahr von andern beſorgen. Es werden aber ſolche Mandata bey Peen deß Landfriedens / welche iſt die Acht / vnd nicht bey einer Geltſtraff erkañt. Darumb werden auch ſolche Mandata nicht bald wider ein jede Perſon erkannt / ſondern allein in denen Fällen / wann rechtmäſſige Vrſach künfftiger gefährlicher Beſchädigung vorhanden / als da die Beklagt Perſon alſo geſchaffen / daß ſie im Gebrauch jhre Drauwungen ins Werck zurichten.

Es werden aber ſolche Mandatata de non offendendo ſine clauſula iuſtificatoria erkannt / dann ſolcher Mandaten Gebott in ſolchem Fall beſchicht / der für ſich ſelber in allen Rechten Göttlichen vnd Weltlichen verbotten / als nẽlich daß keiner den andern fürſetzlich / betrüglich / liſtiger Weiß /

Weiß / mit gewehrter Hand beleydige / den gemeinen Frieden betrüb: Darumb dann nicht vnbillich der Richter in ſolchem Fall vom Gebott anfahen kan.

Es iſt auch zuwiſſen / daß in ſolchen Mandaten allein auff künfftige Gefahr vnd Beſchädigung / vnd nicht auff verlauffene gangen vnd geſehen wirdt / dann in ſolchen Mandatis Cæſariis mandiert vnd gebotten wirdt / daß der Klagend nicht wider den Landfrieden feindtlich / vnd mit Gewalt vberfall / ſondern ſich ordentlichs Rechtēs ſättigen laſſen wölle / vnd ſolchs bey Peen der Acht.

Da aber ſo ein ſolch Mandat [b] auff die Conſtitution der Pfandung erlangt / der kan Krafft ſolches erlangten Mandats / [c] nicht auff die Straff deß Landfriedens klagē / ſondern ſo er wider vnd vber das erlangt Mandat vnd Gebott / feindtlichen vberfallen / beſchädigt / mag er auff ſolche newe Handelung ein Citation wider den beſchädiger / zu ſehen vnd hören / in die Peen deß Landfriedens gefallē zu ſeyn bitten. So dann die newe Beſchädigung auff den Landfrieden qualificiert / vnnd demſelben zu wider / ſo wirdt / die gebettene Citation erkannt: Da es aber kein Landfriedbruch / ſondern ein ſchlechte Entſetzung & ſimplex ſpolium oder Turbation / ſo wirdt die gebettene Citation abgeſchlagen / vnd der Supplicant vor den ordentlichen Richter gewieſen / darauß dann folgt vnd zuuerſtehen iſt / daß ſolche Mandata anfangs ohnſchädlich oder nachtheilig / wiewol etwann die / wider welche ſie erkannt / ſolche anderſt verſtehen oder auffnemen.

Hæc omnia ferè Autor deſcripſit *ex lib. 1. obſer. Gail. obſer. 4. & li. 1. de pac. publ. cap. 2. & 3.*

[a] Im Gebrauch jhre drauwung ins Werck ] Ideoq; Conſtitutione Imperij in Comitiis Anno 1594 Ratisbonæ habitis promulgata ſancitum ordinatumq; eſt, vt de non offendendo mandata ob minas tùm demum decernantur, ſi, qui minantur, minas iſtas contra pacem publicam exequi & poſſint & ſoleant, aut ſi aliunde id probabiliter metuendum eſſe videatur. §. Wann ſich auch in Pfandungs *verb.* vnd wollen / daß erſtlich Bedrauwung halben *Mandata de non offendendo* erkändt werden mögen / ſo ferrn die Perſonen / ſo gedrauwet / alſo geſchaffen vnd im Brauch haben jhren Bedrauwungen dem Landfrieden zu wider nachzuſetzen / oder ein ſolches ſonſten auß allerhand Vmbſtänden vermutlich vnd zu beſorgen wäre. *D. Petr. Denaiſ. in Iur. Cameral. Rubric. Mandata de non offendendo.* §. 2. De his tamen minis Iudici Cameræ ante omnia ſcripto vel legitimo documento conſtare debet, quòd ſolis ſupplicantis narratis hoc caſu fides non adhibeatur. Nemo enim alterum, niſi cauſſa appareat, offendere velle præſumitur. *Bart. in l. Capitalium.* §. *ad Statuas per tot. ff. de pœn. Gail. lib. 1. de pac. publ. ca. 2. n. 11.* Et in narratis ſupplicationis, quæ pro Mandato de non offendendo concipitur, non eſt neceſſe omnes fractæ pacis qualitates exprimi; ſufficit, ſi periculum pacifragij vtcunq; doceatur vel ſciatur. *d. Conſtit. Imper. de Anno 94.* §. zum andern.

[b] Auff die Conſtitution der Pfändung ] Mandata de non offendo ſimul etiam cum proceſſibus ſuper conſtitutione pignorationum decernere licet, idq; per Conſultum Cameræ *Anno 76. factum. D. Petr. Denaiſ. d. Rubric.* §. 1

[c] Nicht auff die Straff ] Intellige factâ tantum inſinuatione Mandati, eoque cum executione per Procuratorem reproducto. Is enim tùm vlteriora ſibi reſeruat,

ſeruat; ſi fortaſſis poſtea Reum contra Mandatum delinquere contingat *Chriſtoph. Schvvanmann. lib. 2. Proceſſ. Cameral. cap. 20. nu. 1. & ſeq.*

[d] Da es aber kein Landfriedbruch] *Gail. lib. 1. obſer. 4. n. 3. Schvvanmann. d. cap. 20. n. 3. & 4.* Quod ſi Reus contra mandatum de non offendendo Actorem offenderit, eaq; offenſione rupta ſit pax publica, non ſolum, ſicut dictum eſt, citationem ad videndum ſe incidiſſe in pœnas fractæ pacis impetrat, ſed etiam vbi decretam Citationem huiuſmodi impetrauit, ipſam, factâ executione, per Procuratorem ſufficienter legitimatum reproducit, petitionemq; ſummariam vnà cum inſtrumento vel documento contrauentionis exhibere ſolet. Reus poſtea exceptiones contra producit, Actor replicas, contra quas Reus duplicas & concluſiones exhibet, & vtrinq; hinc inde concluditur, quamuis etiam ſæpè triplicæ producantur & admittantur. *Chriſtoph. Schvvanmann. d. cap. 20. num. 4.*

# Von der Conſtitution

## ſuper LL. Diffamari.

DIeſe Conſtitution L. Diffamari iſt von gemeines Friedens willen in deß Reichs Ordnung Conſtituiert vnd verſehen/ vnnd gehören ſolche Sachen allein in ſondern Fällen ohne Mittel/ [a] in erſter Inſtantz an das Cammergericht/ als in friedbrüchigen/ Schmach/ vnd andern dergleichen wichtigen Sachen.

Es hatt aber diß Geſetz L. Diffamari ſonſt nach gemeinen Rechten ſtatt [b] in allen bürgerlichen vnnd peinlichen Sachen/ als da einer eins Laſters halber vnbillicher Weiß außgeſchrien/ oder da einer ein Beſitzer eines Dings bey ehrlichen Leuten außgoſſen/ als ſolt er wider Recht vnnd zu ſeinem Nachtheil ein ſolch Ding oder Gut innhaben/ vnd daß jhm mehr Gerechtigkeit/ dann dem Beſitzer/ daran gebühre.

Welcher dann einen andern in bürgerlichen oder peinlichen Sachen diffamiert vnd außſchreit/ der iſt ſchüldig für [c] deß Diffamierten außgeſchrienen Richter zu erſcheinen/ alda ſeine Vrſachen deß berühmens vnd außſchreiens für jhn zu bringen/ dann der Außſchreiend in ſolchem Fall an ſtatt eines Klägers gehaltẽ wirdt/ da er aber nicht erſchiene/ ſeine Vrſachen fürzubringen/ wirdt jhm ein ewig Stillſchweigen auffgelegt. Dann ob wol nach gemeiner Regel niemandts wider ſeinen Willen zu klagen gedrungen/ hatt doch ſolche Regel nicht ſtatt/ wann einer außtrückenlich oder heimlich ſich zuklagen verbindt/ ein ſolcher diffamator vnd Außſchreier aber verbindt ſich tacitè zu klagen/ dañ alſo außſchreien iſt ſo viel als für Gericht ſich beruffen.

Dieweil dann dieſe Conſtitution L. Diffamari nicht in allen Fällen ſtatt/ ſondern allin in hohen diffamationibus, darauß ein Landfriedbruch erfolgen möchte/ vnd dann auff dieſe Conſtitution Proceß in Camera zu erlangen/ werden drey Stück fürnemlich erheiſchen: Erſtlich daß der Beſchreit [d] ohn Mittel dem Reich zugethan ſey/ dann in ſolchem Fall der Diffamant billichen deß Beſchreitẽ Richter nachzufolgen/ wie

contumaciter außbleibt/vñ der Diffamiert ſein Vngehorſam anklagt/ darneben ſein Summari Petition erholt/ ſo gehet darauff das Vrtheil in contumaciam oder Vngehorſam alſo: In Sachen G. Kläger wider D. Beklagten/L. Diffamari, iſt allem fürbringen nach vnd in cõtumaciam zu Recht erkannt/ daß gedachtem Beklagten/dieſer Sachen halben ein ewig Stillſchweigen auffzulegen ſey/ als wir jhm auch ſolches hiermit aufflegen / darzu in die Gerichtskoſten derhalben auffgelauffen nach rechtlicher Mäſſigung/jhm dem Kläger zu entrichten/vnd zubezalen fällig ertheilen.

Ampliſſimum & ſaluberrimum eſt legis diffamari C. de ingenuis manumiſſ. remedium, quo quilibet in præiudicium honoris ſui, exiſtimationis, atque bonorum facultatumuè ſuarum indignis modis diffamatus, citationem aduerſus diffamatorem impetrat, vt is quidem ad præfixum terminum in iudicio diffamati, ad quod ſeſe diffamatione ſua (*quòd diffamare ſit tacitè ad iudicium rei prouocare Gail. 1. obſeru. 9. num. 5. & vulgò. DD. communiter omnes in explicatione d. l. diffamari*) tacitè aſtrinxit, compareat, & prætenſum ius ſuum deducat, cum hac comminatione, ſi illud non faciat, futurum, vt perpetuum ei ſilentium imponatur DD. in explicatione d. l. diffamari.

Cæterùm vniuerſum condictionis ex hac l. diffamari proceſſum, tùm quatenus ille in omnibus communiter iudiciis ex iuris communis diſpoſitione ſeruatur, tùm quæ eiuſdem in ſummo Sacri Romani Imperij tribunali forma facieſq; eſt, ex prudentiſſima Procerum & Statuum Imperij ordinatione nõ ſolum DD. in d. l. diffamari, verùm etiam ex profeſſo luculentiſſimè pertractarunt *Bartolomaus Blarerus, quo nullus hanc materiam declarauit elegantiùs, ſiue ius commune ſiue ordinatione Imperij conſideres, Cæſar Contardus, Hieronymus Cagnolus, & Iohannes Oldendorpius, quos coniunctim vno volumine excudit Iohannes Gymnicus, per artem Typographicam de iuriſprudentia noſtra præclariſſimè meritus; & D. Andreas Gail. lib. 1. obſeru. 9. 10. 11. & 12.* ad quos breuitatis ſtudio & ne actum agam, beneuolum lectorem remitto. Nunc ad textum autoris explanandum more inſtitutoque aliquid annotare ſufficiat.

a In erſter Inſtantz an das Cammergericht.] Intellige, ſi adſint requiſita illa & qualitates, quas conſtitutio ſuper l. diffamari *part. 2. ordin. tit. 25. poſtulat*, quòd qualitate conſtitutionis vnâ deficiente totam deficere conſtitutionem ſępiſſimè dictum ſit. Qualitatibus igitur conſtitutionis poſitis, diffamator etiam mediatè imperio ſuppoſitus, & quocunque ille fori priuilegio munitus ſit, ex conſtitutione ſuper l. diffamari citatus, Cameræ Imperialis iuriſdictionem euitare nequit, *Gail. 1. obſeru. 10. num. 1. & Blarer. in repetit. l. diffamari. cap. 4. num. 23.*

b In allen bürgerlichen vnd peinlichen Sachen.] *Vide Blarer. in repet. l. diffamari cap. 1. num. 6.* vbi hoc multis autoritatibus firmat. *Cæſar. Contard. in l. diffamari repetit. cap. 3. num. 24. & ſeq.* An præter cauſſas fractæ pacis, quarum nomine citationem ſuper conſtitutione l. diffamari in Camera decerni ordinatio *d. tit. 25. part. 2.* expreſsè ponit, in aliis quoq; criminalibus cauſſis ratione factę diffamationis proceſſus ex l. diffamari in Camera impetrari poſſunt? Quod negat *Gail. 1. obſeru. 10. num. 9.* & videantur pro explicatione huius quęſtionis de criminalibus cauſſis, quòd eæ ad Cameram non ſpectent *ſuprà part. 1.* in medium allata.

c Vor deß diffamierten außgeſchrienen Richter.] Quod diffamator in iudicio diffamati comparere teneatur, eleganter probat *Blarer. in repetit. ſua cap. 4. idemque vult ordinatio d. tit. 25.* Cùm autem certum modò exploratumque ſit, diffamati iudicem in cõſtitutione l. diffamari adeundum eſſe, ſiue in diffamati iudicio reum citatum comparere oportere, quæritur, ſi diffamatus plures habeat iudices, iſq;

coram vno condictionem ex l. diffamari propoſuerit, citationemque aduerſus diffamatorem impetrauerit, an, ſi poſtea coram altero Iudice diffamator actionem ſuam proponat, litis pendentiâ obiectâ repelli, &, vt actionem coram Iudice illo, à quo diffamatus citationem aduerſus ipſum impetrauit, proponat, cogi poſſit. Quod, quo ad iudicium actionis, in quo caſu nos quoque loquimur, negat *Gail. 1. obſeru. 11. numer. 3. & ſeqq. ſecutus Socin. in c. propoſuiſti extra de for. compet.* Cuius duo potiſſimum argumenta hæc deprehendo. Vnum eſt, quod iudicium diffamationis & iudicium actionis ſint ſeparata iudicia, ex ſeparatis autem nihil infeſratur *vulgat. l. final. ff. de calumn.* Non igitur ſequetur, etiamſi quo ad iudicium diffamationis ſit lis pendens, propterea quoque reſpectu iudicij actionis litem eſſe pendentem. Alterum eſt, quod in electione Actoris ſit (diffamator enim actor eſt in iudicio actionis) ſi diffamatus, qui tùm reus eſt plures habeat iudices, vnum ex illis eligere.

Ego verò ſecutus Felinum *in c. cum ſit generale colum. 4. de for. compet.* litis pendentiam contra diffamatorem coram alio Iudice actionem ſuam proponentem rectè hoc caſu obiici poſſe ſtatuo, ſic vt eam coram Iudice, à quo citationem aduerſus ipſum diffamatus impetrauit, proponere teneatur, idq; propter ſequentia fundamenta. Primum eſt, quòd citatio legitimè facta præuentionem iuriſdictionis operetur *c. propoſuiſti ibidemque Socin. nume. 4. de foro compet. & Panorm. & alij ſimiliter, & litis pendentiam inducat clement. cum lite, vt lite pendent. nihil innou. c. cum plures de offic. delegat. in 6. Marant. diſp. 6. num. 20. item quod, vbi ceptum eſt iudicium, ibi terminari oporteat. l. vbi acceptum & l. ſi quis poſteà. ff. de iudic. & d. c. propoſuiſti.* Hæc autem regula in l. diffamari proceſſu abrogata non eſt. Meritò igitur adhuc ſtabit *l. ſancimus. C. de teſtam. & l. præcipimus. C. de appell.* Regulæ enim tantiſper ſtatur, donec exceptio probetur ab eo, qui ipſam adducit, *Cagno. & Philip. Dec. in l. 1. ff. de reg. Iur.* quòd, qui regulam ex parte ſua habeat, is intentionem fundatam habere dicatur, adeò vt ab onere probandi releuetur *Bartol. in l. Quoties. ff. Si quis cautìon. & in l. 2. ibique etiam Iaſ. nu. 33. ff. ſi quis in ius vocat. Maſcard. de probat. volum. 3. concluſ. 1261. num. 1. per ibi allegata.* Cùm igitur Socinus ſuam exceptionem non probauerit, meritò allegatæ regulæ ſtabitur.

Quod tantò magis dicendum eſt, quòd regulæ iſti hoc in caſu ſtandum eſſe etiam ex ipſo legis diffamari textu probetur, ibi, præſertim cũ affirmes, diu præſidem vnum atque alterum, per quæ verba quemlibet alium alterius prouinciæ præſidem intelligi declarat *Blarer. in repetit. l. diffamari cap. 4. num. 40.* vbi etiam ſubiicit, fuiſſe diffamato liberam electionem inter præſides atque rectores, quorum ſinguli in ſingulis ſuis prouinciis parem poteſtatem habuiſſent, conceſſam per *l. 3. ff. de offic. Præſid.* Tertiò abſurdum planè eſt, vt, quod in fauorem alicuius indultum eſt, id in fraudem eius atque diſpendium retorqueatur *c. Indultum & c. quod ob gratiam de reg. iur. in 6.* Iam verò ſi Socini opinio ita ſimpliciter intelligenda eſſet, ſequeretur, quoties diffamatus plures haberet iudices, omnem inſtitutam ex hac lege noſtra condictionem, ad voluntatem diffamantis agere volentis, eludi & fruſtrari poſſe, & licitum eſſe præſidis autoritatem contemnere contra *l. ſi Prætor. ff. de iudic. & l. fin. Ne quid in loco public.* Cùm autem omnis iniquitas & abſurditas excludi debeat *l. Nam abſurdũ. ff. de bon. liber. c. in Geneſi de elect. & c. quemadmodum de iureiur. cum ſimilib.* iſta Socini opinio ita ſimpliciter intelligi non poteſt, ſicut hoc argumentum affert *Blarer. d. cap. 4. num. 40.* Ita igitur Socinum & Felinum ibidem conciliat, vt iſtum exaudiat, ſi diffamatus, qui plures iudices habuit, inferiore ac ordinario ſuo iudice prætcrito, ſuperiorem potius, à quo vlterius appellare nullo modo datum, acceſſit; Felinum verò & noſtram quæſtionem intelligat de iudicibus inferioribus aliis, qui ſuperiorem agnoſcunt, & ad quem poſt modum appellare iure permiſſum, vel aliis ordinariis parem poteſtatem habentibus; atque vbi nullum actoris præiudicium vertitur.

Non

Digitized by Google

Non obſtant allata in contrarium argumenta. Quod enim ad prius attinet, non ſunt planè iudicia ſeparata, quia diffamator ad actionem ſuam proponendam citatur *d. l. diffamari. verb. vt contradictionem faceret, ſi defenſionibus ſuis confideret.*

Non obſtat alterum, quia nullum ibi actoris præiudicium hoc in caſu vertitur, cum electio ipſi aufertur, ſicut allata diſtinctio ſatis arguit.

[d] Ohn Mittel dem Reich zugethan.] Intellige per declarationem paulò poſt infrà poſitam.

[e] Ob er gleich mit Mittel dem Reich.] Priuilegium enim fori Actoris in conſtitutione hac l. diffamari non attendi iam antè oſtendi.

[f] Landtfriedbrüchig.] Ita enim habent verba ordinationis *part. 2. d. tit. 25.* Setzen vnd ordnen wir daß *lex diffamari* an dem Cammergericht verſtanden/ vnd gebraucht werden ſoll in friedbrüchigen/ Schmach vnd andern dergleichen Sachen/ in denen ſolch Diffamation gefährlicher betrieglicher Weiß/ oder in andere Weg dem andern Theil zu Nachtheil vnd Beſchwerung geſchehen.

[g] Durch ein glaubwürdig Schein.] *Per verba ordinat.* Daß auch Cammerrichter vnd Beyſitzer/ ehe vnd zuuor ſie ſolch Proceß erkennen/ der Diffamation halben durch ſchrifftlich oder ander glaublich Vrkundt vnd Anzeig informiert vnd bericht ſeyn.

[h] So viel die Diffamation anlanget.] In cauſſis diffamationum duplex eſt iudicium. Diffamationis vnum, in quo de veritate iactationis & traductionis, vel impoſitione perpetui ſilentij tractatur. Alterum actionis ſiue cauſſæ principalis, quam diffamator intra præfixum terminum proponere & deducere tenetur *Gail. 1. obſ. 11. nu. 3.* Iam ex ordinatione *d. tit. 25.* tres veniunt diſtinguendi caſus. Primus eſt, quando diffamatus Cameræ Imperiali in prima inſtantia immediatè ſubiectus eſt, aut qualitas cauſſæ ex ſui natura eò pertinet, vtrumque iudicium tàm actionis quàm diffamationis in Camera agitatur *per verb. ordina. d. tit. 25.* Soll als dann dem Diffamanten/ ſo der Diffamiert dem Cammergericht in erſter Inſtantz ohne Mittel vnterworffen/ oder ſonſten die Sach jhrer Natur nach dahin gehörig. *Gail. 1. obſeru. 12. num. 1. verſ. Tertius caſus. Blarer. in repetit. l. diffamari cap. 4. num. 29.*

Secundus caſus eſt, quando diffamatus immediatè quidem imperio, in prima autem inſtantia Cameræ iuriſdictioni ſubiectus nō eſt. Tunc enim tantum iudiciū diffamationis in Camera agitatur, quatenus nimirum cognoſcitur de veritate traductionis & iactationis, & quatenus diffamatori terminus præfigitur ad actionem ſuam coram ordinario proponēdam, vel imponendum ei perpetuum ſilentium, cauſſa verò principalis, diffamatore comparente probataque diffamatione, cum præfinitione certi ad agēdum termini, ad iudicem ordinarium remittitur *per verba ordin. d. tit. 25.* Wo aber der Diffamiert ohne Mittel dem Reich/ aber in erſter Inſtantz dem Cammergericht nicht vnterworffen/ vor dem Richter/ dahin die Sach ordentlich gehört/ ein genannte Zeit ſein Klag fürzubringen/ mit dem Anhang/ wann er das nicht thät/ daß jhme ein ewig Stillſchweigen auff gelegt ſeyn ſoll/ angeſetzt/ vnd ſonſt Vermög der Käyſerlichen Majeſtat vnnd deß Reichs gemeinen Rechten vnd Ordnung gehandelt vnd procediert werden. *Gail. 1. obſeru. 12. num. 1. Blarer. d. cap. 4. numer. 30.*

Tertius caſus eſt, quando neque diffamatus imperio immediatè, neque iuriſdictioni Cameræ in primo iudicio ſubiectus eſt, neq; cauſſa ſui natura eo ſpectat, proceſſus in Camera non decernuntur, ſed tota cauſſa tàm in iudicio diffamationis, quàm actionis ad Iudicem competentem remittitur *ordin. d. tit 35. verb.* Wo aber der Diffamat dem Reich nicht ohne Mittel vnterworffen/ auch der oder die Sach jrer Natur nach dahin in erſter Inſtantz nicht gehörig/ ſoll auff Anhalten derſelben Parthey an vnſerm Cammergericht wider den Diffamanten/ vnangeſehen was Obrigkeit derſelb vnterworffen/ kein Proceß erkannt/ ſondern die Sach ihn beyden Puncten der Diffamation vnd Hauptſach vor die ordentlich Gericht gewieſen werden.



Digitized by Google

So dann einer dem andern nouum opus denunciiert derſelb inner⸗halb dreyer Monaten / ſein Gerechtigkeit nicht außführt noch beweiſt / vnd der im Bauw Verſicherung thäte / im Fall es erkannt den Bauw widerumb abzubrechen / mag er als dann in ſeinem angefangenen Bauw fortfahren. Welche Zeit gleichwol am Cammergericht ſo eygentlich von wegen Viele der Sachen nit gehalten wirdt / ſondern iſt genug / daß die Artickel der Verkündigung zu gebührender Zeit vbergeben / vnd die⸗ſelben zu beweiſen begert werde / wiewol etliche der Meynung / wann die drey Monat auß / vnd der Bauwend auff die Citation erſchien / ſich der Caution erbieten thät / daß jhm das Bauwen darauff zu zulaſſen / dann es ein Zierdt der Statt / daß die Plätz nicht vngebauwet ligen / zu dem iſt der ander Theil / der ſich an dem Bauw beklagt / von wegen gethaner Caution auff den Fall geſichert.

Es iſt auch ferner zu mercken / wann gleich ohn rechtmäſſig Vrſa⸗chen einem nouum opus nunciiert / daß ſie doch ſo kräfftig vnd deß An⸗ſehens / daß ſie auch / ſo rechtmäſſig Vrſachen zu bauwen / ſchädlich / den Bauw hindere / alſo da er die Denunciation verachten thät / vnd dar⸗über mit dem Bauw fortführe / daß er ſchüldig den Bauw wiederumb abzubrechen. Vnd ſolches auß dieſer Vrſachen / dieweil ſolche Denun⸗ciation noui operis, wie ein Appellation / die auſſerhalb Gerichts be⸗ſchicht / zuhalten / darumb dann in werender Appellation nach gemeinen Rechten kein Newerung vorzunemmen. Doch iſt ſolches in dieſem Fall zuuerſtehen / wann die Sachen deß Bauwens halber zweiffelich / dann wann es notori vñ offenbar / daß einem ſein Bauw vnbillich verbotten / mag der Bauwend ohn Gefahr oder Straff in ſeinem Bauw wol fort⸗fahren. Darnach wann der Verzug dem Bauwenden ein Gefahr oder groſſen vnwiderbringlichen Schaden brächte / in ſolchem Fall mag im Bauw auch fortgeſchritten werden.

* Pœnal Mandaten ſine clauſula in edicto noui operis nunciationis.] Mandata pœnalia ſine clauſula, quæ in edicto noui operis decernuntur, ſunt triplicia. *Prohibitoria, Permiſſoria, & Demolitoria. Gail. 1. obſeru. 16. numer. 14. Petr. Frider. Mindan. lib. de mandat. Iudic. cap. 32.* duplicia facit Inhibitoria & demolitoria. Verùm illa rurſus diuidit inhibitoria futuri operis, & turbationis.

Prohibitoria ſiue Inhibitoria futuri operis ſunt, quæ ei, qui nouum opus nunciauit, contra ædificantem decernuntur, ſi is contra denunciationem, nulla remiſſione facta, ædificare refractariè pergat *Frider. d. cap. 32. numer. 1.* Cur ſine clauſula decernantur, in textu ab autore noſtro oſtenditur. Hoc tamen caſu plerunque mandatum mixtum petitur, partim demolitorium ſiue reſtitutorium, reſpectu facti iam operis, & inhibitorium reſpectu futuri operis *Frid. d. cap. 32. n. 1.* Et hæc ratio eſt, cur in edicto Prætoris duo tantum interdicta Demolitorium & Permiſſorium reperiantur. Et tantùm de Inhibitorio, quod Inhibitorium futuri operis Mindanus appellat.

Venio nunc ad permiſſiuum, quod inhibitorium turbationis Friderus indigitat. Vocatur etiam mandatum de non impediendo ædificare, quod ſine clauſula decernitur ædificanti, qui poſt legitimam nunciationis remiſſionem in ædi-

ficando ſiue faciendo opere impeditur, de quo ſic interdicit Prætor *in l. 20. §. deinde verb. ait Prætor, Quem in locum nunciatum eſt, ne quid operis noui fieret; qua de re agitur, ſi de ea re ſatis datum eſt, quod eius cautũ ſit, aut per te ſtat, quò minùs ſatis detur, quò minùs illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri vetat, ff. de oper. nou. nunc. Sine clauſula autem decernitur, tùm quòd Prætor ita edicat, cuius mandatũ aſpernari nefas foret, tùm quòd ſecutus ſit is, qui opus nouum nunciauit, poſteaquam ei cautum eſt d. l. 20. § Nec quicquam. Coniunge Frid. d. ca. 32. & de Practica Camerali atteſtatur Schvvanm. lib. 1. Proceſſ. Cameral. cap. 11. num. 7.*

Cæterùm quia de remiſſione nunciationis mentionem fecimus, diligenter notanduum eſt, quadruplicem eam eſſe. Nam vel ipſo iure contingit, vel conſenſu nunciantis, vel cauſſa cognita, vel ſatiſdatione. Ipſo iure remiſſio contingit, quando impune ſpernitur nunciatio, veluti ſi certum ſit & notorium, nunciantem non habere ius nunciandi noui operis *Bartol. in l. 1. num 6. ff. h. t. Spec. in tit. de oper. nou. nunciat. Ferrarienſ. in form. libell. in action. nou. oper. in gloſſ. Quendam parietem nu. 2. Gail. d. obſeru. 16. nu. 4.* Certum autem eſt, aliquem ius nunciandi non habere. Primò per inſtrumentum factum inter ipſas partes. Secundò per inſtrumentum ſententiæ aliàs ea de re inter partes latæ. Tertiò per ipſius rei euidentiam. Quartò propter perſonæ nunciantis inhabilitatem *arg. l. non ſolum in princ. & l. de pupillo in princ. ff. h. t. adde. c. cum olim. de verb. ſignificat. Ferrar. d. gloſſ. num. 3 Coniunge Gail. d. obſeru. 16. numer. 6.* Quod igitur *in l. 1. ff. h. t.* ſcriptum extat nunciationem, ſiue iure vel iniuriâ facta ſit, ſperni non debere, id in dubio procedit. *Ferrar. d. gloſſ numer. 3. Gail. d. obſeru. 16. numer. 4.* Impune itemque ſpernitur nunciatio & propterea ipſo quoque iure remiſſio contingit, ſi dilatio graue periculum allatura eſſet *l. de pupillo. 5. §. Præterea, vbi generaliter, inquit Vlpianus Iuriſconſultus, Prætor cætera quoque opera excipit, quorum mora periculum aliquod allatura eſt. Nam in his quoque contemnendam putauit operis noui nũciationem. Quis enim dubitat, multò melius eſſe omitti operis noui nunciationem, quam impediri operis neceſſarij vrgentẽ extructionem? Toties autem hæc pars locum habet, quoties dilatio periculũ allatura eſt, & §. ſeq. proindè ſi quis, inquit, cum opus hoc mora periculum allaturum eſſet, nunciauerit opus nouum, vel ſi in cloacis vel ripa reficiendis aliquid fieret, dicemus apud Iudicem quæri debere, an talia opera fuerint, vt contemni nunciatio deberet. Nam ſi apparuerit vel in cloaca riuouè, eouè, cuius mora periculum allatura eſſet; Dicendum eſt, non eſſe verendum, ne hæc nunciatio noceret.* Quod licet gloſſ. ibi in periculo ſpeciali, quod ei impendeat, cui nunciatio facta eſt, non procedere, ideoq; nunciationem ſperni non poſſe exiſtimet, vt refert *Bartol. hic*, multò tamen rectiùs *Bartol. & Caſtrenſ.* in his textibus, ſi maximum impẽdeat periculum ei cui facta eſt nunciatio; aut ſi damnum grande verſetur eius, cui facta eſt nunciatio, ex dilatione & modicum eius, qui nunciet, ex ædificatione, nunciationem ſperni poſſe tradunt. Impune itemque ſpernitur nunciatio, & propterea remiſſio ipſo iure contingit, ſi quis opus nouum denunciet in loco iam tum iudicialiter controuerſo, quem quidem ædificare poſſideat; denuncians autem ius proprietatis in eo aſſerat, idque propter litis pendentiam, quæ innouationes & attentata non permittit, *tit. C. vt lit. penden. vel prouacat. interpoſ. null. lic. Impe. ſupplic. nouell. in med. lit. non fier. Sacr. form. 113. Clem. final. vt lit. pendent. l. 7. C. de iur. fiſc. l. vn. ff. nihil nouar. appellat. interpoſ. eleganter & prolixè hæc declarat Frider. d. cap. 32. num. 4.*

Conſenſu fit remiſſio, ſi poſt opus nouum nunciatum conueniat inter controuertentes ſine cautione, vt ædificium perficiatur (ſcilicet in loco priuato non autem in publico.) Nam tunc actio quidem ædificanti non datur, ſed aduerſus agentem obſtat conuentionis ſeu pacti exceptio *l. 1. §. inde quæritur. ff. de oper. nou. nunciat. Oldendorp. Claſſ. 3. act. 7. num. 1.* Cauſſa cognita fit remiſſio, quando Iudex parte vtraque audita reperit, nunciantem non habere ius nunciandi in opere. Tunc enim Iudex nunciationem remittit, & licentiam concedit procedendi in opere *Ferrarienſ. d. loc in gloſſ. Ante aliquam remiſſionem. Huc facit, quod Vlpianus in l. 1. in princ. h. t. ſcribit; Remittetur prohibitio hactenus, quatenus prohibendi ius, is qui nunciaſſet, non*



Digitized by Google

*non haberet.* Satiſdatione fit remiſſio, quando is, cui noui operis nunciatio facta eſt, cauet idoneo fideiuſſore dato, quòd ſi nõ rectè ędificauerit, omne opus, quòd poſt denũciationem fecerit, ſuis ſumtibus deſtruere velit. *l. vn. C. de nou. oper. nunciat.* Et hæc per ſatiſdationem remiſſio frequentiſſima eſt, vt per quam vtrique parti conſultum ſit tam ei, qui nunciauit, quoniam cautum habet de opere reſtituendo, quam ei, cui nunciatum eſt, quia molitio eius non impeditur, quæ Vlpiani Iuriſconſulti verba ſunt *in l. ſtipulatio 21. §. 1. ff. de oper. nou. nunciat.* Hanc autem ſatiſdationẽ ſufficit extraiudicialiter fieri. *Iaſ. in l. de pupillo. §. Qui remiſſionem nu. 2. ff. de oper. noui nunciat. Habet enim, inquit Vlpianus in d. l. de pupillo. §. ſi is, cui renunciatum, hanc vtilitatem. Nam remittit vexationem ad Prætorem veniendi & deſiderandi, vt miſſa fieret nunciatio.*

Porrò difficilis & ardua hîc mouetur quæſtio, vtrùm hanc de demoliendo, ſi ſuccumbere ipſum contingat, ab ædificante, cui nunciatio facta eſt, oblatam ſatiſdationem, ante tres menſes nuncians etiam inuitus acceptare teneatur, ſic vt eâ præſtitâ, vt maximè ipſam, antequam trium menſium ſpacium effluxerit, acceptare nolit, remiſſio nunciationis fiat, & propterea denunciatus in ædificatione operis pergere poſſit.

Quod poſſit pergere hoc caſu, expreſſis hiſce textibus ſatis comprobatum eſſe affirmandum videatur. Nam *in d. l. de pupillo. §. 17. Vlpianus ſi is, cui renunciatum erit, inquit, ex operis noui nunciatione ſatiſdederit repromiſerit uè, aut per eum non fiet, quò minùs boni viri arbitratu ſatiſdet repromittatuè, perindè eſt, ac ſi operis noui nunciatio omiſſa eſſet. Et in l. 20. §. ſi quis paratus, vbi diſertis verbis idem Vlpianus ſi quis paratus, inquit, fuerit ſatiſdare, deindè actor ſtipulari nolit, in ea cauſſa eſt, vt remitti debeat, & in dict. l. 20. §. Deindè, vbi Prætor vim fieri vetat, quò minùs ei, qui ſatiſdedit. in eo loco opus facere liceat. Et in dict. l. 20. §. 12. inquit: Hoc interdictum competit ei, qui ſatiſdedit. Intelligit autem edictum prohibitorium turbationis, quod ſuprà edictum permiſſiuum ſiue mandatum ſine clauſula de non impediendo ædificare appellauimus.* Non igitur in voluntate nunciantis erit poſitum ante decurſum trium menſium ſpacium ſufficientem cautionem oblatam non acceptare, atque hoc pacto ædificantem in ſuo opere impedire. *Accedit, quòd hæc ſententia non ſolum allegatis textibus, ſed etiam Cameralibus præiudiciis comprobetur, vt locupletiſſimus teſtis eſt Schvvanmann. d. cap. 11. numer. 6. vbi hanc opinionem, quòd ſatiſdatio ipſo iure operetur remiſſionem in eo, quem nos poſuimus, caſu Dominos Camerales ſecutos eſſe in cauſſa* H. Schenckens zu S. verordneter Vormunder *contra* Herrn W. vnd G. Graffen zu D. *& conſortes atteſtatur, vbi & adhuc vnum allegat præiudicum.*

Facit denique, quod *Gail. ſcribit. d. obſeru. 16. num. 17.* Illud trium menſium ſpacium in Camera tàm exactè non ſeruari, quòd nuncians intra prædictum tempus de iure ſuo vix docere poſſit propter multitudinem cauſſarum, ſed ſufficiat, ſi articulos debito tempore exhibuerit, eoſque ad probandum admitti petierit, licet examen debito tempore non finiatur, & iudicialiter producatur. Et quamuis interea is, cui facta ſit nunciatio, ędificare non poſſit, etiamſi ſatiſdationem de demoliendo offerat, & remiſſionẽ ob id petat, quod quidem ſatis durum eſſe affirmat Gail. ſe tamen exiſtimare ſcribit, non obſtante litis pendentia in Camera, elapſis tribus menſibus citato offerenti idoneam ſatiſdationẽ per ſatiſdationem nunciationem remittẽdam eſſe, tùm quòd per ſatiſdationem vtrique parti conſultum ſit tàm nuncianti, quam ei, cui nunciatum eſt *d. l. ſtipulatio. §. 1. ff. de oper. nou. nunciat.* tùm quod ad decus vrbium pertineat ædificia non derelinqui *l. Prætor ait. 20. §. Hoc interdictum. ff. h. t.* tùm quòd Reip. interſit, vrbem ruinis non deformari *l. 2. §. ſi. quis. & l. final. ff. Ne quid in loco public.* tùm verò etiam quòd nihil interſit, iurene quis an non iure ædificet, cum ſit ſecurus, qui opus nouum nunciauit, poſteaquam ei cautum eſt *d. l. Prætor ait. §. deindè ait.*

Verùm quamuis hæc plauſabiliter adducantur, magnamq; non minùs veritatis

tatis, quæ in æquitatis ſpeciem præ ſeſe ferant, refragatur tamen *l. vnic. C. de oper. nou. nunciat.* ex qua expreſsè colligitur, ſi inter nunciantem & ædificantem ſit controuerſia, eam intra trium menſium ſpacium dirimi oportere; ſi verò hoc decurſo aliquod ambiguitatis impedimentum interueniat, tunc poſſe eum, qui ædificationem operis acceleret, fideiuſſore idoneo dato de demoliendo ſuis ſumtibus, ſi non rectè ædificet, cautionem præſtare, eaque præſtita licitè in ædificando pergere. Ita namq; futurum, vt & opera per inanes denunciationes non prohibeantur, & rectè denunciantibus conſulatur. Quod idem eſt cum eo, quod antea ex iuris textibus adduximus, per ſatiſdationem vtriq; parti conſuli, tàm ei, qui nunciauit, quam illi, cui nunciatio facta eſt. *d. leg. Stipulatio. §. 1. ff. h. t.* Ante igitur elapſum ſpacium trium menſium, nunciator noui operis ſatiſdationem oblatam inuitus acceptare non tenetur, quòd iuris beneficium indultum alicui, inuito auferri neq; debeat neq; poſſit. *c. indultum de Reg. Iur. in 6.* Vt verò ex ipſis textus *d. l. vn. C. h. t.* verbis appareat, verè illud ipſum, quod hactenus adduxi, inde inferri, ea huc transſcribere mihi viſum fuit: Ita autem habent: *Talem igitur iniquitatem inhibentes ſancimus, ſi quis denunciationem emiſerit, in hac quidem Regia vrbe præfectum vrbi feſtinare, in prouincia verò Rectorem eius intra trium menſium ſpacium cauſſam dirimere, ſi verò aliquod fuerit, quocunq; modo ad deciſionem ambiguitatis impedimendum, licentiam habere eum, qui ædificationem deproperat, opus, de quo agitur, efficere, prius fideiuſſore ab eo dato officio vrbicariæ præfecturæ vel prouinciali, vt, ſi non rectè ædificauerit, omne opus, quod poſt denunciationem fecerit, ſuis ſumtibus deſtruet. Sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebũtur, & rectè denunciantibus conſuletur.* Pro conciliandis his in ſpeciem contrariis textibus variæ ab interpretibus afferuntur conciliandi rationes, quas partim apud gloſſam *in d. leg. vnic.* partim apud *Bartol. in leg. Prætor ait. §. ſi quis paratus. ff. h. t. partim apud Chriſtophorum Schvvanman. d. cap. 11. lib. 1 Proceſſ. Cameral. conſignatas inuenio.* Verùm de omnibus illis nulla mihi ſatisfacit, ſicut ex ſequenti ipſarum diſcuſſione atq; examinatione liquidum euadet.

Quòd enim primò diſtinguunt inter nunciationem à Prætore, & à Nunciante factam, *quaſi d. l. vn. C. h. t.* loquatur in nunciaitone à Prætore; citati verò textus, denunciatione à nunciante facta; id nullo prorſus fundamento nititur. Nam omnes textus tàm Codicis, quam reliqui generaliter, nulla prorſus tali diſtinctione adhibita, loquuntur.

Quòd ſecundò alij dicunt, in arbitrio Nunciatoris eſſe, vt vel ſatiſdationem accipiat, vel abnuat, &, ſi accipiat, remiſſionem ſtatim fieri, atq; ædificanti in opere perficiundo pergere permiſſum eſſe, eoq; in ſenſu allatos Digeſtorum textus accipiunt; ſi vero nuncians oblatam à Reo ſatiſdationem abnuat, & ſe in continenti ad probandum offerat, audiẽdum eum & per tres menſes expectandum eſſe, quo in caſu accipiunt *d. l. vnic. C. h. t.* id itemq; omni fundamento caret, quin immò textibus Digeſtorum refragatur. Illi namq; potiſſimum loquuntur eo in caſu, quando ſatiſdationem oblatam nuncians acceptare nolit, aut ſi per illum, cui nouum opus nũciatum eſt, non ſtet, quò minùs ſatiſdet repromittatuè, tunc enim perinde eſſe, demonſtrant, ac ſi operis noui nunciatio omiſſa eſſet. *d. leg. de pupillo. §. Si is, cui renunciatum d. l. Prætor ait 20. §. Si quis paratus*, vbi hæc expreſſa verba habentur. Si quis paratus fuerit ſatiſdare, deinde actor ſtipulari nolit, in ea cauſſa eſt, vt remitti debeat. Nam cum per actorem fiet, apparet, in ea cauſa eſſe, vt remitti debeat, *& in §. deinde. verb.* aut per te ſtat, quò minùs ſadiſdetur. Deinde *in d. l. vn. C. h. t.* ne verbulo quidẽ attingitur, quòd nuncians oblatam à Reo ſatiſdationem accipere deneget, & ſe in continenti ad probandum offerat.

Quòd etiam tertiò nonnulli ſtatuunt, poſitum eſſe in ædificantis arbitrio, num ſtatim ſatiſdare, & ſic ædificando pergere, an intermittere velit; *hoc. d. leg.* vnicæ expreſsè refragatur, vbi per tres menſes expectandum eſſe, ante quam licentiam

Digitized by Google

tentiam accipiat præſtita ſatiſdatione in opere ædificando pergendi, ſcriptum extat.

Neque quartò illorum poteſt ſtare diſtinctio, qui diſtingunt, quòd, ſi ædificator locum, in quo opus fit, poſſideat, ſtatim cum ſatiſdatione ad pergendum admittatur; ſecus ſi non poſſideat. Nam omnes illi Digeſtorum & Codicis textus de hac diſtinctione ne verbulum quidem afferunt.

Eadem ratione quintò non procedit illorum ſententia, qui volunt, ſi quid in loco publico ædificetur, ſatiſdationem non admitti; in priuato autem loco opus ſi fiat, ſtatim ſatiſdando ædificatorem ad pergendum in opere admitti. *Nam d.l. vnic.* generaliter loquitur, & indifferenter lapſum trium menſium requirit.

Sic ſextò etiam Bartoli ſententia *in d. l. Prætor ait. §. ſi quis paratus*, ex eodem fundamento labefactatur, quando, *d.l.vn.C.h.t.* accipit in eo caſu, quando is, qui nunciat, ſtatim ſeſe ad probandum de iure ſuo offert, dicens, paratus ſum de iure meo oſtendere, hodie conſtat, hodie agatur, & tunc licet is, cui nunciatum eſt, paratus ſit ſatiſdare, attamen per tres ipſum menſes expectare teneri, ſi verò nuncianti. Actori ſatiſdatio ſtatim ab eo, cui nunciatum eſt, offeratur, & Actor ille nihil dicat, hoc caſu ſtatim fieri remiſſionem, quo in ſenſu intelligit textus Digeſtorum ſuprà adductos. Nam *d.l.vnic.& c.fin.extra h.tit.* generaliter & indiſtinctè loquuntur, quòd nuncians grauamina contra opus nouum exhibita intra tres menſes proximos probare debeat, quod etiam Fridero probatur. *libr. de Mandat. Iudic.cap.31.num.8.*

Quòd deniq; alij *vt Paulus de Caſtro in d.l. Prætor ait. §. Si quis paratus.num.3.ff.h.t. & Iaſ.in §. Siue autem.num.5. in eadem. l.* indiſtinctè ſtatuunt, nunciationem ſtatim remitti per ſatiſdationem idoneam, quę ſine vlla ſuſpēſione temporis executionem permiſſiuam ædificandi ſecum trahat, ei refragatur. *d.l. vn. C. h.t. quæ lapſum trium menſium requirit.*

Ego verò inter textus Digeſtorum & Codicis nullam planè contrarietatem eſſe omninò ſtatuo, niſi quòd generalis regula, quod ſufficiens ſatiſdatio oblata remiſſionem nunciationis & executionem permiſſiuam ædificandi ſecum trahat, in Digeſtis ita generaliter poſita, à Iuſtiniano *in l. vnic. C.de oper.nou.nunciat.* ita limitetur ſub hac conditione, ſi trium menſium ſpacium elapſum fuerit, ſi fortè interea nuncians de iure ſuo ita docere poſſit, vt ad ſatiſdationem decurrere minimè neceſſe ſit, quòd plùs cautionis in re, quàm in perſona eſſe ſoleat. *l.Plus cautionis. ff. de Reg. Iur.* Hanc conciliationem tantò libentius amplector, quòd nihil ita in leges inferatur, & diſtinctiones à verbis legum alienæ euitentur. Interea tamen cuiq; rectiùs ſentienti iudicium ſuum ſaluum eſſe volo. Non enim ego obſtinata quadam diſſentiendi libidine, quæ multos hodie titillat, laboro, vt meliora edoctus ſententiam ego meam immutare & doctioribus aſtipulari nolim.

Hucusq; de prohibitorio & permiſſiuo Mandatis ſiue interdictis ſatis copioſè dictum fuit: Succedit nunc Demolitorium.

Demolitorium ſiue reſtitutorium mandatum eſt, quo omne illud ædificans, quod poſt nunciationem abſq; facta remiſſione ædificauit, demoliri, & rem in priſtinum ſtatū reſtituere ſine clauſula iubetur. *d.l.20.ff.h.t.in princ.* vbi ſic Prætor ait. Quem in locum nunciatum eſt, ne quid operis noui fieret, quâ de re agitur, quod in eo loco, antequam vel nunciatio miſſa fieret, aut in cauſſa eſſet, vt remitti deberet, factum eſt, id reſtituas. Neque intereſt, iurène factum ſit, an non. *d.l.20. § 3. & l.1.in princ.ff. eod.* Quicquid enim ante remiſſionem fit, vel illud, quod loco remiſſionis habetur. pro eo habendum eſt, atq; ſi nullo iure factum eſſet. *d. leg. 20.§.3.* Ideò autem ſine clauſula demoliri & reſtituere iubetur, quia mandatum iudicis & legis contemſit. *Ferrariens.in form. libell.in action.noui.oper.in gloſſ.aliqualiter.d.l.20.verb.* Qui igitur facit, etſi ius faciendi habuit, tamen cōtra e-

dictum

Digitized by Google

dictum Prætoris facere videtur, & ideò hoc destruere cogitur. Cuius autem ſumtibus opus destruet? ſuis vtriq;, quia ſibi imputet, qui contra nunciationis interdictum ædificauerit, hac tamen diſtinctione adhibita, vt, ſi ipſe poſſideat, patientiam & impenſam tollendi operis, ſi verò alius poſſideat, ille patientiam, qui fecit autem, impenſam præſtare debeat. *l. Competit. 16. §. 2. verb.* In ſumma qui vi aut clàm fecit, ſi poſſidet, patientiam & impenſam tollendi operis, qui fecit, nec poſſidet, impenſam, qui poſſidet, nec fecit, patientiam tantùm debet. *ff. Quod vi aut clàm.* Si verò is, cui opus nouum nunciatum eſt, deceſſerit, & hæres poſſideat, is ſolam patientiam deſtruendi operis aduerſario præſtabit; in pœnam autem non ſuccedit *l. Cui opus nouum 22. ff. de oper. nou. nunciat.*

Cæterùm hîc probè notandum eſt, in libello peti oportere reſtitutionem damnorum, intereſſe, expenſarum, quas actor propter contemtam nunciationem fecit, aut porrò facturus eſt, ſi Reus opus factum demoliri refractariè differat, quia officio Iudicis ita oportere fieri reſtitutionem iudicandum eſt, vt in omni cauſſa eadem ſit conditio Actoris, quæ futura eſſet, ſi id opus, de quo actum eſt, neq; vi neq; clàm factum eſſet. *l. ſemper 15. Hoc interdicto 7. ff Quod vi aut clàm, junct. l. Stipulatio 21. §. final. ff. de oper. nou. nunc. Præiudicium Camerale allegat Frider. d. cap. 32. n. 5. in cauſſa Bamberg contra Pappenheim.*

Contra Mandata Inhibitorium & Demolitorium per ſub & obreptionis exceptionem excipi poteſt, quòd notorium ſit, nunciantem ius nunciandi non habere per ſuprà allegata. Item quòd dilatio periculum vel graue damnum ædificanti ſit allatura, & quòd extrema neceſſitas, vt opus fiat, poſtulet. *d. l. de pupillo. §. Si quis riuos, cum ſeqq. ff. h. t.* item quòd reſtauret vel fulciat ædificiũ priſtina ędificij forma ſeruata. *l. vn. C. de oper. nou. nunciat.* Opus namq; nouum facit, qui aut ædificando aut detrahendo aliquid priſtinam operis faciem mutet, *l. 1. §. 11. ff. h. t.* Plures *contra iſta mandata exceptiones vide apud Oldendorp. claſſ. 3. act. 7.*

Contra Mandatum Permiſſiuum excipi poteſt, quòd actor ſatiſdederit quidem, ſed fideiuſſores interim ſint mortui, vel ſint interim ordinariæ iuriſdictioni per priuilegium exemti. Quoniam enim cautio deſiit eſſe, his & aliis caſibus Reo non eſt cautum. Nam lex vult cautionem durare, vt vti poſſit ædificator hoc iudicio, *l. Prætor ait. §. proinde. ff. de oper. nou. nunciat. arg. l. ſi pro parte. §. Verſum. ff. de in Rem verſ.* Item quod Reus poſtulàrit ab Actore vt ſibi denuò caueret, idq; recuſarit. *Iohann. Oldendorp. in defenſionibus contra hoc interdict.*

* Iſt durch ein offen Inſtrument / daß ſolche Gebott geſchehen ]. *Gail. d. obſer. 16. num. 12. Frider. de Mandat. Iudic. cap. 30. num. 8. & 9.* Et huius inſtrumenti in ſupplicatione tùm mentio fieri, tùm verò etiam cum ea ſimul illud exhiberi debet. *Fride. d. num. 9. vbi hoc ſtylo receptum eſſe ſcribit.* Nunciatio autem triplex eſt. Vna quæ fit per Prætorem. Altera quæ per iactum lapilli. Tertia quæ fit verbis. *d. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. h. t.* Prætoria ſiue iudicialis eſt, quando Magiſtratus ad petitionem eius cuius intereſt, ædificantem ab opere, quod parat, iubet abſtinere, donec de iure ædificandi docuerit, vel cum aduerſario eo nomine conuenerit. Formam huius denunciationis tradit *Ferrarienſ. in form. libell. in action. nou. oper. in gloſſ. Nouum opus ſolenniter nunciauit, num. 3.* Per iactum lapilli fit nunciatio, quando pars accedit ad opus, & dicit operariis; prohibeo ſeu denuncio verbis, ne vltra procedatis, nec aliquid operis faciatis, in eiusq; rei ſolẽne teſtimonium lapidem vnum vel alterum ex ipſo opere aſſumtũ in locũ vel opus cõtrouerſum proiicit. Cum autem ſuprà dictum ſit, vt de hac denunciatione Iudici conſtare poſſit, inſtrumentum publicũ requiri, pars non ſola, ſed Notario & teſtibus adhibitis ad opus accedet, eosq; de facta hac ſolenni nunciatione iactuq; lapilli in teſtimoniũ requiret, & à Notario inſtrumentũ vnum aut plura in fidem & memoriam rei ſibi confici petet. *Frider. d. cap. 30. nume. 8. Ferrarienſ. in d. gloſſ. Nouum opus, num. 3.* Verbalis eodem modo

Digitized by Google

modo extra iactum lapilli peragitur *Ferrar. d. loc.* Hoc tamen inter tres illas nunciationes intereſt, quod verbali nunciatione vtamur, quando ædificans in ſuo ædificat ſed contra ius ſeruitutis, quod nobis in eo competit *d. l. de pupillo. §. meminiſſe.* Et qui vtitur hac verbali ſiue ſimplici denunciatione, is aduerſarium poſſeſſorem facit, & poſſeſſionem amittit. *l. 1. §. 6. verb.* In operis noui nunciatione, vbi in ſpecie intelligit Iuriſconſultus illam, quæ verbis peragitur, *& d §. Meminiſſe verb.* Cæterùm noui operis nunciatione poſſeſſorem eum faciemus, cui nunciatum eſt. Nunciatione prætoria ſiue iudiciali, quæ fit autoritate Magiſtratus, & eâ, quæ fit per iactum lapilli, vtimur, cum in noſtro ædificatur, nec poſſeſſionem amittere volumus. *Ferrariens in d. gloſſ. Nouum opus. §. 4. & d. §. meminiſſe.* Itaque meminiſſe oportebit, quoties quis in noſtro ędificare, vel in noſtrum immittere, vel proiicere vult, melius eſſe eum per Prætorem vel per manum (id eſt, lapilli iactum) prohibere, quam operis noui nunciatione, quæ ipſius Vlpani Iuriſconſulti verba ſunt *in d. §. Meminiſſe.* Hanc tamen differentiam in praxi rarum obſeruari. nec in decernendis proceſſibus attendi atteſtatur *Frider. cap. 30. nu. n. 12.* Cæterùm nunciatio in re præſenti, id eſt, eo loci, vbi opus fit, ſiue quis ædificet, ſiue inchoet ædificare, fieri debet. *d. l. 5. §. Nunciationem.* Et ſufficit nunciari fabris vel opificibus, qui eo loci operantur, & generaliter omni, qui in re præſenti fuerit domini operi ſuè nomine *d. l. De pupillo. §. Nunciari. ff. de oper. nou. nunciat.*

# Wie der Herrn vnmenſchlich halten vnd wüten Wider jhre Vnterthanen durch Mandata zu fürkommen.

SO ein Herr wider ſeine Vnterthanen / dieſelbigen zu vngewönlichen Geſchäffte mit gewalt tringē thät / in ſolchem Fall mögen die Vnterthanē deß obern Gewalts Hülff vnd Ampt erſuchen / der Geſtalt / daß dem Herrn bey hoher Straff zu gebieten / er ſie wider alt herkommen nicht beſchwäre / vnnd werden in ſolchem Fall etwann Mandata ohn ein Clauſel erkannt / ſonderlich wann auß den Narratis der Supplication zuverſtehē / daß der Herr tyranniſch / vnmenſchlich / vnnd alſo handelt / daß ſolch Handlung in allen Rechten verbotten: Als da er vmb bürgerlich Sachen willen vber angebottene Caution die armen ohn einige Erbärmd in ſchwehre Gefängnuß werff / oder da ein Herr newe Exactiones oder Aufflagen auß eygenem Wolgefallen / ohn eines Römiſchen Keyſers wiſſen vnd bewilligen jhnen aufflegen wolte. Dann ob wol ein Herr ein Juriſdiction vnd Gewalt vber ſeine Vnterthanen / ſoll er ſich doch derſelbigen mäſſig halten / vnd nicht mißbrauchen. Daher gehört auch / daß es wider den gemeinen Nutz / da ſich jemand deß ſeinigen wolle mißbrauchen.

Damit aber obgeſetzte Mandata den Vnterthanen wider jhre Herrn zuerkennen / ſo ſeynd der gantzen Handlung Vmbſtändt fleiſſig vnd wol zuerwegen / damit nicht etwann die Vnterthanen wider jhre Oberkeyt verhetzt / geſchirmt / ſich auff ſolche Mandata verlaſſen / vnd deſto mehr



Digitized by Google

wider ſie gereitzt / da gemeinlich die Vermutung für die Oberkeit / vnnd wider die Vnterthanen.

Da aber die Vnterthanen gegen jhrer Obrigkeit oder Herꝛſchafft Vngehorſam / den Gehorſam vnd die Dienſt / die jhre Voreltern geleyſt / nicht thun wolten / in ſolchem Fall iſt der Obrigkeit vnbenommen / zu derſelbigen Vngehorſamen Leib oder Güter zugreiffen / vnnd ſo lang in Hafft zuhalten / biß die Vnterthanen wider zu der ſchüldigen Gehorſamb gebracht. Derhalben in dieſen Fällen / der Obrigkeit oder der Herꝛſchafft vngehört / ſolche Mandata ohn ein Clauſel nit bald / dann allein auß groſſen offenbahren vnnd ſonders bewegenden Vrſachen zu erkennen.

Hanc materiam ſuprà de mandatis copioſè pertractaui, & diligenter eruditeque ipſam perſequuntur *Gail.1.obſer.17.& 1.de pac.publi.cap.2.numer.18.& ſeq.vſq; ad num.23. Sneiduin.Faber.& DD.in §. Sed hoc tempore,inſtit.de his, qui ſunt ſui vel alien. Iur. D. Ludolphus Schraderus in eruditiſſimo ſuo Tractatu feudali part.9.cap.6.numer.61.vbi multas autoritates adducit Frider.lib. de Mandat. Iudic.cap.44. de ſuperactionibus, tributis, & collectis in ſolitis exhibendis, vbi fontes & ordinarias ſedes huius materiæ aperit, quò lectorem beneuolum remitto.*

## XCVI.

## Von den Promotorialibus.

WAnn der ordentlich Vnterrichter den Partheyen das Recht verſagt / oder vngebürlicher Weiß verzeucht / als dann mögen die Partheyen das nechſt Obergericht erſuchen / vnd wo jhnen durch daſſelbig auch nit geholffen / als dann haben ſie ſolchs am Cammergericht anzubringen / Promotoriales zubegeren: Vnd wiewol vor der Zeit dergleichen Promotoriales anders nicht erkannt / dann ſo ferꝛ die Partheyen durch ein Schein darthun vnd beweiſen / daß jhnen das Recht abgeſchlagen vnd verzogen / ſo wirdt doch jetzunder den Narratis vnd Fürbringen hierinn [a] gemeinlichen Glauben geben / die Promotoriales darauff erkannt / dem Richter ein Zeit angeſetzt / als eines Monats / in welcher ſie die Richter das Gericht den Partheyen eröffnen. Im Fall aber das Gericht eröffnet vnd angefangen / vnd allein verzogen / als dann wirdt ein lengere oder vngewiſſe Zeit beſtimpt / als daß ſie dem Supplicanten wöllen verholffen ſeyn.

[a] Gemeinlich Glauben geben] *Idq; per Receſſum Viſitationis de Anno 50.§.19.qui poſtea Receſſui Imperij facto in Comitiis Anno 1566. Auguſtæ Vindelicorum habitis inſertus eſt.§.* Vnd nach dem / *quem infra ſub fine huius tituli autor poſuit. Adde D.Petrum Denaiſ.in Iure Cameral.Rubric.* Iuſtitia denegata protractaue.§.*6.verb.Camera etiam ſine requiſitionis documento,poſtulantibus promotoriales decernito. Chriſtoph.Schvvanman.lib.1.Proceſſ. Cameral.cap.19.num.1.* vbi promotoriales tanquam minùs præiudiciales & fauorabiles in Camera ad maturandam iuſtitiam facilè decerni, & narratis hac in parte ſupplicantis ſtari ſcribit. Cæterùm requiritur, vt, qui pro Promotoralibus ſupplicat, ſit Imperij ſubditus, & Cameræ immediatè ſubiectus *part.2.ord.tit.26.* Secundò narrari debet ita in ſupplicationibus, quæ pro impetrandis Promotoria-

libus

Digitized by Google

libus formantur, quam diu cauſſa coram inferiori iudice ventilata fuerit. Sicut & tertiò quòd pro maturanda iuſtitia inſtiterit.

XCVII.

**Wann ſolche Promotoriales exequiert vnd verkündt/ vnd dannoch in beſtimpter Zeit der Parthey zu Recht noch nicht verholffen werden will/ als dann erwechſt die Sach an das Cammergericht/ vnd wirdt wider die Parthey (da ſie anderſt nicht Exceptiones fürzulegen/ als daß jhr das Recht nicht verſagt oder verzogen) ein Citation erkannt/ es ſey dann daß die Promotoriales mit der Execution in Raht vbergeben/ darmit man darauß verſtehen vnnd nehmen könne/ weß die Obrigkeit oder Richter/ an welchen die Execution außgangen/ zur antwort geben.**

Si Iudex inferior intra tempus ipſi in Promotorialibus à Camera Imperiali præfixum iuſtitiam non adminiſtret, cauſſa ad Cameram deuoluitur, & Citatio ſuper denegata iuſtitia, exhibita extraiudicialiter ſupplicatione, rectè ibi petitur & decernitur. *part. 2. ord. tit. 26. Schvvanmann. d. cap. 19. num. 2. D. Denaiſ. d. Rubric. §. 6.* Sed tùm hæc duo requiruntur. Primò vt Promotoriales vnà cum executione earum reproducantur. Secundò vt documentum ſimul factæ requiſitionis & denegatæ iuſtitiæ proferatur. *Mynſing. cent. 5. obſeru. 66. Schvvanmann. d. loc. Denaiſ. d. §. 6. verb.* His (intellige promotorialibus) reproductis, non niſi executione earum ſiue requiſitione, vnà cum iuſtitiæ denegatione probata, proceſſus communicato.

Verùm obſtat *Ordinat. d. tit. 26. part. 2.* vbi expreſsè ſcriptum reperitur, ſi inferior Iudex intra tempus ipſi in Promotorialibus à Camera Imperiali præfinitum iuſtitiam non adminiſtret ſupplicanti, etiamſi nullum factæ vlterioris requiſitionis & denegatæ iuſtitiæ documentum exhiberi & proferri poſſit, Citationem in Camera ſuper denegata iuſtitia denegari, vt ex totius paragraphi primi contextu, cuius verba huc transcribere mihi viſum fuit, luce meridiana clariùs patebit. Ita autem habet Ordinatio: Vnd nach dem ſich bißher an dem Keyſerlichen Cammergericht zu vielmalen zugetragen/ daß die Partheyen Promotoriales von deßwegen/ daß jhnen bey Churfürſten/ Fürſten/ Ständen/ vnnd andern Oberkeiten/ Vermög dieſer Ordnung/ nicht zu Recht verholffen worden/ an gemelten Cammergericht erlangt/ vnd auch wie ſich gebühret/ verkünden laſſen/ vnd ſich aber folgends beklagt/ daß jhnen nach beſchehener Verkündung in Zeit der Ordnung/ nicht allein nit verholffen/ ſonder auch die Notarien, in deren Gegenwürdigkeit der Churfürſt/ Fürſt/ oder Standt/ innhalt der Promotorial, requiriert werden ſollen/ wider Recht vnnd Billigkeit vergewaltiget vnnd beſchwert werden/ darauß dann gefolgt/ daß die Notarien zu Zeiten ſich zu ſolcher Requiſition nicht mehr gebrauchen wöllen laſſen/ vnnd alſo die armen Partheyen requiſitionem & denegationem iuſtitiæ nicht beweiſen können/ vnd dardurch Rechtloß geſtelt werden. Darmit nun ſolchem der Billigkeit nach begegnet/ auch darneben die armen Partheyen mit vberflüſſigem Koſten/ ſo jhnen vber beſchehene Execution ſolcher neuwen Requiſition halben auffgeht/ nit beſchwert werden: Soll hinfürter ein jeder Churfürſt/ Fürſt/ Standt/ oder Oberkeit/ dem obgemelter maſſen Promotoriales verkündt/ vnnd einmal inſinuiert werden/ in Zeit derſelbigen/ ohne weitere Requiſition oder Erſuchen/ dem klagenden Theil Rechtens zuuerhelffen/ den Richter oder Rechtstag zu erneñen/ vnd anzuſetzen/ vnnd ſonſt Innhalt vnd Vermög der Promotorialen zu handlē ſchüldig ſeyn. Vnd da ſolche der Geſtalt nit beſchehe/ ſoll als dann dem klagenden Theil an dem Cammergericht/ vngeachtet/ ob gleich keine weitere Vrkundt deß geweigerten Rechtens fürbracht würde/ zu Recht/ wie ſich gebühret/ verholffen werden.

Pro ſolutione tenendum eſt, illum ordinationis contextum per nouiſſimam



Digitized by Google

Imperij Conſtitutionem in Receſſu Auguſtæ Anno 1566. facto fuiſſe abrogatum d. §. Vnd nach dem *verb.* es ſeyen dann zu gleich auch die *documenta requiſitionis* oder requirierter *promotorialium* vnd *denegata iuſtitiæ* fürbracht. Conſtitutiones namque tempore poſteriores potiores ſunt his, quæ ipſas præceſſerunt. *l. fin. ff. de Conſti. Princ.*

[a] Erwechſt die Sach an das Cammergericht] Hoc ſine omni diſtinctione verum eſt, etiamſi coram Iudice priori iam lis cœpta vel conteſtata ſit, aut ad finalem concluſionem deducta. Ordinatio enim generaliter loquitur neque diſtinguit, vtrùm lis cœpta ſit, an verò minùs, ſiquidem non ſolùm de apperiendo iudicio vom Recht eröffnen / ſed de adminiſtranda iuſtitia vom verhelffen zum Rechten/ quod latiùs patet, loquatur. Vbi autem lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus *vulgat. l. de pretio. ff. de publican.* in Rem *action.* Siue igitur in principio litis, ſiue in medio, ſiue in fine iuſtitia denegetur, rectè Camera aditur, & cauſſa, quocunq; ſtatu ſit, ad Cameram ipſo iure deuoluitur, ſicut Conſultum in Camera *Anno 49. Auguſtam ad Comitia ordinum tranſmiſſum iubet atq; edicit, vt atteſtatur D. Petr. Denaiſ. d. Rubric. Iuſtitia negata protractauè. §. 7. vbi conſultum iſtud hiſce verbis recenſet: Inſinuatarum Promotorialium termino ſine iuſtitia adminiſtratione lapſo, cauſſa, quocunq; ſtatu ſit, ipſo iure ad Cameram deuoluitur.* Vnde patet, illorum eſſe reprobatam opinionem, qui non niſi in exordio litis Citationem ſuper denegata iuſtitia impetrari poſſe exiſtimârunt. Quorum ſententia etiam Iure communi refutatur, quo cautum eſt, vt propter negligentiam inferioris Iudicis iuriſdictio non minùs ad ſuperiorem deuoluatur, quam per appellationem *Socin. & Panorm. in c. Licet ſuſcepta, extra de foro compet. latiùs de hac quæſtione vide Schvvanmann. d. cap. 19. num. 3. cum ſeqq.* Quid? quòd ſuo etiam tempore hoc in caſu, quando iudicium iam tùm cæptum erat de quo nos loquimur, Promotoriales in Camera fuiſſe ſæpius decretas atteſtetur *Mynſing. cent. 5. obſer. 82. num. 6.*

## XCVIII.

Zugleich auch / da die von der Römiſchen Keyſ. Maieſtat gegebene Commiſſarij ſich der committierten Sachen nicht annehmen oder ſonſt die Sachen vnd daß Recht verzögen / in ſolchen Fällen werden / wie in vorgehenden / ettwann Promotoriales, ettwann Mandata cum clauſula erkannt / gleichwol etliche in Zweiffel ſetzen / ob das Cammergericht an die Keyſerliche Commiſſarien dergleichen Mandata oder Promotoriales zu erkennen / oder ob die Parthey zu der Keyſerlich. Maieſtat. tanquam ad committentem zu weiſen / wie dann auch in denen Fällen / da Commiſſarij Vermög der Ordnung geben / mehr darfür wil gehalten werden / daß die [a] Juriſdiction für ſich ſelber an das Cammergericht erwachſen vnd kommen.

[a] Juriſdiction für ſich ſelber an das Cammergericht] Facit, quod ſcribit *Gail. 1 obſ. 1. nume. 52.* executiones ſententiarum per Commiſſarios vel Iudices ordinationis latarum immediatè ad Cameram ſpectare.

Porrò proceſſus in cauſſis Promotorialiũ hic eſt. Impetrans poſt factam inſinuationem per conſtitutum ſuum Procuratorem vnà cum retroſcripta nuncij executione in primo termino eas producit, & vlteriora ſibi reſeruat. Si poſtea Iudex inferior intra præfinitum in Promotorialibus terminum iuſtitiam non adminiſtret, & factæ requiſitionis ac denegatæ iuſtitiæ, ſicut ſuprà dictum eſt, documenta in promptu ſint, ſupplicatio pro citatione ſuper denegata iuſtitia vnà cum inſtrumento Requiſitionis & denegatæ iuſtitiæ extra iudicialiter exhibetur. Ad hanc petita Citatio decernitur, & per Nuncium Cameralem inſinuata, per Procuratorem ſupplicantis ſufficienter legitimatum, cum retro ſcripta

execu-

Digitized by Google

executione reproducitur, & libellus ſummarius aut articulatus exhibetur, atq; per omnia vt in cauſſis ſimplicis querelæ hinc inde proceditur. *Schvvanman. lib. 2. Proceſſ. Cameral. cap. 23. vbi & formas Receſſuum ſubiicit.*

XCIX.

Endtlich iſt hiermit auch zu wiſſen/ daß/ wann der Richter zum dritten mal von einer Parthey jhr Rechts zugeſtatten erſucht/ vnnd ſie dannoch darneben zum Rechten nicht kommen möchte/ daß ſie als beſchwert daruon zu appellieren. Wann aber vnd in was Fällen der Oberrichter vmb Recht zuerſuchen/ daruon iſt zuſehen.

## Vom verſagten Recht.

Quæ ſequuntur in enarratione huius tituli, ea omnia Autor deſcripſit ex *Gail. 1. obſ. 28.*

DIeſer Tittel von verſagtem Rechten gehört [a] in erſter Inſtantz an das Cammergericht/ dann ein Richter/ ſo der Partheyen das Recht verſagt oder verzeucht/ verleuret in derſelben Sachen ſein Juriſdiction vnnd ordentlichen Gerichtszwang/ vnd mag die Parthey/ welcher alſo das Recht verſagt/ den Oberrichter erſuchen. Alſo werden auch täglichen am Cammergericht von wegen verſagtens oder auffzogenen Rechtens per modum ſimplicis querelæ citationes erkannt/ dann hierinn deß Cammergerichts Juriſdiction von wegen verſagten Rechtens auß der Ordnung begründet.

Damit aber ein Citation von wegen verſagtens oder verzogenen Rechtens zuerlangen/ werden drey Ding erheiſchen. Erſtlich/ [b] daß das Recht vor dem Vnterrichter noch nicht angefangen/ dann ſo einmal im Rechten fortgeſchritten/ vnd darnach in werendem Proceß der Vnterrichter ſeumig/ oder das Recht verſagte/ kompt die Sach nit durch die Klag oder den weg vnerzogenẽ Rechtens/ ſonder durch den ordentlichen Weg der Appellation an das Cammergericht/ dann ſo der Vnterrichter der Partheye im angefangenen Rechten nit helffen die Iuſtitiam befordern will/ mag Vermög der Recht appelliert werden.

Zum andern/ daß diß Orts ein Citation zuerlangẽ/ wirdt erheiſchen/ daß der Richter/ ſo das Recht verſagt/ oder ſeumig/ ohn Mittel dem Cammergericht vnterworffen ſey/ dann ſo der Supplicant noch im mitteln Richter/ vor dem Cammergericht/ mag das Cam̃ergericht mit vbergehen deß miltern nicht erſucht werden/ wie es dann zugleich auch in Appellation Sachen alſo gehalten wirdt.

Zum dritten iſt zu Erhaltung der Citation ſuper denegata iuſtitia von nöten/ daß dem Supplicanten das Recht kündlich verſagt worden. Derwegen gehet man nicht auff der Partheyen Eyd/ die da fürgebe/ ſie verhoffte nicht Rechtes zuerlangen/ ſondern muſte die Parthey ſolches durch ein offentlich Inſtrument darthun/ ſie den Richter erſucht/ vnnd

darauff jhr das Recht abgeſchlagen worden / dann da ſo viel nicht beweiſen / wirdt wider den Richter der Vnfleiß oder verſagtes Rechtens nicht vermutet.

Ferner iſt zu wiſſen / daß ein Vnderſcheid vnter verzognem vnd verſagtem Rechten. Dann im erſten Fall werden Promotoriales, zu beförderung vnd Adminiſtrierung der iuſtitiæ in gewiſſer Zeit erkannt. Im andern Fall aber / wirdt ein Citation / die Hauptſachen an der Cammer außzuführen erkannt.

Es werden auch Promotoriales vmb Vollſtreckung der Vrtheil geben / wann deß vntern Richters Vrtheil in Wircklichheit kommen / vnnd dieſelb zu vollſtrecken in Verzug wil gezogen werden. So iſt es verſehens Rechtens / da man zum Rechten nicht will verholffen ſeyn / daß als dann die repreſſaliæ ſtatt / vnnd dieſelbigen / damit die Iuſtitia nicht vntergetrückt zu laſſen /[d] vñ ſeynd ſolche repreſſaliæ wie ein billicher zugelaſſener Krieg.

# Was bey dieſem 26. Tittel / nach der in Anno 55. auffgerichten Cammergerichts Ordnung hin zukommen.

SV dem erſten §. dieſes Tittels / anfahend: Vnd nach dem / rc. gehört der 19. §. der Viſitation Abſchied deß 50. Jahrs / vnnd iſt durch angeregten 19. §. dieſer erſt gebeſſert worden.

[e] Vnnd nach dem den Partheyen / welche die / ſo hohes Standes vnnd anderen Perſonen laut der Ordnung jhnen Rechts zu pflegen erſucht / offt begegnet / daß ſie auff jhr ſchrifftlich Erſuchen / von denſelben Erſuchten kein Antwort erlangẽ / auch Notarien nicht bekommen mögen / die von jhrent wegen ſolche Erſuchung anbringen / vnnd darüber Inſtrument auffrichten / dardurch ferrner erfolgt / daß ſie nach Verflieſſung der Zeit in der Ordnung beſtimpt vor Mangel deß Documents oder Beweiſung jhrer beſchehener Erſuchung bey dem Keyſerlichen Cammergericht Proceß nicht außbringen mögen. So ordnen vnd ſetzen wir / daß auff Anſuchen der Partheyen oder jhrer Procuratoren / Cammerrichter vnd Beyſitzer gegen derſelben Widertheil Promotorial erkennen ſollen / jhnen / nach Außweiſung der Ordnung / Rechtens zu pflegen / vnangeſehen / daß die Parthey jhres vorgethanen bey ſeinem Gegentheil Erſuchens kein Schein fürlegen würde.

[a] In erſter Inſtantz an das Cammergericht.] In cauſſis enim denegatæ iuſtitiæ auſtregas ceſſare ſuprà *part. 1.* diximus. *Frider. lib. 1. de proceſſ. cap. 9. Schvvanmann. lib. Proceſſ. Cameral. cap. 7. num. 2.*

[b] Daß das Recht vor dem Vnterrichter noch nicht angefangen] Hæc qualitas falſiſſima eſt. Iuſtitia enim non ſolum in exordio litis, verùm etiam in toto proceſſu

ceſſu reliquo denegari poteſt. Ergo & Conſtitutio locum habebit, quæ tanquam beneficium Principis quàm ampliſſimam meritò interpretationem recipit. *leg. Beneficium. ff. de Conſtitut. Princip.* Quid? quòd, ſicut ſuprà quoq; de Promotorialibus oſtendimus, hoc etiã in caſu ordinatio, nullam prorſus diſtinctionem, vtrùm lis cœpta ſit, an verò minùs, faciat, quin immò generaliter loquatur. *verb.* Da ſelbſt jhm auch fürderlichen Rechtens geſtattet vnd verholffen werden ſoll. Fruſtrà igitur de appellatione in caſu, lite iam tùm cœpta, denegatæ iuſtitiæ, ad Cameram interponenda, mihi occinis, ſurdo etiam de Mandato cum clauſula hoc in caſu impetrando, fabulam, quod eſt in prouerbio, narras. Citatio namq; ſuper denegata iuſtitia eſt omnium expeditiſſimum & cõpendioſiſſimum remedium; appellatio autem & mandatum cum clauſula multis ambagibus, & circuitionibus ſunt inuoluta. Cum enim appellatio interpoſita eſt, de grauamine priùs cognoſci debet; idq; contra Iudicẽ potentiorẽ per multos fortè annos. Si enim impedimenta alleget, ad eorumq; probationem ſeſe offerat, cauſſa principalis per lõgas differtur moras; &, cum durante de grauamine diſputatione, Iudicis iuriſdictio adhuc incerta ſit, conſtare non poteſt, vtrùm cauſſa principalis ad Camerã ſit deuoluta, an verò minùs. Propter denegatam autẽ iuſtitiam, Iudex quo ad illam cauſſam iuriſdictionem amittit, eaq; ad ſuperiorem deuoluitur. *Nouell. 17. § Sit tibi quoq;. part. 2. ord. d. tit. 26. Bartol. in l. de pupillo. § Si quis Pretori. numer. 5. ff. de oper. nou. nunciat.* Cum igitur hoc caſu iuriſdictio ad ſuperiorem ſit deuoluta, conſultius vtique erit ſtatim abſq; omni circuitu ab eodem citationem petere. Et mandatum cum clauſula circuitionibus non carere quis eſt qui ex ſuprà traditis *ſub tit.* de Mandatis ſatis perſpectum non habeat?

[c] Im andern Fall aber wirdt ein Citation die Hauptſachen.] *Adde Gail. d. obſeru. 28. numer. 7. Mynſing. cent. 3. obſeru. 57.* Cum enim penitus denegata eſt iuſtitia, eo caſu decernuntur proceſſus & citationes contra ſubditos, quia Iudex, vt dictum eſt, per denegationem perdit iuriſdictionem *Auth. Statuimus ibiquè DD. C. de Epiſc. & cleric. Mynſing. d. obſeru. 57.*

[d] Vnd ſeynd ſolche Repræſaliæ.] De repræſaliis & quod in caſu denegatæ iuſtitiæ concedantur, ſuprà in doctrina mandatorum latè expoſui.

[e] Vnd nach dem den Partheyen.] Addantur porrò ad hunc paragraphum ex Receſſu Imperij Auguſtano de Anno 66. §. Vnd nach dem hæc verba: Da aber ſolche außzangene Promotoriales hernacher reproducirt/ ſollen keine Proceß erkennt werden/ es ſeyen dann auch zugleich die *documenta requiſitionis* oder exequierter *Promotorialium* vnd *denegatæ iuſtitiæ* fürbracht.

## Von Monitorialibus.

C.

Die Aduocaten vnnd Procuratores mögen am Cammergericht oder im Raht ſupplicieren vnd anhalten/ jnen jhre [a] Beſoldung zu taxiern.

[a] Beſoldung zu taxiern.] Hanc laborum æſtimationem referens inter referendum ſtatim adhibet, eamque productis inſcribit, vt vult *Memor. Viſit. de An. 59 §. 12.* Der Aduocaten/ cuius verba hæc ſunt: Der Aduocaten vnd Procuratorn in rähtlichen Sachen gehabte *labores* ſollen d' Herr Cammerrichter vñ die Beyſitzer der Gebühr taxieren. Darmit auch ſolchs deſto füglicher möge geſchehen/ ſollen die Referentẽ (als die deren fürgewãdte Mühe vnd Verdienſt am beſten zu erkennen) ſolche *labores* vnd eynkommene Producten jederzeit *inter referendũ* als bald æſtimieren/ vnd berührten Tax dem Brauch nach auff ein jedeß verzeichnẽ *Ciſ. in add. ad p. 1. ord. tit. 46. fol. (mihi) 247.* Cæterùm quòd à Iudice fieri debeat hæc laborum æſtimatio, vt ex ea præmia ſiue honoraria Aduocatis perſoluantur, iure quoque communi cautum eſt. Ita enim ſcribit Vlpia-

nus Iuriſconſultus *in l. 1. ff. de extraordinar. cognition. §. 10. In honorariis*, inquit, Aduocatorum ita verſari Iudex debet, vt pro modo litis proque Aduocati facundia & fori conſuetudine & iudicij, in quo erat acturus, æſtimationem adhibeat, dummodò licitum honorem quantitas non egrediatur. Quod idem diſponit ordinatio *d. tit. 46. his verbis*: Vnd darmit in ſolcher Tax nit allein die Gröſſe der Producten/ ſondern auch viel vnd mehr der Fleiß vnd die Geſchicklichkeit eines jeden Aduocaten angeſehen/ vnd der Billichkeit nach der Tax beſchehen mög: Wollen wir/ daß fürhin durch die beyde Referenten in einer jeden Sach als baldt *inter referendum* die Schrifft vnd Producten/ ſo ſie referieren/ taxiert/ vnd die Tax auff ein jedes Product durch ſie gezeichnet vnd beſchrieben werde.

CI.

So dann nach Beſichtigung der Acten vnd Protocols erkannt/ in Abweſen der Partheyen jhnen jhre Beſoldung taxiert/ ſo werden jhnen darnach Monitoria vnnd Gebotsbrieff bey [a] einer namhafften Straff an die Partheyen erkannt/ vnnd ſo die exequiert/ reproduciert als dann der Procurator vnd Aduocat das exequiert Monitorial/ klagt der Partheyen Vngehorſam an/ vnd begert ſie in die Peen dem Mandato oder Monitorio eynverleibt/ zuerkleren/ vnd wirdt alſo ſummariè [b] ohn eynigen langen Proceß/ dieweil zuuor die Forderung durch die Tax juſtificiert vnd bewieſen/ hierinn procediert/ [c] gleichwol etwann auch Artickel vbergeben/ vnd in contumaciam procediert werden mag.

[a] Bey einer namhafften Straff.] In euentu contumaciæ dimidia pars parti, & dimidia fiſco ſoluitur *Magenhorſt. in commentariis ſuper ordinationem Cameræ part. 1. d. tit. 46.*

[b] Ohn einen langen Proceß.] *Idem ſcribit Magenhorſt in d. part. 1. ordin. tit. 46.*

[c] Etwann Artickel vbergeben vnd in contumaciam procediert werden mag.] *Magenhorſt. d. loc.* vbi ſe aliquoties vidiſſe ſcribit, etiam poſt executa & reproducta monitoria proceſſum veluti ordinarium factum eſſe, nempè quod impetrans dederit petitionem in ſcriptis, & petierit deſuper litem conteſtari vel pro conteſtata haberi; idque cùm ita factum eſſet, & ſummariè proceſſum, non comparentibus citatis & monitis proclamata decreta fuerint, ſeyndt Ruffen erkannt/ & lis in contumaciam pro conteſtata accepta: deindè repetita taxa vel aliis ſentẽtiis antegreſſis declaratio in comminatas pœnas, ſub termino vel conditione ſcilicet menſis aut quindenæ facta, vel ex abundante præfixus terminus per comminationem, ſi ex tunc non paruerit, quòd deindè peremtoria petita declaratione fieri debeat, quod iuris eſt, vt hiſce verbis diſſerit Autor iſtorum commentariorum à Magenhorſtio editorum, vbi ita decretum fuiſſe ſcribit in cauſſa Schuldtforderung D. Brenneyſen *contra* Altmeinſters Erben.

Porrò notandum hîc eſt, Procuratoribus nomine æſtimatorum laborum monitoria; ob pacta autẽ ſalaria ſimplices citationes decerni *Memorial. de An. 59. 13. §.* Den Procuratorn/ *cuius verba hæc ſunt*. Den Procuratorn ſo vmb monitoria ſupplicieren/ ſollen ſie allein vmb Bezahlung jhrer verdienten vnnd taxierten laborum erkannt vnnd mitgetheilet/ aber jhrer außſtändigen Dienſtgelt halben ſollen ſie Citation außzuzihen gewieſen werden. *Ciſner. in addition. ad d. tit. 46. part. 1. ord. D. Petr. Denaiſ. in iure Cameral. Rubric. monitoria.*

CII.

Gleicher geſtalt werden auch dem Keyſerlichen Fiſcal [a] Monitoriales vnd Executoriales der Anlag halber erkannt/ vnd ſeyndt diß faſt die

Sachen

Sachen / darumb der Keyſerlich Fiſcal Ampts halben am Cammergericht als in erſter Inſtantz zuklagen.

1. Erſtlichen wider die / ſo wider die gülden Bull handlen.

2. Wider die / ſo wider den Landfrieden thun.

3. So jemandts der Keyſerlichen Majeſtat Gebott verachtet / derſelben Botten ſchlüg / oder die Mandata abriſſe.

4. So [c] jemandts mit deß Heyligen Reichs bewilligter Anlagen vnd Anſchlägen ſäumig.

5. So jemands wider die auffgerichte Policey handlete / oder [d] wucherliche Contract vnd Monopolia, welcher die gantze Welt voll / anrichtete.

6. So jemandts mit den Türcken vnd Feinden der Chriſtenheit Gemeinſchafft / denſelben Fürſchub vnd Hülff erzeigte.

7. Wider die ſo Widertäuffer wiſſentlich auffhielten.

8. Wider die / welche nicht Hülff thun oder zuzügen / damit die Herrloſen vnd Gartenknecht auffenthalten vnd grieffen werden mögen.

9. Zum letzten gehören hieher alle andere fiſcäliſche Sachen / ſo in der Reichs Ordnung vnd den Rechten geſetzt.

[a] Monitoriales vnd Executoriales.] Rectè ſtatim executiuè proceditur ratione collectarum & penſitationum Imperij aduerſus ordines & ſtatus Imperij in ſolutione ipſarum moram facientes. Ex matricula enim ſiue albo Imperij tùm ipſi debitores certi ſunt, tùm debitum eſt liquidum, tùm cauſſa etiam obligationis, publica nimirum conuentio, euidens eſt atque notoria, ſic vt fruſtrà debitores illi ſolutionem differant, ideóque proceſſus aduerſus ipſos rectè ſtatim ab executione incipiatur, & monitoriales propterea ſiue executoriales Procuratori fiſci aduerſus eos ad exigendum collectas ſiue penſitationes iſtas decernantur, id quod tota die practicatur. Facit, quod ſcribit *Bartol. in l. 4. num. 3. C. de conueniend. fiſci debitorib.* ſi debitores fiſci iam ſint redacti in numerum debitorum, puta ex aliquo contractu, vel ob tributa, illos ſtatim executiuè exigi. Idque expreſſis textibus definitum eſt *d. l. 4. C. de conuenien. fiſci debitor.* vbi Imperatores Valentin. Valens & Gratian. hiſce verbis reſcribunt: Hi, qui fiſco manſuetudinis noſtræ obnoxij ſunt, omiſſa fruſtratione, teneantur, vt, quod ſuis nominibus debent, de ſuis facultatibus cogantur exoluere, ſeruatis, cum compleuerint, allegationibus propriis, ſi quas aduerſus quoscunque ex ſuis contractibus debitores competere ſibi ex iure crediderint, ita vt aduerſus eos, quos ſibi obnoxios aſſeuerant, legibus & iudiciis experiundum eſſe cognoſcant. *Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. c. 10. §. oportet*; Cuius hæc ſunt verba: Oportet quoque vos noſtros ſubiectos ſcientes quantam veſtri poſuimus prouidētiam, cum omni deuotione publica, ſine imminutione tributa perſoluere; Et neque adminiſtratorum egere neceſſitate, ſed ita deuotos voſmet ipſos præbere, vt nobiſmet ipſis oſtendatur operibus, quia & ipſi pro huiuſmodi clementia propriam nobis deuotionem reſtituetis; & meritò habebitis omnem à iudicibus occaſione deuotionis, fauorem & prouidentiam; illud ſcientes, quia iudicibus imminet vndique fiſcalium periculum & manifeſtum eſt, quia proprio ſuo periculo adminiſtratores aſſumunt, & vos hæc agnoſcentes & omnimodo euitare in deuotionem, & nolite veſtras voluntates ita præbere inobœdientes, quatenus eorum præſidum egeatis vehementia, quam neceſſarium eſt eos aſſumere propter ineuitabilem fiſcalium exactionem: ſcientibus vobis noſtris ſubiectis, quia militares expenſæ & hoſtium incurſiones multa egent diligentia, & non poſſunt citra pecunias hæc agi, cauſſa

videli-

videlicet nullam recipiente dilationem, neque nobis concedentibus deſpici Romanorum terram diminutam, qui & Libyam omnem reparauimus, & Vandalos in ſeruitutem redegimus, & plurima adhuc & maiora horum ſperamus à DEO percipere & agere; pro quibus competens eſt fiſcalia tributa ſine imminutione & deuotè ſecundum definita exigi tempora. Quapropter ſi vos quidem deuotè occuratis iudicibus, illi verò facilem & præparatam fiſcalium illationem in vos exhibuerint; & iudicum laudabimus ſtudium, & veſtram approbabimus voluntatem, &c. *Nouell. 17. cap. 8. l. Miſſi opinatores 7. C. de exactorib. tributor. Vide, quæ eleganter tradunt Gail. 1. obſeru. 20. Coler. de proceſſ. executiu. part. 3. cap. 2. num. 34. & ſeqq. Petrus Frider. Mindan. lib. de mandat. iudic. cap. 67. num. 1. 2. & 3.* Hæc vera ſunt quatenus, vt dictum eſt, debitores in numerum fiſci debitorum, vt eleganter hoc conſiderat *Bart. in d. l. 4. C. de conueniend. fiſc. debitor.* Ex contractu, conuentione vel conſuetudine, ſunt redacti, & liquidum debitum eſt, cùm verò in numerum fiſci debitorum non ſunt redacti, & debitum liquidum non eſt, ne quidem pro fauore fiſci executiuè ſtatim proceditur, ſed requiritur libellus & litis conteſtatio *l. 3. C. de conueniend. fiſc. debitor. l. defenſionis 7. C. de iur. fiſc. Gail d. obſeru. 20. numer. 5 & 8. Coler. d. loc. num. 17. Frider. d. cap. 67. num. 2.* Tales ſunt cauſſæ fractæ pacis, cauſſæ exemtionum, & cauſſæ pœnales, aliæque, quæ recenſentur *in l. 1. & tot. tit. ff. de iur. fiſc. Gail. d. loc. num. 5. & Autor infrà in* §. darneben iſt zu wiſſen.

[b] Sachen / darumb der Keyſerlich Fiſcal Ampts halben am Cammergericht als in erſter Inſtantz zuklagen.] Fiſcales cauſſæ, quæ recenſentur *part. 2. ordin. tit. 20.* immediatè in prima inſtantia ad Cameram pertinent *d. tit. 20. Rubric.* Daß alle vnnd jede fiſcaliſche Sachen vnd Fälle an dem Keyſerlichen Cammergericht gerechtfertigt werden ſollen. *Et in princ. verb.* jederzeit an dem Keyſerlichen Cammergericht mit Recht fürgenommen / vnd Vermög gemeiner Rechten / vnd deß Cammergerichts Ordnung tractiert werden ſollen. *Et in* §. *final.* Durch denſelben Fiſcal an dem Keyſerlichen Cammergericht ohne Mittel fürgenommen / gerechtfertigt / vnd jhme auch jederzeit durch Cammerrichter vnd Beyſitzer fürderlich Rechtens / wie ſich gebührt / verholffen werden. Et licet aliàs actor forum rei ſequi teneatur *l. final. C. vbi in rem act. & l. 2. C. de iuriſd. omn. iudi.* Hoc tamẽ in fiſco non procedit, qui non habet alium Iudicem, quam Cæſarem, agendo & conueniendo *l. 1. & 2. C. vbi fiſcal. cauſſ. vel diuin. dom. Gail. d. obſeru. 20. numer. 1.* Quod ſi fiſcales cauſſæ Ducatus, Comitatus, Territoria, Vrbes, arces concernant, ſine autoritate Cæſaris ſpeciali ventilari non debent *part. 1. ordin. tit. 16.* §. Darzu ob ſich fiſcaliſche Sachen vmb Fürſtenthumb / Graffſchafften / Herrſchafften / Landtſchafften / Stätt / Schloß / vnd dergleichen begeben würden / die ſollen one der Keyſerlichen Majeſtat / oder jhrer Liebd vnd Keyſerlichen Majeſtat Abweſens / vnſer als deß Römiſchen Königs Vorwiſſen vnd Befelch nicht vertheydigt werden.

[c] So jemandt mit deß heyligen Reichs bewilligten Anlagen.] Dixi ſuprà, hoc caſu Executoriales fiſcali petenti decerni, qui non ſolum collectas ipſas, ſed & expenſas eo nomine factas perſequi tenetur *per Receſſ. Viſitat. Anno 64.* §. *is, qui ſic habet:* Auff das Anbringen / daß die ſäumigen Ständt / vnd ſo durch Executoriales das jenig / was ſie ſchüldig zu entrichten vnd zu bezahlen angehalten werden / darneben aber ſolcher außgangener Executorialen halben / vnd ſonſt auffgelauffene Expens Vermög derſelbigen Executorialn nicht erſtatten wöllen / ſoll der Fiſcal hinfüro gegen den ſäumigen / welcher den auffgewandten Koſten verurſachet / vnd doch nicht erlegt / zu eynbringen dergleichen Expens vnd Vnkoſten / wie ſich in ſolchen Fällen gebührt / procedirn vnd vollfahren. *Qui paragraphus inſertus eſt Receſſui Imperij Auguſtano in Anno 66.* §. Auff die Fäll.

[d] Wucherliche Contract.] De contractibus vſurariis vide ſaluberrimam Imperij conſtitutionem Politiæ in Anno 48. Auguſtæ Vindelicorum ſancitam & Anno 77. Francofurti iteratam. tit. Von wucherlichen Contracten. Cæterùm vſurarios ij, qui ſimplici præſunt iuriſdictioni Magiſtratus, quarta ſortis parte mulctabunt

bunt; Fiſcalis autem Magiſtratus negligentes ad pœnam *duarum, trium, vel quatuor marcarum auri conueniet d. tit.* Von wucherlichen Contracten.

b Vnd Monopolia.] De his ſalutariter edicitur *in l. vnic. C. de Monopol. & in d. conſtitutione Politiæ tit.* Die Monopolia vnd ſchädliche Fürkauff belangendt. Hæc qui ineunt, eorum bona à meri Imperij dominis confiſcantur, nec ipſis vlla vſpiam ſecuritate cauetur *d. tit.* die Monopolia. Quod ſi Magiſtratus à Fiſcale admoniti, intra menſem, monopolia exercentes condigna amiſſionis bonorum & exilij pœna non affecerint, ipſi, inſtante in Camera Fiſcali, centum auri marcis mulctabuntur *d. tit.* Die Monopolia. Nullæ autem exceptiones dilatoriæ, declinatoriæ, vel auocationes aduerſus iuriſdictionem Cameræ Magiſtratibus iſtis negligentibus patrocinabuntur *d. tit.* Die Monopolia.

CIII.

Wie eylendts aber/ auch mit was Beſcheid/ Decreten/ vnd Drauwungen/ in ſolchen fiſcaliſchen Sachen jederzeit procediert vnd gehandelt werde/ ſolches iſt auß den nachgeſetzten Vrtheilen beſſer zuuerſtehen.

## Das erſte Vrtheil.

IN Sachen deß Keyſerlichen Fiſcals Klägers wider N. Beklagten/ iſt Doctor N. fürgewendter Vrſachen vnuerhindert Zeit drey Wochen/ Anzeig zu thun/ daß die N. Anlag erlegt/ hiermit angeſetzt/ mit dem Beſcheid/ wo er dem nicht alſo nachkommen würde/ daß als dann auff deß Fiſcals ferner Anruffen der Declaration vnd der Peen halber endtlich ergehen ſoll/ was recht iſt.

## SECVNDA SENTENTIA.

IN Sachen deß Keyſerlichen Fiſcals G. N. iſt erkannt/ ſo ferrn von wegen N. in vierzehen Tagen den Nechſten/ ſo jhm hiermit angeſetzt/ nicht Anzeig beſchehen würde/ daß dem außgangenen vnd gerichtlichen reproducierten Keyſerlichen Monitorio alles ſeines jnnhalts Folg vnd Gehorſam geſchehen/ daß er jetzt als dann/ vnd dann als jetzt/ in die Peen gedachtem monitorio eynverleibt/ hiermit declariert/ darauff ferner Proceß auch erkannt/ daß er gedachtem Fiſcal die Koſten vnnd Schäden derhalben erlitten/ auff richterliche Mäſſigung zu entrichten vnd zubezahlen ſchüldig ſeyn ſoll. Si iam rurſus aliquid irreleuans adducat, iam tertiò ita pronunciatur.

## Der dritte Sentenß.

IN Sachen deß Fiſcals G. N. vnd Beklagten/ läſt man es bey hieuor ergangener vnd geſprochener Vrtheil bleiben.

So dann nach dieſen dreyen ergangenen Sentenßen die Executoriales gefolgt vnd reproduciert/ vñ die Parthey nachmaln Vngehorſam erſcheint/ oder vnerhebliche Vrſachen fürwendt/ als wo die Executoriales bey Straff der Acht oder priuationis außgangen/ ſo wird darauff einmal alſo erkannt.

In Sachen deß Keyſerlichen Fiſcals G. N. vorgebrachter Vrſachen vnuerhindert Doctor N. Anzeig zuthun/ daß den Keyſerliche außgange-

gangenen Executorialibus Folg vnnd Gehorſam geſchehen ſey/ gebetten Zeit hiermit angeſetzt/mit dem Beſcheid/daß als dann auff gedachts Fiſcals ferner Anruffen endtlich ergehen ſoll/was recht iſt.

So dann den Executorialibus monitoriis in beſtimpter Zeit nicht nachkommen/ vnd es ein weltliche Parthey/wirdt ſie ohn allen weitern Anhang in die Acht erklärt/ ſo es aber ein Geiſtliche Perſon/wird ſie mit der Condition vnd auff den Fall priuiert/wo ſie in angeſetzter Zeit nicht pariert/daß man es dabey bleiben laſſe.

[a] Darneben iſt zu wiſſen daß die fiſcáliſche Sachen/ ohn Mittel für das Cammergericht gehören/ vnnd hat auch nach gemeinen Rechten der Fiſcus kein andern Richter/ dann einen Römiſchen Keyſer/ ſo ſeynd die fiſcáliſche Sachen in dieſem Vnderſchied/etliche ſeynd ordinariæ, in welchen nach ordentlichem Weg der Rechten/ durch ein Citation/ durch ein Libell gehandelt wirdt/ wie dann ſeyndt die Landfriedbrüchige Sachen/ item die Exemption Sachen/cauſſæ pœnales,etliche aber ſeyndt extraordinariæ, in welchen ohn ein rechtlichen langen Proceß/ ſondern kurtz vnnd geſchwindt/ gehandelt wirdt/ wie dann mit deß Reichs Anlagen beſchicht/ welche nach deß Reichs Matricul/ in gewiſſer Anlag/ derwegen auch in denſelbigen à præcepto, vom Gebott/ vnd gleich als ab executione, ohn ein Libell fort geſchritten wirdt/ dann ſolches für liquidierte gewiſſe Anſchläge gehalten/ wie dann ſolche Reichs Anlagen von gemeines Nutz/ deß Reichsfrieden willen geſetzt vnd geordnet/ derowegen ſolche Sachen lange Proceß vnd Auffzugs nit von nöthen. Wiewol aber alle fiſcáliſche Sachen pro ſummariis in welchen kurtz ohn ein Proceß zuhandlen/ die Sach vnd die Warheit anzuſehen zuhalten/ wirdt doch in ordinariis in den erſten/ dieweil dieſelbigen weiter Erkundigung vnd Beweiſung bedürffen/ vñ durch deß Gegentheils Eynrede zweiffelig gemacht/ der ordentlich Weg Rechtens gehalten.

Ad Num. CIII. & CIV.

Hic proceſſus in executorialibus,quæ pro debito fiſci liquido decernuntur, obſeruatur, qui talis eſt, vt ſolutio collectarum & tributorum ſub pœnis pecuniariis, tandem etiam arctioribus, aut ſub banni comminatione iniungi ſoleat, ſicut tum ex ſententiis hiſce apparet, tùm verò etiam tradit *Frid. d. cap. 67. nume. 1. circ. fin.*

[a] Darneben iſt zu wiſſen.] Hæc omnia deſumpſit Autor *ex 1. obſeru. Gail. 20.*

Von

# Von Exemption Sachen vnd Matricula deß Reichs.

WIewol auch die Exemption Sachen eines ſummariſchen Proceß/ darinn kurtz vnd ſchleunig zu handlen/ doch dieweil ſie weiter Beweiſung vnnd Außführung von nöten/ wirdt in denſelben der ordentlich Proceß der Rechten gehalten. Das heiſt man aber Exemption Sachen/ wann ein geringerer Stand/ als ein Freyherr oder Graff/ von deß Reichs Juriſdiction/ von einem höhern Standt eximiert vñ außgezogen wird/ als da ein Fürſt deß Reichs Fürgeb/ ſolcher Graff ſey ſein Hinderſaß oder Landtſaß der Bewohnung deß Lands halber/ der Graff oder Freyherr aber ſolches nit geſtändig/ ſondern darfür hielte vnd ſagte/ daß er nicht ohn Mittel vnter den Fürſten/ ſondern vnter das Reich gehörig/ oder da der Graff ſich zu eximieren zuließ/ iſt deß Fiſcals Procurator ſolches zu widerſprechen/ deß Reichs Gerechtigkeit zuuertretten Ampts halber ſchüldig/ ob es gleich dem Graffen nicht lieb/ dann es ein Keyſer vnd dem Reich daran gelegen/ darmit die Ständ deß Reichs in jhrer Ordnung/ die Zahl der Vaſallen/ vnd deß Reichs Lehnmanne vielmehr gemehret/ dann gemindert werden. Im erſten Fall/ da der Graff/ ſo eximiert will werden/ daſſelbig widerſpricht/ thut jhm deß Fiſcals Procurator einen Beyſtandt/ vertretten/ vnnd verantworten ſie alſo ſamptlich in einem Proceß deß Reichs Gerechtigkeit. In dem andern Fall leſt ſich der Fiſcal für ſich ſelber wider beyde/ den/ ſo eximieren will/ vnd neben den/ ſo eximiert will werden/ zu Recht eyn/ führet die Vrſachen/ warumb die Exemption nicht ſtatt/ articuliert auß. Vnd werden dieſe Stände deß Reichs genannt/ welche mit Keyſerlicher Majeſt. vnd gemeiner Stände deß Reichs willen/ in deß Reichs Matricul eyngenommen/ der Meynung vnd geſtalt/ daß ſie dem Reich in ſeinen Notfällen ein genanntes/ ſo in der Matricul geſetzt vnd genannt/ erlegen/ vnnd dieſelbige Stände erkennen keinen andern Oberherrn/ dann ein Römiſchen Keyſer/ in ſolcher Zahl werden nach einem Römiſchen Keyſer vnd König fürnemblich die ſieben [a] Churfürſten/ darnach alle Teutſche Fürſten/ geiſtlich oder weltlich/ zum dritten/ Graffen oder Freyherrn/ zum vierdten/ die frey vnd Reichsſtätt/ welche in jhrer Verwaltung gleich als Fürſten. Ferrners wie in ſolchen Exemptionſachen procediert werde/ iſt von erſt zuwiſſen/ daß der Fiſcal allbereyt ſein Beweiſung auß der matricula, dañ der einmal in die Matricul kommen/ der wirdt rechtlicher Vermutung nach ſo lang für ein Standt deß Reichs gehalten/ biß der ſo den andern eximieren will/ ſolches beweiſt/ wie auch dem eximierenden/ die Beweiſung obligt/ dieweil

die Matricula dem Reich (von deß wegen der Fiſcal handelt/) gleich als ein Beſitz der Subiection gibt.

Das Libell aber ſtellet der Fiſcal articuliert auff dieſe Weiß: Erſtlich ſetz ich/ daß N. Graffe/ der eximiert will werden/ vor Zeiten der Matriculæ deß Reichs/ wie ein Standt/ ingeſchrieben geweſen: Zum andern/ daß er Lehn/ dignitates, vnd regalia von einem Römiſchen Keyſer vnnd dem Reich ohn Mittel empfangen: Zum dritten daß er zu den Reichstägen/ deß Reichs Verſammlungen/ wie andere Ständ/ beruffen werd/ auch als beruffen erſchienen: Zum vierdten/ daß er ſein Seſſion vnd Stimm im Reichs Rath: Zum fünfften/ daß er jederzeit deß Reichs Steuwren vnd Anlagen/ nach ſeiner Gebühr erlegt/ welches alles/ ſo es deß Fiſcals Procurator beweiſt/ erhelt er die Sach. Wie dann im Zweiffel billicher für das Reich/ von wegen gemeines Nutz/ dann wider daſſelbig zuſprechen.

• Die ſieben Churfürſten.] Duo hîc inquirere libet, prius eſt, an Electores Sacri Romani Imperij cum præfectis prætorio, de quibus in Iuriſprudentia Romana agitur *tit. vn. Dig. de offic. Præfect. Prætor. & l. vn. C. eod. tit.* comparari poſſint. Secundò cui electorum inſtitutio accepta ferri debeat.

Quemadmodum autem, cum dictatores ſumma in Republ. Romana poteſtate fungerentur, omniumque negociorum ſummam ad ſeſe referrent, equitum ab illis magiſtri deligebantur, qui in ſocietatem curæ militaris adhibiti proximam ab iis poteſtatem obtinerent: Sic poſteàquam DEO OPT. MAX. & populo itemq; Romano viſum fuit perpetuam Imperij gubernationem ad Imperatores transferre, Præfecti prætorio ad ſimilitudinem equitum Magiſtrorum ab iis electi ſunt, datâ item pleniori licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem *l. vn. ff. de offic. Præfect. Prætor.* Quæ quidem poteſtas Præfectorum atque autoritas eò dignitatis progreſſa tandem eſt, principali etiam ſententiâ publicè lecta confirmata, vt ab iis appellari non poſſe *d. l. vn.* idque ideò, quòd Princeps crederet, quos ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibuiſſet, eos non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus *d. l. vn.* Cæterùm cum Prefectis prætorio ſeptemuiros Imperij ſiue Electores hac noſtra memoria rectè cōparari poſſe exiſtimo. Primum enim quemadmodum olim Præfecti prætorio ſecundam poſt Imperatores poteſtatem obtinebant *l. vn. ff. lit. verb. ſecundam poſt eos poteſtatem gererent.* Quæ licet de equitum Magiſtris loquantur, rationis tamen identitate, & quòd in locum Magiſtrorum equitum ſucceſſiſſe, imperio ad Imperatores delato, præfectos prætorio ibidem proditum ſit, euincitur, eadem de ipſis quoque Præfectis prætorio accipienda eſſe. Ita & hodiè Electores ſecundam poſt Imperatorem in Imperio Romano poteſtatem obtinent, *vt aurea Bulla Caroli quarti Imperatoris luculenter oſtendit.* Qua de cauſſa ſecundò præfecti prætorio, vt quorum conſilio & nutu cuncta regebantur, Imperij patres & parentes Imperatorum nominabantur, ſicut poſt alios tradidit *D. Andreas Knich. in Commenta. in ius Saxoniæ Ducum, &c. pag. (mihi) 256.* Iiſdem verò & ſimilibus nominibus hac noſtra tempeſtate inſigniuntur Electores; veluti Carolus Quartus Imperator in dicta aurea ſua Bulla hiſce appellationibus eos dignatur, vt nimirum in capite de electione Romanorum Regis. Von der Wahl eines Römiſchen Königs im §. Vnd wann von Alter omnes Electores tàm Eccleſiaſticos, quam ſeculares dicat eſſe eos, qui omnium proxima Sacri Romani Imperij membra ſint agniti. So für die allernechſten Glieder deß heyligen Römiſchen Reichs erkannt ſeyn. Vt itidem

quàm

quàm honorificentiſſimis titulis illos condecoret in initio ſtatim capitis: Quomodo Eccleſiaſtici Electores, Treuirenſis, Colonienſis, & Moguntinus Archiepiſcopi collocari debeant: Wie man einen Geiſtlichen Churfürſten / Trier / Cöln / vnd Mayntz Ertzbiſchoffen ſetzen ſoll / cum ita inquit: Cum Imperij Romani decus & laudem, & Cæſareum honorem ac publicam vtilitatem illius, quam gerimus, Reipubl. ſuſtentemus, vnanimi Reuerendorum & Illuſtrium Electorum voluntate, quando illi tanquam nobiles columnæ ſacrum ædificium prouidæ ſapientiæ aſſidua benignitate ſuſtinent, quorum auxilio robur Cæſareæ poteſtatis confirmatur, & quo maiori ipſi inter ſeſe propenſione deuincti ſunt; hoc fructuoſior pacis vtilitas ad Chriſtianum populum dimanat: Wann wir deß Heyligen Reichs Zierd vnd Lob auch die Keyserl. Ehr vnd gemeinen Nutz der angenommenen Nutzbarkeit mit der Ehrwürdigen vnnd erleuchten Churfürſten eynhelligem Willen auffenthalten / wann dieſelben als edle Seulen den heyligen Bauw der fürſichtigen Weißheit mit embſiger Gütigkeit vnterhalten / mit welches Hülff die Gewalt Keyſerlicher Macht geſtercket wird / vnd je mehr ſie zu einander mit ferner Gütigkeit verbunden / ſo viel deſto fruchtbarlicher Nutz deß Friedens vnd zu dem Chriſtlichen Volck ſeliglich zufleſſen; Vt rurſum in capite de electorum congregatione von der Churfürſten Verſammlung voce illos fundamẽta & immobiles columnas ſacri Imperij Grundfeſte vnd vnbewegliche Seulen deß Reichs; vt denique in capite de Archiepiſcoporum benedictione in præſentia Cæſaris von der Ertzbiſchoffen Segen in Gegenwertigkeit eines Keyſers appellet eos partem ſui corporis verb. *quoniam igitur ſunt pars corporis noſtri* dieweil ſie dann ein Theil vnſers Leibes ſindt. Vndè coniectura minimè dubiâ, ſed argumento inducitur firmiſſimo, quòd huiuſmodi appellationes Præfectis etiam Prætorio affabrè quadrent, & rurſum honorifici Præfectorũ Prætorio tituli Electoribus bellè conueniant, cum Præfectis Prætorio Electores haud inconcinnè cõparari, *cũ ex d.h.l.vn* ſatis appareat, in quanto Præfecti Prætorio honore ac precio ab Imperatoribus fuerint habiti, & prætereà ex eminentia titulorum quibus ab iiſdem cohoneſtati fuerunt, illud autoritatis dignitatisq; faſtigium illuſtriùs conſpiciatur. Nam Imperatores Valentin. Theodos. & Arcad. *in l.3.C.de officio* Præfecti Prætoriorum Orientis & Illyrici Præfectum Prætorio ſublimitatis nomine inſigniunt, ſicut & Imperatores *in l.final. C. eod. tit.* & Iuſtinian. Imperator. *in l.1.in princ.C.de offi. Præfect. Prætor.* Africæ magnificentiæ titulum Præfecto Prætorio impertitur. Tertiò quemadmodum à Præfectis prætorio prouocatio olim erat inhibita; ſic nec ab Electoribus hodiè conceditur appellatio ex ſanctione Caroli Quarti in aurea Bulla tit. de priuilegiis Electorum von der Churfürſten Freyheiten. Cui tamen priuilegio præter Saxonem & Brandenburgicum Electores cæteri renunciârunt, & ſub certa pecuniæ ſumma ſuapte ſponte prouocationem à ſeſe ad Cameram Imperialem admittunt. Quòd autem à Ducibus Saxoniæ non appelletur, id tùm ex immemoriali cõſuetudine, tum ex priuilegio quodam peculiari ab Imperatore Ferdinando Anno 1559. ipſis clementiſſimè conceſſo obtinuerunt, ſicut ex profeſſo demonſtrat prolixè *Andreas Kniche. in dictis Commentariis ad verba. Ius & priuilegium litis prouocatoriæ neſcium, quem beneuolus lector diligenter hic conſulet.* Hinc error VVeſenbecij Iureconſulti alioquin incomparabilis euincitur, qui vnum Electorem Saxoniæ cum Præfecto Prætorio comparat, & reprehenſionem meritò incurrit *D. Andreas Knich. Iureconſultus cæteroquin eminentiſſimus, vir multæ lectionis, & antiquitatis Romanæ indagator ſolertiſſimus in d. Commentar. ad verb. Ius cap 3. pag. (mihi) 256.* qui comparationem Electorum tàm Eccleſiaſticorum, quam laicorum ſiue ſecularium, ſiue in genere ſiue in ſpecie abſurdam eſſe exiſtimat. Non obſtat, quòd Præfecti Prætorio rerum militarium curam gerebant, quia plenior etiam ipſis licentia ad diſciplinę publicę emendationem data eſt *d.l.vn.ff. de offic. Præfect. Prætor.* & cauſſarum tractatio mandata *arg.l. præcipimus 32.§.Huic.C.de appellat.*



Digitized by Google

Non obſtat etiam, quòd Knich obiicit auguſtius eſſe Electorum faſtigium, cum Electoria quippe dignitate coniunctum, & in hæredes tranſitorium. Cogitare namq; debuerat, comparitionem hîc nudam inſtitui, non autem ταὐτότητα quandam ſiue identitatem conſiderari. Comparatio enim eſt diuerſorum in tertio aliquo collatio, vt maximè per omnia non coonueniant. Quod ſi enim duo per omnia conuenirent, non σύγκρισις aliqua ſiue comparitio foret, ſed mera ταυτότης ac identitas. De quo multò rectiùs Mathematici & Logici ſentiunt, qui ea, quæ in tertio aliquo conueniunt non omninò conuenite affirmant.

Sunt autem Electores ſeptem Sacri Romani Imperij principes, ad eligendum Romanorum Regem, Cæſareæ Maieſtatis infulâ poſtea condecorandum, publicâ autoritati inſtituti: Septemuiriq; eodem ſenſu dicti.

Eccui verò iſta Electorum inſtitutio accepta ſit referenda, inter Hiſtoricos, vtpote in varia ſententiarum diuortia abreptos, tantum abeſt, vt conueniat, vt etiam τὸ διὰ πασῶν, quod eſt in prouerbio, & quàm longiſſimo inter ſeſe diſtent interuallo.

Sunt, qui Othoni Imperatori eius nominis tertio Electoratus inſtitutionem aſſcribant; ſunt, qui arbitrentur, quoniam in recenſendis rebus geſtis Othonis tertij nullam prorſus illius rei mentionem vel ne verbo quidem iniecerint præſtantiſſimi Hiſtorici, *Hermannus, Romerius, Segibertus, Guntherus Poëta, diligentiſſimi cæteroquin ingenioſiſſimiq; ſcriptores, qui à temporibus Othonis non longè abfuerunt*; non ab Othone, ſed multo pòſt tempore Septemuiratum fuiſſe in Rempub. Romanam introductum. Itaq; ſtatuunt, poſt Friderici ſecundi tempora Electores demum inſtitutos eſſe, & à Gregorio decimo Pontifice Max. confirmatos. Id quod ſe compertum habere affirmat *magnus ille Hiſtoricus Auentinus Annalium Boiorum lib. 5. pag. (mihi) 509. & 510.*

Sunt ad extremum, qui Carolum quartum inſtitutionis Electoratus autorem eſſe aſſeuerare non dubitent; qua in ſententia commoratur *Michael Beuther ad Animaduerſ. Hiſtoricar. cap. 13.*

Prima ſententia, eorum nimirum, qui Othonem tertium Septemuiratus autorem faciunt, ad veritatem quàm proximè accedere videtur. Cum enim perpetua inter Italos, Gallos, & Germanos, de dignitate Imperij Romani Certamina flagarent, dum quilibet tanti honoris faſtigio inhians, ſuam ad gentem ſublimitatem illius transferre cogitabat, adeò, vt funeſtiſſimarum rebellionum incendium ſuperioribus temporibus excitatum eſſet; Otho tertius Imperator toto animi impetu eam in curam atq; cogitationem ſibi incũbendum eſſe putauit, quemadmodum, certaminibus illis perpetuò renaſcentibus occaſione penitus præciſa, Italiaq; Germaniæ copulata, dignitatem Imperij ita Germanorum propriam faceret, vt aliis præterquàm Romanis, & non niſi Germanos Orbis Romani dominos Monarchasq; deligere, & Imperatores creare non liceret. Neq; verò eam ad rem *occaſio pulcherrima rerum gerendarum mater*, illi defuit.

Quòd namque intelligeret, Romæ creſcentium quendam tribunitiam & conſularem ſibi poteſtatem arrogare, illiusq; prætextu nihil non licentiosè agere, eò proficiſcendi cum exercitu neceſſitatem ſibi imponi ratus eſt, & cum in itinere ad Rauennam, vbi caſtra metatus erat, ſubſiſteret, opportunè admodum ei denunciatur, Pontificem Romanum ex rebus eſſe humanis exemplum. Itaq; Brunonem agnatum ſuum domeſticumq; ſacerdotem virum eximiè doctum filium Othonis Sueuiæ Ducis, Ludolphi, vt vult Caſpar Peucerus, vel Conradi Sapientis, vt vult Auentinus, nepotem, Eccleſiæ Romanæ gubernaculis præficit, ac Pontificem Maximum, Gregorij Quinti nomine ei impoſito, declaratum Romam præmittit; ipſe cum copiis ſubſecutus in vrbemque intromiſſus, Creſcentio delicti veniam concedit. Cum verò à Gregorio Pontifice Imperator Romanus declaratus in Germaniam iterum cogitaret, & Creſcentius dominatum

denuò

Digitized by Google

denuò affectans ſe conſulem faceret, eiectoque Gregorio Pontifice Iohannem Placentinum hominem ampliſſimis diuitiis præditum Pontificem Romanum eligeret; Otho tertius Imperator re iſta cognita, quibus potuit itineribus maximis Romam ſe rurſus contulit, & cum Creſcentium vili iumento facie auerſa per vrbem diu multumq́; circunduxiſſet, cum duodecim vrbis iſtius Senatoribus tumultus iſtius ſociis ac ſatellitibus ad portam ipſum tādem in crucem egit, Iohannem autem Placentinum naſo oculiſq́; priuatum de capitulo præcipitem ferri iuſſit; cæteroſq́; Senatores conſiliorum Creſcentij participes, aut ſaltem nefariâ molitionum illius conſcientia obſtrictos, in Saxoniam deportauit. *Ab his ſeditionibus occaſione ſumtâ, decretum fecit Otho Imperator, conſentiente, approbante, atque adiuuante Gregorio Pontifice, vt electio Romanorum Regis, Cæſareâ poſtea coronâ inſigniendi penes Germanos tantùm principes eſſet, neque hi Imperatorem alium, niſi ex Germano ſanguine proſeminatum, deligerent. Peucer. lib. 4. Chronicor.* Quin immò & ampliùs hoc conſtituit, vt certi tantum Germaniæ principes iiq́; præcipui, hac eligendi poteſtate defungerentur, *Iohann. Sleidan. in libro de Quatuor Monarchiis quarto pag. (mihi) 189. Idem in oratione ad Imperij Principes edita Anno 1543. §. Coniunctis igitur viribus. Demonſtrat poſt alios Knich. in ſuis Commentar. d. cap. 1.* Et cum ante Othonis tertij tempora primariam in Imperio Romano autoritatem, ex Eccleſiaſticis Moguntinis Colonienſis, Treuirenſis Archiepiſcopi, de ſecularibus autem ſiue Laicis Palatinus, Saxo Bohemus & Marchio obtinerent, & officia iſta aulica, quib. hodie funguntur Electores, iam tum in vſu eſſent, licet ad hęredes non tranſirent, ſed temporum momentis Imperatoriæq́; Maieſtatis arbitrio variata concederentur & reuocarentur, *ſicut ex Panuinio de Comitiis Imperatorum fol. 395. ex Abbate Stadenſi ſub Anno 913 fol. 98. Luidprando lib. 2. cap. 7. adducit D. Andreas Knich. d. cap. 1.* Otho III. Imperator officia illa perpetua eſſe, eaque cum dignitate Electorali ad hæredes quoque ſiue ſucceſſores pertinere voluit, ſic vt perpetuò Archiepiſcopus Moguntinus Cancellarij partes per Germaniam, Archiepiſcopus Colonienſis perpetuò Cancellarij munus per Italiam, Archiepiſcopus Treuirenſis Cancellarij prouinciam perpetuò per Gallias admiſtrarent; Seculares etiam Electores perpetuò munia ſua, Rex Bohemiæ Archipincernæ, Comes Palatinus Archidapiferi, Dux Saxoniæ Archimareſcalli, Marchio Brandenburgicus Archicamerarij, iiq́; omnes & ſinguli cum perpetua eligendi Romanorum Imperatoris poteſtate in Imperio Romano, quotieſcunque neceſſitas illius ac vſus exigeret, conuenienter ſuſtinerent *Knich. d. loc.* Quam opinionem haud mediocriter firmat, quòd VVitichius ſicut refert *Andr. Knich. d. loc* in Genealogia Ducum Saxoniæ manu ſcripta atteſtetur, cum Otho tertius Anno 985. Quedlinburgæ comitia celebrâſſet, interfuiſſe illis inter cæteros Henricum Boiorum Ducem Imperij Dapiferum, Conradum Sueuiæ Ducem Camerarium, Enzelium Comitem Palatinum Rheni Pincernam, Bennonem Ducem Saxoniæ & Luneburgi Mareſcallum.

Hæc ſunt argumenta, quibus ab aliis ſolet aſtrui, inſtitutionem Electoratus Othoni III. eſſe aſſignandam. Ego nouè illam hoc validiſſimo argumento munio.

Conſtat inter Hiſtoricos, Henricum cognomento Sanctum & Claudum anno milleſimoſeptimo, Rinoldo Bambergenſi Comite, qui fuit filius Henrici Comitis, ſine maſcula prole extincto, Epiſcopatum Bambergenſem condidiſſe, eumque ita muniiſſe, vt præcipuos omnes Germaniæ Principes huius Epiſcopi vaſallos eſſe, & ea fide quæ domino feudi debetur, huic obſtrictos voluerit. Ex qua conſtitutione adhuc hodie Electores imperij vaſalli ſunt Epiſcopi Bambergenſis, quæque illi Electorum nomine & titulo tenent, ab eodem eis vt feuda conferuntur. *Peucer. in Vita Henrici Sancti lib. 4. Chronicor.* Hinc ita argumentor.

Si Henricus Secundus Imperator, qui Othoni III. immediatè ſucceſſit, Epiſcopa-

ſcopatum Bambergenſem iis, quæ Principes Electorũ nomine ac titulo tenent, ſubinfeudauit, ſequitur, Electores iam tùm fuiſſe, ſed prius eſt, vt teſtantur Hiſtorici, Ergo & poſterius. Conſecutio propoſitionis inde patet, quia id, quod in feudum datur, priùs oportet eſſe conſtitutum, quam in feudum detur. Subſtantia enim prior eſt accidenti, Hoc autem rei accidit, vt in feudum detur, Ergo illa res, quæ in feudum datur, prior eſt infeudatione. Quoniam igitur electoriâ dignitate, iisq́; quæ ab ea dependent, Epiſcopatum Bambergenſem Henricus Secundus ſubinfeudauit, fuit vtique Electoria dignitas. A quo verò inſtituta? Non ab Imperatoribus, qui anteceſſerunt Othonem, ſicut communiter teſtantur Hiſtorici, nec à poſterioribus, qui Othonẽ ſunt ſubſecuti. Tunc enim ab Henrico inſtitutam eſſe oportuerat. Sed nec ab hoc inſtituta. Nemo.n. Hiſtoricorum id docuit. Ergo ab Othone III. Electoria fuit dignitas inſtituta, quia Henricus Secundus immediatè ipſum ex communi omnium Hiſtoricorum ſententia ſubſecutus, eam Epiſcopatui Bambergenſi in ſubfeudum cõceſſit. Ne verò vllus dubitationi locus relinquatur, vtrùm omnibus indifferenter ordinibus & principibus, an verò iis duntaxat, & nominatim, quorũ ſuprà mentio facta eſt, & penes quos hodierno noſtro tempore Electoratus reſidet, ab Othone III. eligendi dignitas conceſſa ſit, diligenti conſideratione adhibita, ſi non certò concludendum, at ſaltem indubitatè præſumendum in hac Hiſtoricorum incuria mihi videtur, quoniã antea nominati Electorales ab Epiſcopo Bambergenſi dignitates ſuas Electorales, abſq; vlla variatione aliarum perſonarum ſemper in feudum recognouerint, & etiam nunc recognoſcant, nec de Imperij Principibus tale quid conſtitutum eſſe vſquam memoriæ proditum ſit, eoſdem Principes & non alios omnium primò ſubuaſallos ab Henrico II. eſſe inſtitutos, &, quòd inter Henricum Secundum & Othonem III. non interceſſit alius quiſpiam Imperator intermedius, à quo aliqua in perſonis mutatio inſtitui potuerit, eoſdẽ Principes ab imperatore Othone Electores deſignatos eſſe declaratosq́;. Accedit, quòd præcipuos Principes hac dignitate exornatos voluit, vt teſtantur Hiſtorici. Tres autem iſti Epiſcopi cæteros potentiâ ſemper anteceſſerunt, & de politicis Palatinus ad Rhenum, Dux Saxoniæ & Marchio Brandeburgenſis reliquis omnibus potentiâ ſuperiores fuerunt. *Peucer. d. loc.* Neque verò de politicis hæc Peuceri ratio condemnenda eſt, quòd neceſſarium videretur in deliberatione rei ad omnes ordines communiter attinentis ex ſingulis ordinibus vnum adhibere, ne de excluſione querela vlla exaudiretur. Itaq; placuit Othoni Electorum ſenatui adſcribere vnum ex Regibus, vnum ex Ducibus, vnum ex Marchionibus, vnum itemque ex Comitibus, qui cæteris opibus, autoritate, & robore præſtiterunt.

Quæ quidem omnia ſi ad libellum rectæ rationis paulò accuratiùs examinentur, eo vibrari pondere planè mihi perſuaſum habeo, vt Imperatorem Othonem III. Electoratus autorem eſſe, ſi non neceſſariò, at certè veriſimiliter euincant. Idcircò Sabinus in Cæſaribus Germanicis non minùs rectè, quam venuſtè, canit de Othone III:

*Vt penes immenſi nos tota potentia mundi*
*Semper, & imperij gloria ſumma foret:*
*Regia conſtituit quibus eſt Electio cura*
*Præcipuâ ſeptem nobilitate Duces.*
*Teutonicaq́; genus qui non ab origine ducunt,*
*Hæredes vetuit nominis eſſe ſui.*

*Idem affirmat Gail. d. cap. 21. num. 2. Sleidan. de Quatuor Monarch. lib. 3. pag. (mihi) 189. in vita Othonis III. Idem in d. Oratione ad Imperij Principes d. §. Coniunctis Peucer. in lib. 4. Chronolog. (quanquam ſubdubitans) in vita Othonis III. Iohann. Func. in ſua Chronologia pag. 141.*

Digitized by Google

*pag. 141. & in Commentar. in Chronolog. lib. 9. ſub Anno Chriſti 995. Iohann. Pomar. in German Chron. Sax. pag. 177. Verùm hæc ὡς ἐν παρόδῳ hactenus.*

[a] Vnd dieſelbig Stándt erkennen keinen andern Oberherrn / dann ein Römiſchen Keyſer ] Hæc non eſt minima qualitas, ſed potiſſima ferè, vt quis Imperij Status dicatur. Apparet illud ipſum ex eo, quòd Comites & Barones noua hac dignitate auctos, qui non immediatè Imperatori, ſed Principibus ſubiecti ſuis ſunt, neq; inter penſitantes Imperio Romano, neque propterea inter Status etiam Imperij referri poſſe diſertè ſcriptum ſit in Conſtitutione Imperij in Comitiis Auguſtæ Vindelicorum Anno 1548. habitis promulgata §. Wiewol auch in der Ringerungs Handlung *verb.* Vnd dem Reich immediatè nicht / ſondern andern jhren Landesfürſtē vnterworffen / auch nicht Güter ohne Mittel von oder vnter dem Reich hätten / daß dieſelb in die Anſchläg nicht gezogen.

An Nobiles immediatè imperio ſubiecti Status Imperij ſint, non abs re quæri poteſt. Multa namq; cum Statibus Imperij communia obtinent. Primò enim peculiares ſuas auſtregas habent tùm reſpectu Electorum, Principum, & principali dignitate illuſtrium ſiue conſpicuorum *p. 2. ord. tit. 3.* tùm reſpectu Prælatorum, Comitum, Baronum, & quatenus ipſi mutuò inter ſeſe experiri volunt, *p. 2. ord. tit. 5.* Secundò præcipuæ Imperij Conſtitutiones, quæ pacis tranquillitatiſuè publicæ cōſeruandæ gratia factæ ſunt, etiam ad Nobiles immediatè imperio ſubiectos pertinent. Tales ſunt Conſtitutio Imperij de Arreſtis, Conſtitutio de pignorātibus, Cōſtitutio ſuper litigioſa poſſeſſione, & Cōſtitutio Religionis ſiue de pace Religionis facta, in quā ēt expreſſis verbis Nobiles iſti immediatè imperio ſubiecti comprehenduntur §. Vnd in ſolchem Frieden. Tertiò nobiles iſti nullum alium niſi ſolum Cæſarē ſuperiorē recognoſcunt. In qua affinitatis ſiue ſimilitudinis conſideratione, & quòd de Auſtregis ipſorū mihi dicere propoſitum eſſet, ſupra *part. 1.* Statibus imperij illos proximè ſubiunxi. Hoc vnū requiritur, vt feuda ab Imperio Romano recognoſcant, & in album ſiue matriculam Imperij communi Cæſaris & Statuum imperij conſenſu relati, certum cenſum in iſta matricula expreſſum, imperio penſitent, vel ſubſidium militare præſtent. Quod ſi fiat, quis inter Status imperij eos relaturus non erat? Sic enim tota Autoris & *Gail. 1. obſer. 21. nu. 2.* tradita definitio ipſis conueniret. Cui autem definitio competit, eidem ipſum quoque conuenire definitum plus quam notum eſt atque tralatitium.

[b] Frey vnd Reichſtätt / welche in jhrer Verwaltung gleich als Fürſten ] Ciuitates imperiales in ſuo diſtrictu & territorio Iura Principum obtinere tradit *Bartol. in l. infamem. nu. 14. ff. de public. Iudic. Panorm. in c. Quis in Eccleſiarum. nu. 6. de conſtitut. Alexand. in l. 4. nume. 24. ff. de re Iudic. Afflict. deciſ. 361. nume. 5. Bald. & Angel. in l. Bene à Zenone C. de Quadrienn. præſcript. Bald. conſi. 407. num. 6. volum. 9. Incip. Lata fuit ſententia Dec. conſi. 520. numer. 5. & conſi. 4. num. 2. Incip. pro tenui & conſi. 557. num. 3. Incip. in cauſſa Magnifici & conſil. 534. num. 2. Incip. procedendo breuiter, vbi communem opinionem eſſe dicit, quòd de ciuitate non recognoſcente ſuperiorem ſit iudicandum, ſicut de Principe. Idem conſ. 352. nume. 1. Incip. Viſo puncto. Iaſ. in l. Barbarius num. 27. cum ſeqq. Gail. d. obſeru. 21. nu. 2. & 2. obſer. 57. num. 7. Rutger. Rulant. in eleganti ſuo Tractatu de Commiſſar. & Commiſſion. Camer. Imperial. part. 2. lib. 5. cap. 4. nu. 41.* vbi ciuitatibus imperialibus regalia & iura Principum competere, eaſque non minùs, quam Principes, Prælatos, ac Comites, incorporatas eſſe, & Imperatori immmediatè contribuere ſcribit, indeque & ex aliis neruoſis in medium prolatis argumentis ciuitates imperiales Archiua habere probat. Faciunt, quæ generaliter de omnibus Imperij Statibus ſcribit. *Gail. d. obſe. 21.* quòd ipſos in matricula imperij inſcriptos eſſe oporteat, quòd feuda, dignitates, & Regalia ab imperatore immediatè habeant & recognoſcant, quòd ad Comitia & conuentus imperij, perinde atq; alij Status, vocentur, quòd ſeſſionem & votum in conſilio imperiali habeant, quòd in ditiones, contribu-

tiones, & collectas imperij pro rata ſua ſoluant. Hæc autem omnia habere ciuitates imperiales ita vniuerſaliter cuiuis notum eſt, vt nulla prorſus probatione indigeat. Meritò igitur & Statuũ imperij priuilegiis & Principũ iuribus gaudent, eaque poſſunt omnia in ſuo diſtrictu, & territorio, quæ Principes facere poſſunt, *per ſuprà alleg.*

Quæ cum ita ſint, minimè probare poſſum, *quod Andreas Knich. Iuriſconſultus alioquin eminentiſſimus in doctiſſimo ſuo de ſublimi & Regio Territorij Iure nuper edito tractatu, quo doctiorem in iſto argumenti genere non vidit hominum memoria, cap. 1. num. 116. cum ſeq. ſcribit*, iura territorialia die Landsobrigkeit Ciuitatibus Imperialibus non competere, eò quòd ditio ipſarum in Ducatum, Marchionatum, vel aliam regiam dignationem annexam habentem erecta non eſſet. In effectu namq; reputatur ipſarum ditio in Principatus dignitatem euecta eſſe. Et cum prædictus Dominus Knich ſuperioritatem illam non niſi iure quodam principatus exerceri poſſe ſcribat, *d. cap. 1. num. 120. poſt alios ibi allegatos*, ciuitates autem imperiales ius principatus habere iam antea ex communi Doctorum opinione demonſtratum ſit, ſuperioritatem quoq; territorij die Landsobrigkeit ipſis competere indubitatè inde euincitur.

ᶜ Der wirdt rechtlicher Vermutung] Iuris enim præſumtio onus probandi in aduerſarium transfert. *Bartol. in l. In illa in fin. ff. de præſumt.* vſque adeò, vt ad diluendam iſtam iuris præſumtionem probationes efficatiores requirantur, nec ſit locus delationi iuramẽti in ſupplementum probationis, ſi ſemiplenè probatum eſſet per vnum teſtem vel alio modo. *Maſcard. in Prolegomen. de probat. q. 10. nume. 31.* Iam verò ex iure matricula præſumtionem ſubiectionis pro imperio parit. *l. Si ſolennibus. C. de fid. inſtrumentor. Alciat. in Tractat. de præſumt. reg. 3 præſumt. 17.* Neceſſe igitur eſt, vt aduerſarius exemtionem & libertatem probet, quòd nimirùm poſt hominum memoriam exemtus imperio nihil penſitarit, aut contribuerit, neq; regalia ab imperatore tanto tempore recognita fuerint, quòd tempus immemoriale vim priuilegij & ſpeciales conceſſionis obtineat, *c. ſuper quibuſdam. §. Praeterea ibiq; DD. extra de verbor. ſignif.* idque ex præſcripto Conſtitutionis Imperij in Receſſu Auguſtano Anno 48. promulgatæ. Quæ cum totam hanc materiam cum probatione eiuſque proceſſu luculenter declaret, ipſam huc tranſcribere operæ præcium mihi viſum fuit. Ita autem habet illa Imperij Conſtitutio.

Wann auch ein Außgezogener oder Außzihender Standt ſo er ſich in vnſers Keyſerlichen Fiſcals Klag erſehen / vnd ſein gebürlichen Bedacht darauff gehabt / ſich ſo bald in Recht anbieten würde / daß er in vier Monaten oder auß erheblichen Vrſachen in fünff Monaten / den nechſten / die vnſer Keyſerlich Cammergericht zulaſſen mag / welche Zeit auch zu Recht genug ſeyn ſoll / die Poſſeſſion vel quaſi libertatis außzuführen wolt / alſo / daß er der Außgezogen dẽ Außziehendẽ Stande ohne Mittel vnterworffen / nicht Stimm vnd Standt in Reichs Verſamblungen / auch keine Lehen vom Reich hette / vnd dargegen wider jhn nicht darbracht werden möchte / daß er jhr in Menſchen Gedächtnuß in deß Reichs Gemeinẽ / vñ nicht priuilegiertẽ Hülffen contribuiert oder ein Anſchlag gereicht vnd bezahlet habe / oder im Fall daß ein Außgezogener oder Außziehender Standt außführen wolt / daß er der Reichs Anſchläg vnd Hülff halben / ſonderlich vnd dermaſſen / wie es in einem ſolchen Fall beſchehen ſoll / priuilegiert ſey / oder wider die Reichs Anſchläg vnd Hülff legitimè præſcribiert habe / oder aber / daß einẽ ſeyn Graffſchafft / Herrſchafft / Stätt / Schlöſſer / oder andere Güter / die ſeyn Eygenthumb / vnd zuuor in ſeinem Anſchlag begrieffen wären / oder daß ſonderlich in die Reichs Anſchläg wolten gezogen werden / zu ſolcher Beweiſung ſoll ein jeder auch vor der litis Conteſtation gelaſſen / vnd darauff erkannt werden / was recht iſt. Vnd wann gleich in ſolchem ein Vrtheil / vor der Kriegsbefeſtigung auß Mangel der Probation / wider den Außgezogenen vnd Außziehenden ergehen würde / ſo ſoll doch dardurch vnſer Keyſerlicher Fiſcal nichts erhalten haben / ſonder in der Hauptſachen ferrner vollfahren werden / vnnd jedem Theil ſein Recht bevohr ſtehen.

Vber

Vber ſolches aber vnterſtehen etliche Ständt / andere Ständt in deß Reichs Anſchlägen begrieffen auß zuziehen / welche aber nicht außgezogen ſeyn wöllen / ſonder tragen jhre Anſchläg ſelbſt / leiſten auch dieſelb würcklich: Hierauff haben wir vns mit Churfürſten / Fürſten vnd gemeinen Ständen / auch der Abweſenden Rähten vnd Geſandten verglichen / daß jtztgemeldte Ständt / ſo nicht außgezogen ſeyn wöllen / ſondern die Beſchwerden der Reichs Anſchläg ſelbſt tragen / von dem heyligen Reich nicht gedrungen / ſondern bey altem herkommen gelaſſen / vnd darüber nicht beſchweret werden ſollen / doch daß hierinn kein Gefährde noch vngebührlicher Vortheil gebraucht vnnd geſucht werde. Vnd im Fall daß durch die angemaſte außziehende vnterſtanden würde jtzt obermelde ſelbſt erlegende Stände an Leiſtung jhrer Reichs Anſchläge / mit der That / eygens Willens zuuerhindern / als dann ſoll durch vnſern Keyſerlichen Fiſcal / oder auch die / ſo nicht außgezogen ſeyn wöllen / ſelbſt wider den angemaſten Außzieher an vnſerm Keyſerlichen Cammergericht procediert werden / auff Maß wie von andern nechſt hieuorgemelten außgezogenen vnd außziehenden geordnet vnd geſetzt iſt.

Ob aber der / ſo außgezogen wirdt / dem Außziehenden Standt cum onere oder ſine onere zuſtehen ſolle / haben wir vns mit Churfürſten / Fürſten / vnd gemeinen Ständen / auch der Abweſenden Rähten vnd Geſandten entſchloſſen / wo ſich die Außziehenden vnd außgezogener Ständt der Außziehenden Anſchläg halben / ohn rechtlich Erkänntnuß / mit einander nicht vergleichen können / daß als dann die außgezogene / ſo in deß Reichs Anſchlägen begrieffen ſeyndt / vnnd befunden werden / auch jhre Anſchläge im Fall der Notturfft jederzeit entricht worden / deren Erlegung vnd Leyſtung das Reich inerhaben iſt / den Gewinnenden mit den Beſchwärden zu wachſen / auch daſelbſt ſolchen Anſchlag für den außgezogenen zu entrichten vnd zuvertretten ſchüldig ſeyn ſoll.

Hätte aber der Außgezogen / ob er gleich in deß Reichs Anſchlägen begrieffen / dem Reich weder vor oder hernach nie nichts geleyſt / derſelbig ſoll dem Gewinnenden ſonder alle Beſchwerde zuſtehen / dieweil ſolcher Gewinnender mehrers oder weiters nicht / dann was er zuuohr gehabt / bekommen vnd erhalten / doch mit dem Anhang / wo ſich befünde / daß ein Außgezogener Standt / innerhalb Menſchen Gedencken / eins / zwey / oder mehrmal / hätte dem heyligen Reich geſtewert / vnnd alſo das Reich in quaſi Poſſeſſion wäre / der ſoll nachmals vngeweigert ſtewren.

Vnd im Fall daß der jenig / dem die Außgezogen alſo ohne Beſchwärungen zu gewachſen / zugering angeſchlagen were / daß demſelben als dann ſein Anſchlag nach Geſtalt vnd Gelegenheit der Sachen / auff gebührliche Maß erhöhert werde.

Wo aber in ſolchem billiche Vergleichung / außerhalb rechtlicher Erkänntnuß / nicht wolt ſtatt haben / ſo ſoll dieſer Streit hiermit an vnſer Keyſerlich Cammergericht remittiert vnnd gewieſen ſeyn / vnnd daran procediert vnd vollfahren werden / wie ſichs gebühret.

Würde ſich aber mitler Zeit / vnd rechtlicher Erörterung obgemelts Puncten / einige Hülff im heyligen Reich zutragen / haben wir vns mit Churfürſten / Fürſten / vnd gemeiner Ständen / auch der abweſenden Rähten vnnd Geſandten vergliechen / daß in dieſem Fall die Anſchläge durch die jenigen ſo bißher in deß Reichs Anſchlägen begrieffen / welche auch dieſelbige würcklich geleyſtet / deren das Reich in Innhaben vnd Poſſeß wäre / ſelbſt vngeweigert entricht vnd geleyſt werden ſollen.

Aber die Außgezogene / ſo hiebevohr einige Anlag nicht erlegt hätten / vnd alſo in poſſeſſione vel quaſi libertatis weren / dieſelbigen ſollen biß zu entlichem Außtrag der Sachen / darbey gelaſſen vnd hiewider weder ſie noch die Außziehenden / zu einiger Bezahlung nicht angehalten noch gedrungen werden.

Wo aber innerhalb Menſchen gedencken der außgezögen Standt dem Reich einmal / zwey oder mehr geſtewert hatt / ſo ſoll ſolcher Standt / mitler Zeit rechtlicher Erörterung der Sachen / der Stewer nicht befreyet / ſondern dieſelben zu reichen ſchüldig ſeyn.

Hätte auch dieſer Standt einer oder mehr albereit von gemeinen Reichsſtänden / der

Auß-

Digitized by Google

Außzüg halben Decret oder ſondere Beſcheid erlangt / die mögen ſich derſelben auch gebrauchen/ ꝛc.

